

Google


ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 3CUM 8

יהוה


INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER. FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX. 160.
כדברך
הבינני
JOH. XVII. 17.
ὁ λογος ὁ σος αληθεια ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

85, 12.

APOCALYPSIS

GRAECE.

PERPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRATA

A

IOANNE HENRICO HEINRICHS.

PARTICVLA PRIOR

Cap. I – XII. CONTINENS.

GOTTINGAE

APVD HENRICVM DIETERICH.

MDCCCXVIII.

Explosa iam dudum sunt et ludibrio habentur absona illa opinionum commenta, in quibus ad Apocalypsin profundendis male sedulo olim se exercuerant interpretum ingenia, atque si vel nostra aetate passim videntur resurgere, opprimuntur tamen facillime et dissipantur, neque inveniunt cordatorum virorum permultos, quos delectet rerum prudentiae inanissimarum contemplatio. Sed nec de languore et segnitia illa, quae occupauerat quondam vel doctissimos librorum sacrorum interpretes, quum librum, de cuius vero sensu eruendo semel desperassent, omnem

missum facere satius ducerent, est quod nostra aetate admodum conqueramur: imo rediit suus honos, sua dignitas carmini, quod nostra inprimis aetate admirabili sua virtute legentium animos, vt par erat, ita in se conuertit, vt subinde plures inueniantur, qui legendo et pertractando libello, cui parem nullum habet vetus memoria, afficiantur iucundissime.

Quod si itaque, amantissimis bibliopolae litteris ad aliam Koppianae Noui Testamenti editionis particulam commentario pertexendam idemtidem prouocatus, hunc tandem nostrum librum illustrandum selegi: non iam verendum erat, ne parum ille legentium interesset, vel risum lectoribus deberem ipse, carmen explicaturus, cuius patroni male sanis quondam et mente captis solebant accenseri. Atqui, id quod iam in praefatione ad Volumen tertium huius operis obseruandum erat, vix inueniebam, nisi in alienam possessionem vt meam vellem inuolare, particu-

lam

lam Noui Testamenti aliam, ad quam elaborandam animum adpellerem: nisi enim euangelistarum enarrationem vellem suscipere, a qua tamen, quia istam operam longe doctiores semet adhibituros dudum professi sunt, lubenter manum abstineo, aut epistolas Paulli ad Corinthios, aut Ioannea epistolia, aut denique nostram hanc Apocalypsin superesse animaduerti: Ioannis tamen epistolas merito desideramus a doctissimo acutissimoque epistolarum catholicarum Iacobi et Petri interprete, Summe Venerabili POTTIO, qui idem et in Paulli ad Corinthios litteras commentaturum se pollicitus est.

Quis tamen mirabitur aut ignauiae mihi vertet, dubium valde et trepidum ad nouam hanc Spartam obeundam me accessisse? Haud equidem ignorabam, quam difficilis esset et tortuosa via incedenda, quae etiamsi superata iam a perillustri EICHHORNIO aliisque coryphaeis et planior reddita sit, satis tamen asperitatis habet habebitque,

quae aut absterrere ingredientem, aut semel ingressum in deuia seducere poterit facillime. Quis, quaeso, profiteri audeat, remoturum se omnia inuolucra, quibus tecta et abdita oracula latent? quis recludere suscipiat sanctissima penetralia? quae quidem ita resignare, vt cuilibet pateat accessus, et clarissima luce terrigenis splendeant coelestia, nemini mortalium inde a primordiis rei christianae vsque ad nostram memoriam datum et concessum est.

Accedebant maximae occupationes et rerum agendarum copia et moles; quibus munus, quo fungor, ita me distinet, vt horas subsecinas, quas vocant, tanto operi cum otio aliquo et quiete adhibendas, paucissimas inuenirem.

Nec minus timendum erat, ne mea haec qualiscunque opera, post EICHHORNIUM carmini adhibita, - quasi Ilias post Homerum nonnullis videretur. Sed dabunt tamen, spero, eam mihi

veniam aequi et iusti rerum arbitri, quod ipsum me sub examen vocasse largientur res a prioribus interpretibus allatas, et meis ipsius, non alienis, oculis contemplatum esse res grauissimas, omnia denique induisse forma illa, quam desiderabat instituti ratio et lex: atque in hac laude, si tamen nominanda ea est laus, lubentissime acquiescam. Quae quum ita sint, si plurima eorum, quae protuli, cum EICHHORNIANO commentario sententiisque aliorum interpretum illustrium, quos consului quidem, quorum tamen verba verbis fidus interpres non reddidi, mire congruunt, laetabor equidem, et consensum mearum opinionum cum eis, quae placent viris clarissimis, laudi mihi et honori ducam, haudquaquam aegre laturus, si et haec explicatio ad EICHHORNIANAM etc. interpretationum classem referetur.

Accidit autem, vt praeter alia subsidia, quae Apocalypseos interpreti satis multa praesto sunt,

et schedulas magni illius viri, cuius, iam ante triginta fere annos defuncti, nomen etiamnum gerit haec, quam continuamus, Noui Testamenti editio, ad manus haberemus, traditas olim a perillustri SPITTLERO, quum abhinc viginti sex annis epistola ad Hebraeos commentario illustranda continuandi operis KOPPIANI periculum facere aggrederemur. Complectuntur schedulae istae notas et obseruationes partim in epistolam ad Hebraeos, partim in Apocalypsin: quapropter easdem et olim adhibui et nunc in vsum conuerto: de caeteris Noui Testamenti libris parum eis aut nihil inest. Verum enimuero, de quibus iam in praefatione ad epistolam ad Hebraeos conquerebamur quondam, eadem et nunc haud absque dolore repetamus necesse est, nil contineri schedis istis, nisi primas lineas, leuiter nec satis accurate in chartam coniectas, et in his plura eiusmodi, quae, si ad nostram vsque memoriam in viuis manere contigisset, haud dubie reuocasse credendus est vir beatus: quemadmodum et HERDERIANUM opus,

quod,

quod, quia prae aliis excellit, laudabimus saepissime, dum seriori aetate retractare illud auctori placuisset, de pluribus longe aliud iudicium protulisse equidem crediderim. Afferentur tamen breuissime KOPPIANAE sententiae, ni alium in vsum, attamen in honorem defuncti, quo duce et auspice nostra haec explicandi ratio et via Nouo Testamento quondam illata et munita est.

Iam quae sint eius explicationis leges et virtutes, quae sectanda sint interpreti perpetuo, quae fugienda, e prioribus voluminibus satis constat; quibus num et quatenus satisfecerim, indicabunt alii. In eo quidem mihi non defui, vt pro virili parte finem, quo tetenderit poematis auctor, quam fieri poterat luculentissime ostenderem, viamque monstrarem, qua ingressus omnia ad consilium suum attemperauerit, modum ac rationem, qua aliud aptum ex alio et nexum inuenitur, ob oculos ponerem, assignaremque lectoribus certam quandam quasi sedem, quae videbatur aptissima,

vnde

vnde perluſtrare vno obtutu carmen omne, atque illud, in quo rei cardo verſatur, intentis oculis ἀσκαρδαμυκτὶ intueri poſſent.

Si tamen eadem interpretatio perpetua et potiſſimam ſententiarum opinionumque varietatem enumerare poſtulat, minus accuratus forſitan nec numeris omnibus abſolutus nonnullis videbor. Sed longiorem eſſe vetuit immenſa variarum explicationum farrago, quas cunctas vel verbis tantummodo tetigiſſe infinitum, potiſſima vero delibaſſe dubium admodum et anceps opus habebitur; quia, prout hanc illamue interpretum claſſem ſequutus fueris, aliam explicandi rationem fateberis memoratu eſſe digniorem, aliam indigniorem. Itaque confido, fore, vt intelligentioribus haud diſpliceat iſta parſimonia, nec mihi crimini vertatur, quae dudum exoleuere, ea absque vlla mentione miſſa feciſſe, quum iis, quorum plenius haec et locupletius cognouiſſe intereſt, ſatis larga materies ſuppeditata ſit in theſauris Poli,

Poli, Wolfii, aliorum: quid autem iuuasset aduexisse veteris quasi ruderis fragmina, et confusae materiei congeriem, neque id in finem alium, quam vt remouendis iisdem et auehendis delectaremur?

Illud tamen monuisse liceat, antiquior illa, mystica et apocalyptica, quo nomine proprio vocatur, explicandi poematis nostri ratio si melioribus dudum et verioribus cessit locumque fecit, esse quidem, quod laetemur, neque vllo modo committendum, vt in antiquiora illa et obsoleta commenta relabamur; licet magnae, quas nostra aetas experta est, rerum conuersiones et vicissitudines eo seducere possint facillime et nonnullos vere seduxerint: verum et sedulo esse cauendum, ne contra leges aequi et iusti videamur peccasse, vbique deliria crepando, et inuidioso hominum fatuorum et male sanorum nomine insectando illos, quibus seriorum temporum et nostri adeo et futuri saeculi euenta in hac tabula

depingi

depingi videntur. Siquidem protulerunt eiusmodi explicationes, quas insaniam dicere amamus, homines magnam partem et doctrinae copia excellentes, et insigniore pietatis caussaeque christianae sensu et studio flagrantes, SAVONAROLA, PETERSEN, BENGEL, GERKEN, OPITZ etc. quorum etiamsi in deuia et a vero tramite remotissima aberrauerit mens et intellectus, at laude omni dignus habebitur impetus animi et feruor, quo, quum coelestia et diuiniora spirarent ipsi, coelestia et diuina et aliis commendare impensius annitebantur.

Placuit Apocalypsin nostram *decimi*, i. e. postremi KOPPIANAE editionis *Voluminis* titulo inscribere, quam numerandi rationem si quis cum prioribus voluminibus contulerit, optime quadrare omnia et conuenire, vel nobis non monentibus, inueniet, vt qui, quae in praefationibus ad alia volumina allata sunt, nolumus repetere. Ne tamen largiore rerum pertractatarum copia nimis

absimi-

absimilis quoad formam et amplitudinem euaderet hic fasciculus, vt quondam Volumen tertium, Acta Apostolorum continens, ita et decimum hoc nostrum in binas particulas dispescere satius habuimus, et accidit casu, vt, quemadmodum in Actis Apostolorum, ita et hic, absoluto capite duodecimo, pedem sistere liceret: siquidem inde a capite decimo tertio alia, vt videtur, scena adornatur, alia rerum facies sese offert, cladesque non tam Iudaeis quam gentibus idolorum cultui indulgentibus infligenda carmine praenunciatur.

Neutiquam sibi arrogat haec opera nostra, vt, quae commentariis in Apocalypsin conscriptis ad illustrandum carmen attulerunt priores interpretes, superflua esse contendat; imo praeclarissimorum illorum duumuirorum, Herderi et Eichhornii aliorumque libris carere posse, illos, qui in librum inquirere voluerint accuratius, negamus et pernegamus: si tamen, quae hic proferuntur, aliqua attentione digna iudicauerint viri docti, et

quae

quae minus placent, corrigere, et veriora rectioraque substituere non dedignati fuerint, vehementer laetabimur. Datum Burgdorfiae prope Hannoueram d. III. Sept. MDCCCXVIII.

I. H. HEINRICHS
Dioecef. Burgdorf. Superintend.

PROLE-

PROLEGOMENA.

Extremum inter Noui Teſtamenti libros locum Apocalypſis occupat, mirum opus, et a caeteris, quae canoni adnumerata ſunt, ſiue argumentum ſpectaueris, ſiue externam formam, admodum diuerſum. Neque enim hic vt alibi expoſita inuenimus, quae ab auctore ſalutis noſtrae eiusue diſcipulis dicta vel facta ſunt, nec praecepta ad bene beateque viuendum ab iisdem tradita; ſed carmen perſonat, ſublime profecto et quod in ſacrorum librorum cenſum admittatur digniſſimum, vtpote ad priſcorum vatum exemplaria ſumma cum arte et feliciſſima imitatione efformatum, in quo, quae de inſtanti ſua παρουσια ſeu επιφανεια vaticinatus fuerat Jeſus ipſe aut expoſuerant eius diſcipuli, ſub variis rerum ſimulacris ita legentium quaſi oculis obiiciuntur, vt redeuntem Meſſiam ipſum cernere tibi videaris, grauiſſimas poenas repoſcentem ab hoſtibus, et immenſa ſtrage profligantem, quidquid aduerſabatur nomini chriſtiano; id quod magno ſolatio et indubio documento eſſe poſſit ciuibus chriſtianis, iamiam adſore malorum finem, iam adfuturos τη αποκαραδοκια της κτισεως halcyonios dies: iamque poſt caeſos cruentiſſima clade et occidione occiſos chriſtiani nominis hoſtes conditum iri deſideratiſſimum illud et ardentiſſimis votis expetitum Meſſiae regnum, per annorum millia, quid quod per omnia ſaecula ſaeculorum ſtabiliendum.

Atque huius carminis (quod, vt et in his no canoni aliqua cum veteri, in quo praeter historic et ethicos, quos vocant, libros oracula quoque legu tur, constaret similitudo, agmen quasi claudit) auct rem ferunt eundem Joannem, quem euangelii et triu epistolarum, quae sub eius nomine feruntur, auctore agnoscimus. Qui quum per aliquot annos po magistri discessum e terris ad promulgandum euang lium Hierosolymis commoratus esset, postea, v tradunt, siue in ampliorem muneris apostolici sui eundi campum exspatiari cupiens, siue Judaeorum quibus molesta erat noua doctrina, inuidiam fugiens relicta vrbe variisque, vt credere par est, terri peragratis Ephesi consedit, ibique, vt et in vicini tractibus commendandae rei christianae ad mortem vsque operam nauauit. Verum neque ibi meliora tempora Joannem excipiunt: imo ob christianae rei amplificandae studium in insulam Patmon haud procul Epheso distantem deportatur, in cuius desertis reuolvens animo, quaecunque nouae reipublicae aut acciderant aut in posterum euentura credenda erant, sacro mentis furore abreptus spectacula videt, quae omnium, quae aut speranda erant aut metuenda, imagines tanquam ad viuum expressas ob oculos ponebant. Omnia autem haec, quae conspexerat eo ab interprete coelesti illustrata acceperat, vel sub idem tempus litteris consignat, vel postea demum, quam liberatus exilio Ephesum redierat, in tabulas refert: librumque dilectissimis sibi ecclesiis consecrat, quae in Asiae minoris vrbibus oppidisque congregatae acerbam, quae nomini christiano contigerat, sortem deplorabant, nouumque rerum ordinem melioremque et tranquilliorem vitam ardentissimis votis expetebant.

Ita quidem aiunt plerique. Sed multum abest, vt ab omnibus, qui ad enarrandum carmen nostrum, recludendaque sigilla, quibus munitum est, se accinxe-

runt,

runt, pro certis ea et indubiis habita sint: imo nullam fere, quas modo attigimus, quaestionem inueneris, in qua soluenda non in varias sibique prorsus aduersas partes secesserint interpretes. Nam si auctorem poematis quaesiueris, a Joanne Jesu Christi discipulo et satellite profectum illud esse multi negant: si de tempore, quo conditum sit, in plures sententias dirimuntur viri docti: si de loco, vnde sit missum, de consilio et fine, quem in fingendo tradendoque coetibus Asiaticis carmine sibi proposuerit poeta, de oeconomia et ordine, ad quem singula momenta attemperauerit, plures omnino interpretum sententias audimus sibique prorsus dissonantes: sin de rebus ipsis futurisque euentis sermo est, quae figuris et simulacris, quibus carmen distinctum est, indicata esse existimaueris, dici vix potest in quot opinionum commenta delapsum sit humanum ingenium, quam subtiliter leuissimos apices rimati sint interpretes, quam vanas et ridiculas species effinxerint, quantoque studio in libro desudauerint, vt ad sua quisque placita propugnanda depictas in tabula imagines vel ingeniose deflecterent vel vi et quasi obtorto collo raperent.

Quae quum persequi omnia infinitum sit, periculum tamen faciamus, potissima eorum, quae ad has et eiuscemodi quaestiones alias soluendas satis cumulate ab interpretibus enunciata sunt, delibare; si forte datum sit, et in hoc loco admodum praecipiti et lubrico firmiori tamen pede consistere, atque tum potiora eorum, quae ad illustrandum carmen attulit virorum doctorum ingenium, vno quasi obtutu perlustrare, tum ea, quae iis addidisse forsan nonnullis videbitur opera nostra, quae quam pauca et levia sint, non ignoramus, et explicare et commendare.

Auſpicabimur autem a quaeſtione illa ſpinoſ ſima, num Joannes Zebedaei filius, Jacobi frat quem e diſcipulis ante alios in deliciis habuerat Jeſu carminis auctor dicendus ſit nec ne. In qua exp canda quae in vtramque partem diſputantur, ex arg mentis et externis et internis, vt loquuntur, con deranda erunt. Frequentiſſima eſt haec ſemita et multis iisque acutiſſimis rerum arbitris iam dudu trita: nec poſſumus, quin, quae ſaepenumero ia dicta et repetita ſunt, eadem repetamus et ipſi tametſi diuitiis his aliunde congeſtis ne teruncium quidem addidiſſe videbimur: ſed res ita poſtulat e operis lex.

Vt itaque ab externis, quae Joannem auctorem poematis demonſtrant, indiciis ordiamur, fatendum principio erit, quaecunque de Joannis apoſtoli vita traduntur, optime huc quadrare. Non quidem opus hic erit, percurrere omnem hominis vitam, cui enarrandae in euangelii expoſitione conuenientior locus erit [1]): ſed, quae poſt ſummi magiſtri fata ei contigerint aut contigiſſe dicantur, vtique audienda hic videbuntur. Et primis quidem poſt Jeſum in coelos elatum annis Hieroſolymae ſe continuit Joannes, ideoque in Actis Apoſtolorum et nomine ſuo memoratur cap. 3, 1. 3. 4. 11; c. 4, 19, et ſine dubio illis accenſendus erit, qui cap. 5 vocabulo οἱ ἀποστολοι comprehenduntur. Poſtea eiusdem nomen occurrit c. 8, 14 ſqq. et, qua tempeſtate ſecundum iter Hieroſolymitanum ſuſceperat Paullus, Actor. 11, 27; Gal. 2, 1 ſqq., in vrbe degiſſe, et inter praecipuos rei chriſtianae vindices numeratum fuiſſe Joannem, colligimus ex Gal. 2, 9. Poſtea vero, neque tum, quum notiſſimum illud apoſtolorum concilium in vrbe congregaretur, Act. 15, neque elapſo fere decennio et quod excur-

1) Vid. nouiſſime de his exponens S. V. Kuinoel Comment. in libros N. T. hiſtoricos Vol. 3, p. 1-11.

excepit, quum quintum iter Hierosolymitanum susceperit Paulus, anno aerae vulgaris 60, vel Joannis, vel Petri etc., etiamsi apostolorum longe excellentium, vlla sit mentio: Jacobus tamen in vrbe etiamnum inuenitur, Actor. 21, 18. Enimuero si Ephesi postea commoratum fuisse Joannem tradunt scriptores ecclesiastici, existimare licet, iam tum relictam ab eo fuisse Hierosolymam, fidesque habenda erit NICEPHORO, qui veterum auctoritatem secutus vsque ad mortem Mariae in vrbe substitisse apostolum affirmat [2]). Commoratum autem Ephesi et in vicinis tractibus fuisse Joannem vnanimi consensu tradunt scriptores ecclesiastici [3]); affirmante Polycarpo, Joannem a se visum et

2) Histor. Eccl. L. 2, c. 42, *ἱστορειται, ὡς ὁ θειοτατος οὗτος ευαγγελιστης μετα την εις ουρανους ανοδον Ιησου συνην τῃ μητρι του Θεου εν τῳ κατα το Σιων οικῳ αυτου, αχρι της προς τον Κυριον εκδημιας αυτης· επειτα δε εν Ασιᾳ γενομενον ευαγγελισασθαι τον Χριστον.* Neque tamen iam tum, quum Paullus Ephesi commomaretur Actor. c. 18. c. 19, ibi adfuisse Joannes, saltem non multa incrementa rei christianae attulisse videtur, quia nec Paulus, qui inter fortissimos Christianismi vindices numerauerat et Joannem Gal. 2, 9, nec Lucas, Act. c. 18. 19. eiusdem ne mentionem quidem faciunt.

3) IRENAEUS (in Asia minore educatus) apud Eusebium Histor. eccles. Lib. 5, cap. 8: *Ιωαννης εν Εφεσῳ της Ασιας διατριβων.* CLEMENS ALEXANDRINUS, apud eundem Eusebium Hist. eccl. 3, 23 de Joanne: *απο της Πατμου νησου μετηλθεν εις την Εφεσον.* ORIGENES apud eundem H. E. 3, 1: *Θωμας μεν, ὡς ἡ παραδοσις περιεχει, την Παρθιαν ειληχει· Ιωαννης δε την Ασιαν, προς οὓς και διατριψας εν Εφεσῳ τελευτᾳ.* POLYCRATES, Ephesi episcopus, ibid. 3, 31 et 5, 24: *Ιωαννης εν Εφεσῳ κεκοιμηται.* Cf. Irenaeus advers. haeres 3, 1. 3. Constanti huic *παραδοσει* haud temere fidem abrogandam esse plerisque placuit, quamquam damnanda vtique et ad fabulas referenda videbantur, quae addidit posterius aeuum, Romam pro-

et cognitum fuisse Ephesi, eademque contender Papia, assentientibusque Irenaeo, Clemente Alexa drino, Origene, aliis. Quod si ergo Joannis Apost nomen in fronte habet carmen, si dedicatur il ecclesiis, ad quas lustrandas ex vrbe, praecipua sed exiit is idemtidem rediitque, si in Asia minori pro versatum fuisse auctorem plura indicia monstrant, n solum nil obloquitur, sed omnia conspirant amicissim Nec fraudi erit, quod neque in euangelio neque epistolis nomen suum professus est Joannes, cuius r caussa hic non inuestiganda erit: at in carmine pr phetico, quale est Apocalypsis, ad veterum exemplar formato, seruandus erat et hic mos. Nolimus ve aspernari testimonium, quod ex nomine Joannis t in fronte poematis enunciato affertur, si rerum te porumque et locorum opportunitatibus omnia co gruentia videmus.

Praeter Apostolum ipsum ex subsequentibus p tribus apostolicis, quos vocant, complures excitant qui Joanni poema vindicant. Siquidem POLYCARPU Joannis discipulum, qui circa annum 90 ecclesi Smyrnensis episcopus inclaruit, huius opinion fuisse inde eliciunt, quod Irenaeus, Polycarpi eiusde discipulus eadem asserit [4]).

Aiu

profectum esse Joannem, ibique, imperante Dor tiano, in vas feruentis olei immissum, et postqu ex eo, vt quondam Daniel a leonibus, saluus et columis redierat, in Patmum insulam esse depor tum. TERTULLIANUS in *praescriptione aduer haereticos* c. 36: "Felix ecclesia, vbi Aposto Joannes, posteaquam in oleum igneum immersus ni passus est etc.." HIERONYMUS *aduers. Jouin.* 1, "Refert autem Tertullianus, quod missus in ferv tis olei dolium, purior et vegetior exierit, qu intrauerit."

4) Dispiciant alii, quo iure ex iis, quae a discip proficiscuntur, certa semper et indubia ratione

Aiunt porro PAPIAM, qui decennio ferme post ecclesiae Hierapolitanae in Phrygia episcopus praefuit, carmen nostrum, vtpote a Joanne Apostolo profectum suscepisse [5]). Hunc enim acerrimum Chiliasmi, seu doctrinae de Jesu Christi regno in his terris per mille annos continuando, patronum fuisse et vindicem perhibent, adeoque exinde colligendum esse, cognitam ei et vt apostolicum opus probatam fuisse Apocalypsin nostram, quae istam doctrinam capite vicesimo enunciat. Contra quod tamen alii asserunt, non ex Apocalypsi Papiae in mentem venisse chiliasmum, sed ex aliorum ore et traditionibus, id quod diserte indicatum sit per Eusebium, in Papiae scriptis versatissimum, qui nulla Apocalypseos mentione iniecta, ex

ea, quae magister asseruerit, possit concludi. Vrgere tamen hoc argumentum videtur b. KNITTELIUS, in libro doctissimo: *Beyträge zur Kritik über Joannis Offenbarung: ein Synodalschreiben von F. A. Knittel.* Braunschw. u. Hildesh. 1773, in 4. pag. 10 sqq. Verum et illa, quae contra hanc argumentationem obiici possunt, videsis apud Perillustr. EICHHORNIUM, *Einleitung ins N. T.* Band 2, 2te Hälfte p. 394 sqq.

5) Demonstratur hoc ex ANDREA Caesareae in Cappadocia episcopo, qui saec. 5to vel 6to commentarium in Apocalypsin graece conscripsit; in cuius praefatione statim sub initium, post enumerata alia, quae Apocalypsi suffragantur, indicia et haec habentur: Του Γρηγοριου και Κυριλλου, προσετι δε και των αρχαιοτερων, Παπιου, Ειρηναιου, Μεθοδιου και Ἱππολυτου ταυτῃ (sc. αποκαλυψει) προσμαρτυρουντων το αξιοπιστον etc. Conferantur ea, quae alius commentator, seculo decimo florens, ARETHAS, Andream et hic vt vbique secutus, ita habet: Περι του θεοπνευστου της βιβλου Βασιλειος και Γρηγοριος και Κυριλλος και Παπιας, και Ειρηναιος, και Ἱππολυτος etc. εχεγγυοι πιστευσασθαι.

εκ παραδοσεως αγραφου chiliasmum repetiisse piam refert [6]).

Tut

6) Multum de hoc argumento vltro citroque dispu potest, et vere disputatum est. Locus ipse pr apud Eusebium H. E. 3, 39. Και αλλα δε ὁ Π πιας, ὡς εκ παραδοσεως αγραφου εις αυτον ἡκοντα, ρατεθειται, εν οἱς και χιλιαδα τινα φησιν ετων εσε μετα την εκ νεκρων αναστασιν, σωματικως της του Χ στου βασιλειας επι ταυτης της γης ὑποστησομενης και ἡγουμαι τας αποστολικας παρεκδεξαμενον διηγη ὑπολαβειν, τα εν ὑποδειγματι προς αυτων μυστι ειρημενα μη συνεωρακοτα· σφοδρα γαρ τοι σμικρος ων νουν — φαινεται (sc. Παπιας). Nullum ergo de A calypsi verbum. Hinc concludunt plerique, A calypsin parum cognitam fuisse Papiae, neque diendum esse Andream cum pedissequis eius, qui inter patronos Apocalypseos et Gregorium N zianzenum referat, cuius tamen sententia ambig est. Cf. Eichhorn *Einl. ins N. T. B.* 2. 2te *Häl p.* 392 - 394 et copiosius Michaelis *Einleit. N. T.* §. 276, p. 1579. Alii tamen auctoritati Pap inhaerent, nec loco Eusebiano ab ea depellunt Hartwigius in libro diligenter et acute scrip *Apologie der Apocalyse Th.* 1. Papiam ait, doctrinam de Chiliasmo inquirentem, nec ignor Apocalypsin, nec repudiasse, sed illam, quia n nisi leuiter rem perstringeret, parumque satisfa ret ei, qui plenissime cuperet edoceri, valere iuss atque viuae voci, vberius quae circumspicie tradenti posthabitam esse. Nec minorem Pap auctoritatem tribuere videtur S. V. Hug, *Einl ins N. T. Th.* 2, p. 405. Eiusdem sententiae fu quondam videtur b. Koppius. Ait is in schedu "parum tribuendum esse testimonio Eusebii, vt partium studio ductus neque Papiam neque Apocalyp ipsam admodum amauerit. Sed et varias explication pergit, admittere locum Eusebianum: imo et illorum sententia allegari posse, qui Apocalypsi Papia lectam fuisse opinantur: illam enim vid saltem de σωματικῃ βασιλειᾳ Christi loqui, eande que ex Eusebii saltem mente et ipsam adnumer

po

Tutiori iam via incedimus, si missis, quae e primo saeculo repetuntur, testimoniis, eos audimus, qui secundo saeculo testes prodierunt. Atque hic primas prae omnibus aliis fert JUSTINUS, cognomine martyr, Neapoli Samariae oriundus, Platonis, aliorumque philosophorum sapientiae innutritus, postea in ciuitatem christianam adscriptus, atque circa annum 140 florens. Is in dialogo cum Tryphone, doctissimo Judaeo, Ephesi habito capite 81 ita habet: παρ' ἡμιν ανηρ τις, ῳ ονομα Ιωαννης, εἱς των αποστολων του Χριστου εν αποκαλυψει γενομενῃ αὐτῳ χιλια ετη ποιησειν εν Ἱερουσαλημ τους τῳ ἡμετερῳ Χριστῳ πιστευσαντας προεφητευσε, και μετα ταυτα την καθολικην και — αιωνιαν — ἁμα παντων αναστασιν γενησεσθαι και κρισιν. Eadem de Justino nostro testatur Eusebius in Historia ecclesiastica Lib. 4. cap. 18. Est autem ex omnibus, quae pro Joanne apostolo carminis nostri auctore afferuntur, testimoniis hoc, quod ex Justino adducitur, longe grauissimum, eoque maiori reuerentia dignum, quod nullum aliud Noui Testamenti opus ab apostolorum aliquo profectum tam antiquo teste confirmatur. Commentarium tamen in Apocalypsin a Justino esse concinnatum, non temere probabitur [7]).

Excipit IRENAEUS, oriundus Smyrna, Papiae, vt volunt; vel Polycarpi discipulus, postea ecclesiae Lugdunensi in Gallia praefectus, et circa annum 170 florens. Quos ille aduersus haereses libros graece conscripsit, eos superstites habemus ex versione latina, Augu-

posse παραδοσεσιν αγραφοις, quia ad γραφας pertinere Apocalypsin negauerat Eusebius." Copiosius haec attuli, vt exemplo indicetur, quot quamque varias expositiones admittant eiusmodi testimonia, et quam vaga sint et fluctuantia, quae de eis in utramque partem disputantur.

7) Vid. EICHHORN *Einl.* l. c. p. 397, nota.

Augustini aeuo circa annum 400 confecta: sed sup
sunt et graeca nonnulla fragmenta, conseruante
sebio, qui passim ad Irenaei testimonia prouo
Atque ex his praecipue attentos fecit interpretes il
Irenaei fragmentum, quod ex eius opere aduer
haereses Lib. 5, cap. 30 graece expressit Eusebius H
Eccles. Lib. 5, cap. 8, coll. Lib. 3, 18. Vexatissir
in carmine nostro, vt suo loco videbimus, et v
περιβοητος est numerus ille 666, cap. 13, 18, quo ac
rimum rei christianae hostem indicatum esse credit
est. Pro eo numero iam antiquitus alius substitu
erat, 616, vt adeo iam tum lectionis varietas ex
tisse appareat. De hac igitur locutus Irenaeus,
numerum 666 pro genuino habendum, alterum ill
repudiandum esse probaturus, ita argumentatur: T
των ουτως εχομενων, και εν πασι δε τοις σπουδαι
και αρχαιοις αντιγραφοις του αριθμου τουτου (sc
666) κειμενου, και μαρτυρουντων αυτ
εκεινων, των κατ' οψιν τον Ιωαννην έωρ
κοτων etc. Paullo post idem Irenaeus nomen e
rerum christianarum hostis, qui numero isto indicat
sit, palam pronunciare dubitat, additque: ἡμεις ο
αποκινδυνευομεν περι του ονοματος του αντιχριστ
αναφαινομενοι βεβαιωτικως· ει γαρ εδει αναφαν
τῳ νυν καιρῳ κηρυττεσθαι το ονομα αυτου, δι' εκειν
αν εῤῥεθη του την αποκαλυψιν έωρακοτος· ουδε γ
προ πολλου έωραθη (scil. αποκαλυψις, quod si
plere probabilissimum), αλλα σχεδον επι της ἡμ
τερας γενεας, προς τῳ τελει της Δομετιανου αρχ
Adscripsi locum, quia et aliis ex rationibus, vt in
videbimus, varie sollicitatus est. Hic tamen ill
testimonium nobis suppeditabit, Irenaeum credidis
a Joanne apostolo compositum esse nostrum carmen [8]
ner

8) Idem Irenaei de Apocalypsi iudicium ex aliis ei
locis apparet: e. gr. *adv. haeres.* Lib. 4, c. 2
lib. 5, c. 26 etc.

nemo certe ei innotuiſſe videtur, qui Apocalypſin omnem repudiaret: nam ſi innotuiſſet, vix omiſiſſe eiusdem mentionem exiſtimandus eſt, vbi eos affert refellitque, qui falſam lectionem exhibebant. Ita quidem argumentantur. — Sed de fide, Irenaeo habenda ambigue loquuntur viri docti: Juſtinum certe is non aequat. Nimis leuem et in credendo temerarium fuiſſe hominem animaduertere ſibi viſi ſunt nonnulli, et in ſecernendis veris et falſis eorum, quae tradita ſibi acceperat, parum ſtrenuum: ſiquidem eundem ne illis quidem hominibus fidem adhibere dubitaſſe, qui ex Joannis apoſtoli ore audiiſſe-ſe teſtabantur, Jeſum ad quadrageſimum vsque vel quinquageſimum adeo aetatis annum in terris fuiſſe [9]). Obloquuntur tamen alii [10]), Irenaeumque tuentur, haud quidem negantes, perperam intellexiſſe Irenaeum iſtorum virorum, qui Joannem cognouerant, mentem, ſed parum inde damni cauſſae ipſi accedere arbitrati; aliud enim eſſe, ex fontibus claris impura deriuare (vti Irenaeus deriuaſſe forſan videri poſſit): aliud impuros fontes ipſos claros et limpidos agnoſcere, id quod nemo crimini vertere poſſit homini; nihil enim eundem contendere, niſi hoc, ſe ex teſtimonio eorum, qui Joanni aequales vixerant, compertum habere, verum numerum eſſe 666, non 616: vnde citra dubium illud ſaltem ſequi, exſtitiſſe Irenaei aetate homines, qui Joannem apoſtolum vidiſſent et carminis noſtri auctorem agnouiſſent: plura autem hic non quaeri, nec quidquam attinere, vter numerus ab auctore

9) Iren. adu. haereſ. Lib. 2, cap. 22: Παντες οἱ πρεσβυτεροι μαρτυρουσιν, οἱ κατα την Ασιαν Ιωαννῃ τῳ του Κυριου μαθητῃ συμβεβληκοτες, παραδεδωκεναι ταυτα Ιωαννην. Cf. Hug l. c., qui de Irenaei auctoritate cum aliis ſatis ambigue loquitur p. 404. 405.

10) Veluti Knittel, in ſymbolis ſupra laudatis, p. 6, vbi ab iniuria hac vindicare Irenaeum conatur.

auctore Joanne vere expressus sit. Nobis quid[em] omnia haec, quae pro vtraque parte afferuntur, no[n] documento sunt (cf. supra nota 6), parum tute incedi, vbi omnia vaga sunt et lubrica.

Succedit in catalogo scriptorum, qui pro Joan[ne] loquuntur, MELITO, qui sub idem tempus episcop[us] Sardibus floruit. Cuius opera recensens Eusebi[us] Hist. Eccles. Lib. 4, cap. 26 inter alia habet et hae[c] Μελιτωνος εστι — τα περι του διαβολου, και τ[α] αποκαλυψεως Ιωαννου. Et Hieronymus in hist[oria] literar. voce Melito habet: "scripsit librum de diabo[lo] vnum, de apocalypsi Joannis vnum." Huius aute[m] testimonio eo maior accedere vis videtur, quod [in] earum vrbium vna degebat auctor, quibus litter[ae] apocalypticae sunt dedicatae: vid. Apocal. c. 3, 1-6.[11] Dolendum tamen, ex solo titulo libri περι της απ[ο]καλυψεως parum tute ad ea concludi posse, quae [in] eadem indicauerit auctor.

Porro THEOPHILUS ANTIOCHENUS eodem ten[m]pore florens, vir omnibus philosophorum placit[is] praeclare imbutus, teste Eusebio Hist. Eccl. 4, 2[4] Apocalypseos Joannis mentionem facit. Verba Euseb[ii] sunt: του δε Θεοφιλου φερεται και αλλο συγγραμ[μ]μα, εν ῳ εκ της Αποκαλυψεως Ιωαννου κεχρητ[αι] μαρτυριαις.

Adde APOLLONIUM, exeunte saeculo altero fl[o]rentem, qui aut oriundus erat ex Asia minori, a[ut] saltem Ephesi et in tractibus adiacentibus bene cogn[i]tus. Is, testante eodem Eusebio, Hist. Eccl. 5, 1[8] in libello, quem aduersus Montanum composuit perinde ac Theophilus Antiochenus, argumenta no[n]

null

11) Quantopere huic Melitonis testimonio fidat HAR[T]WIG, vid. in eius opere: *Apologie der Offenb[a]rung*, Theil 4, p. 227. Alia omnia existimat Peril[l.] EICHHORN *Einleit.* l. c. p. 404.

nulla et ex Apocalypsi Joannis petiit [12]). Quot autem quantasque voces ei oblocuturas fuisse putabimus, si falsa et spuria pro Joanneis venditasset, quum commoraretur et loqueretur Ephesi, in qua vrbe praecipuam sedem fixerat Joannes ipse, cui primam epistolam, quasi dedicatoriam, Apoc. 2, 1–7, inscripserat, quaeque apostoli ossa tumulo secum condita seruabat?

Celebrius postea, exeunte saeculo eodem, nomen innotuit CLEMENTIS ALEXANDRINI, qui in operibus suis, quae complura edidit, non semel de Apocalypsi, Joannis apostoli opere, tanquam de libro, de quo inter omnes constet, loquitur, nec sine multa laude eandem appellat φωνην αποστολικην. Veluti in *Paedagog.* Lib. 2, cap. 10. et cap. 12; *Stromat.* Lib. 6, c. 13 et alibi. Diserte ille ait: ὡς φησιν εν τῃ αποκαλυψει Ιωαννης.

Iam Clementis discipulus, ORIGENES, qui circa annum 230 inclaruit, scriptorum ecclesiasticorum longe doctissimus, et iudicii non mediocriter subacti, quum Cerinthum carminis nostri auctorem suspicari vidisset plurimos, tenacissime magistri sui vestigiis inhaerens, Joanni apostolo illud vindicauit; atque in librorum canonicorum catalogo, teste Eusebio Hist. Eccles. Lib. 6, cap. 25, εγραψε δε, ait, (sc. Ιωαννης) και την αποκαλυψιν. Idem in commentario in euangelium Joannis: φησιν ουν εν τῃ αποκαλυψει ὁ του Ζεβεδαιου Ιωαννης etc. Adde similia in Origenis scriptis passim occurrentia, et a WETSTENIO p. 744 allata [13]).

Haud

12) Κεχρηται δε και μαρτυριαις απο της Ιωαννου αποκαλυψεως, και νεκρου δε δυναμει θειᾳ προς αυτου Ιωαννου εν τῃ Εφεσῳ εγηγερθει ἱστορει.

13) Alia loca ex Origene in hanc sententiam adducta cernere est apud SCHMIDIUM in libro: *Ob die Offenb. Joh. ein göttlich Buch sey.* Lipſ. 1771.

Haud mediocre autem pondus Origenis testimo iure meritoque asseritur, non solum ex hom doctrina et eruditione, sed etiam, id quod neutiqu spernendum visum est, quod strenuum chiliasmi versarium se gessit Origenes, nihilo tamen se apostolicam auctoritatem carminis agnoscit, quod vulgari interpretatione chiliasmo patrocinari videt quodque, qui seueriorem se erga secundam et terti epistolam Joannis Aristarchum exhibuerat, idem A calypsi ius suum et ciuitatem canonicam, nulla sentientis opinionis ne mentione quidem facta, c cedit [14]).

Eodem tempore HIPPOLYTUS, Irenaei, vt aiu discipulus, episcopus Adenae in Arabia, librum scripse *de consummatione mundi, antichristo et secundo mini aduentu.* Atque, vt erat poeseos symboli summus admirator et patronus, et nostrum carm suscepit lubentius et fouit. Habet ille in libro l dato §. 36. haec: Ουτος Ιωαννης, εν Πατμῳ τῃ νη ων, ορα αποκαλυψιν etc. — Λεγει μοι, μακα Ιωαννη, αποστολε και μαθητα του Κυριου, ειδες; etc. — Eundem Hippolytum, addunt alii, ap logiam Apocalypseos contra Caium presbyterum R manum promulgasse, quam, sicuti Melitonis op supra allatum, periisse omnino dolendum est.

Hactenus ex orientali ecclesia patronos Apoc lypseos exscitauimus: sed et ex Occidente prodeu Illos tamen priusquam adducimus, repetere libet, qu solet afferri ab interpretibus, ex Epheso potissimu et tractibus vicinis, quin ex Joannis ipsius scho

pr

14) Plura de vi ac grauitate testimonii Origenis, et m gistri Clementis legas apud STORRIUM in libr *Neue Apologie der Offenbar. Joh.* §. 6, p. 51 sq Eodem et illa faciunt, quae in schedis Koppian annotata inueni.

prodiisse carminis nostri patronos [15]). Sed inter Occidentales TERTULLIANUS, exeunte saeculo altero florens, diserte Joanni vindicat carmen nostrum, *aduersus Marcionem* Lib. 4, c. 5. ita disserens: "habemus et Joannis alumnas ecclesias. Nam etsi Apocalypsin eius Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensus, in Joannem stabit auctorem." Idem similia *de praescript. aduers. haeret.* 37. 46. et saepissime alibi.

Nullum tamen grauius ex occidentali ecclesia et fortius testimonium exit, quam HIERONYMI. Tametsi enim in seriora tempora incidit eius aetas (exeunte saeculo quarto inclaruit): at antiquissimam tamen ecclesiam Apocalypsin suscepisse et veneratam esse diserte testatur *in epistola ad Dardanum* (Operum Tom. III. p. 46. Francof. et Lips. 1684): "Quod si eam (epistolam ad Hebraeos) Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsin Joannis eadem libertate suscipiunt (sc. Hieronymiano aeuo). Et tamen nos vtraque suscipimus, nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes" vnde patet, ecclesiam orientalem illo tempore iam desciuisse visam esse Hieronymo a prisca et simplici fide: haudquaquam autem probari posse viro cordato illud nouandi studium.

Supersedere poterimus, nisi numerari testimonia malueris, ab excitandis pluribus testibus, quorum, si velles, satis ampla familia ex vtroque orbe emergeret

15) Vid. e. gr. HERDERI Maranatha p. 287

Johannes, apostolus. Eius discipuli

Polycarpus, episc. Smyrnensis — Papias, episc. Hieropolitanus

eius discipulus Irenaeus

Melito episc. Sardensis. Justinus, longissime Ephesi commoratus.

geret [16]; sed tempus est, transeundi ad alt partem, et audiendi illos quoque testes, qui auc tati apostolicae carminis nostri obloquuntur.

Atque hic principio malum augurium ex petunt aduersarii, quod IGNATIUS, qui exeunte pı saeculo Antiochiae in Syria episcopus praefuit, patribus apostolicis adnumeratur, ne verbo qui meminerit Apocalypseos in septem epistolis illis

E|

16) Vid. WETSTENIUS p. 744. 745; EICHHORN *Einl.* p. 403 sqq. Hue pertinet prae aliis epistola eccl Viennensis et Lugdunensis anno 177 consigr qua, narrante Eusebio H. E. 5, 1, christianis eccl per Asiam et Phrygiam dispersis refertur, quantisque rebus aduersis conflictandum sibi fu in Gallia. Laudatur in ea constantia martyris jusdam his verbis: *ην γαρ και εστι γνησιος Χρι μαθητης, ακολουθων τω αρνιω, όπου αν ύπαγη,* q expressa sunt ex Apocal. 14, 4. Multum mom in hac epistola, quae et apud Wetstenium caet testibus omnibus praemissa est, sibi inuenire vid KNITTEL l. c. p. 19-21, eiusque auctorem naeum ipsum episcopum Lugdunensem fuisse firmat. Posterius concedimus: prius non inue mus. — Sed praeterea et Methodius, Basil Amphilochius, Athanasius, Theodosius, Cyri Alexandrinus etc. et ex occidente Cyprianus, Lact tius, Hilarius, Augustinus, Victorinus etc. suf gantur, quorum tamen testimonia, quum seri aeuo scripserint, nec nisi antiquiorum presser vestigia, non spernenda quidem, sed nec illustr dae rei ipsi idonea inuenientur. Non pigebit tan adscribere testimonium EPIPHANII, ex quo sent tiam Alogorum contra Apocalypsin mox express dabimus. Is autem a partibus auctoritatis apost cae stare videtur, dicens *Haeres.* 76, 26: *ότι τι πλειστοις ή βιβλος πεπιστευμενη, και παρα τοις ευ βεσι, δηλον.* (Cf. idem, *Haer.* 48). At Eusebi ex quo aliorum sententiae pro et contra fidem a stolicam carminis plerumque excitantur, non aec facilem se praebet, vt infra videbimus.

Ephesios, Smyrnenses, Philadelphenos etc. (cf. Apoc. c. 1 et 3), quae sub eius nomine circumferuntur. Enimuero, tametsi vel genuinae habendae sunt illae Ignatii epistolae, quod tamen a plerisque in dubium vocatur, ex silentio hoc eo minus sequitur, quod et alia N. Test. scripta ab eodem Ignatio omittuntur: siquidem isto tempore non aeque ac nostra aetate in promtu erat, aliorum scripta cognoscere aut ad manum habere; et inter Antiochiam Ephesumque satis magnum interuallum intercedebat.

Eiusdem momenti est aliud argumentum inde ductum, quod in versione Syra antiquiore, quae Peschito vocatur, secundo vt videtur seculo confecta, non expressa est Apocalypsis. Sed quis enumerare ausit omnes caussas rationesque, cur vel Ignatius tacuerit [17]), vel Versio Syra carmen hoc non addiderit, aut, si primitus additum fuerit, cur posterioribus saeculis sit suppressum [18])?

Sub-

17) Koppianae schedae, vt ostendatur, ex silentio nil sequi, addunt, Paullum quoque Apostolum in litteris illis circularibus, quae ad Ephesios inscriptae sunt, ne verbo quidem Timothei mentionem facere, quum tamen idem et Paullo familiarissimus fuerit et in Ephesinis tractibus celebratissimus. Cf. quae acute disputantur a Perill. EICHHORNIO l. c. p. 431 sqq. — Sunt et qui ex silentio epistolarum Paullinarum, aut ex Gal. 1, 8.; Col. 2, 18. argumenta contra Apocalypsin satis insulse deducant.

18) In versione Syra posteriore, seu Philoxeniana adest Apocalypsis, sicuti et Ephrem Syrus eidem fauet. Sed posterior ecclesia Syra magis magisque indies repudiare eam coepit. Cf. de auctoritate, quam in Syra ecclesia tenuit Apocalypsis, MICHAELIS *Einleit.* p. 1605 sqq. et Ill. EICHHORN l. c. p. 435. Quam parum damni haec e versione Syra priori absentia auctoritati Apocalypseos afferat, exposuit et STORR *neue Apologie* §. 12, p. 185.

Subnata tamen est saeculo secundo secta,
tanistis omnibusque qui Chiliasmum profiteb
adeoque et Apocalypsi admodum infesta, sectam
gorum dico. Nolebant eius discipuli agnoscere
limiorem illam του Λογου naturam, quam et in
calypsi perinde atque in euangelio Joannis lau
elatam sentirent; itaque variis modis senten
a Joanne Apostolo prodiisse Apocalypsin, lacessebant
inde potissimum dubia mouentes, quod Thyatirae
ex Alogorum schola plurim idegebant, nulla adesset
stiana ecclesia, sicuti adesse legeretur Apoc. c. 2, 18

Q

19) Rem refert Epiphanius (circa annum 380 flo
Haeres. 51, c. 3. Επει ουν τον Λογον ου δεχοντ
παρα Ιωαννου κεκηρυγμενον, Αλογοι κληθησοντα
ουτε το του Ιωαννου ευαγγελιον δεχονται, ουτε
αυτου Αποκαλυψιν. — λεγουσι γαρ, μη ειναι
Ιωαννου, αλλα Κηρινθου, και ουκ αξια αυτα
ειναι εν τη εκκλησια. — Cf. Isidor. Pelusiota, c
Joanne Damasceno de haeresibus c. 41. — αλογ
ημων κληθεντες, οι το ευαγγελιον το κατα Ιωαννη
θουντες, και την αποκαλυψιν αυτου, δια τ
ελθοντα εκ του πατρος θεον Λογον οντα μη δεχεσ

20) Idem Epiphan. ibid. cap. 33. Τινες εξ αυτων
αντιλαμβανονται τουτου του ρητου εν τη Αποκαλυ
αυτη, και φασκουσιν αντιλεγοντες, ότι ειπε παλι
Joannes)· "γραψον τῳ αγγελῳ της εκκλησιας, τ
Θυατειροις," και ουκ ενι εκει εκκλησια Χριστιανι
Θυατειρῃ· πως ουν εγραφε τῃ μη ουσῃ;

Responderi tamen potest, sicuti vere respo
est, hanc de ecclesia Thyatirena suspicionem
potuisse moueri, quod seriori isto tempore n
celebris ea et frequens fuerit, vel, quum Jo
tempore satis floruisset, postea tamen disiecta e
sipata. Multa de hac ecclesia Alogi, quorum
non admodum frequens fuit, prorsus ignorasse v
tur. vid. Corrodi *Versuch einer Beleucht. des 1
kanons*, zweytes Bändch. Halle, 1792. p. 319. 3

Quamobrem a *Cerintho* compositum esse hoc carmen eis placet [21]).

Sed

21) Atque in hac sententia plures forte, veluti illos Alexandrinos, de quibus loquitur Eus. H. E. 7, 23. (vid. infr. p. 22) consentientes secum habuerunt. Acriter quidem eam impugnant plerique, dicentes, plura inesse Apocalypsi, placitis Cerinthi prorsus repugnantia; veluti discrimini illi, quod inter summum Deum et δημιουργον intercedere existimabat Cerinthus, refragari ea, quae leguntur Apoc. 4, 11; 10, 6; 14, 7, aut eis, quae de Jesu natura infra diuinam habenda idem statuebat, illa, quae cap. 1, 5. 8. 11; 21, 6 sqq.; 22, 13 sqq. audimus: itaque haudquaquam a Cerintho proficisci potuisse eiusmodi carmen. Cf. Eichhorn *Einleit.* l. c. p. 385 sqq. Berthold *Einleit.* B. IV, p. 1783. Sed alii ea de caussa Cerintho adiudicasse hoc opus Alogos contendunt, quod Cerinthus Judaeochristianus existimauerit, Diabolum cum malis angelis ante Christi tempora imperium orbis terrarum obtinuisse, sed a Jesu Christo sede sua motum fuisse, qui regnum terrestre condere suscepisset, in quo ex Judaeorum more festa sacrificia sint celebranda etc.: atque his prorsus conspirare ea, quae Apoc. c. 12. c. 20 - 22 adsunt. Vid. Corrodi *Versuch einer Beleuchtung der Geschichte des jüdischen und christlichen Bibelkanons.* 2tes Bändchen, p. 318. 319. Nolimus tamen in his esse nimis praecipites: siquidem Cerinthi placita nondum satis comperta et explorata habemus, vt ab eodem proficisci potuisse eiusmodi carmen, quale est Apocalypsis, vel affirmemus vel negemus: quid quod, de dogmatibus etc. eius quae nobis innotuerunt, secum pugnant ipsa, et modo Judaeochristiani seueritatem, modo Philonianae allegoriae speciem, modo Gnosticorum phantasmata apud eundem inuenire est. Hinc argumentatur S. V. Paulus, idemtidem commutasse eum opinionum suarum systema: sed nos indidem suademur, in neutram partem abire, neque enunciare quid et pro vero et indubio venditare, quod certis et inconcussis argumentis stabiliri nequit. Vid. de hoc

 loco

Sed iisdem ferme telis ex Occidente libru
nostrum aggressus est Caius presbyter Romanus, q
apud Eusebium Hist. Eccles. Lib. 3. c. 28. sic loquitu
αλλα και Κηρινθος, ο δι' αποκαλυψεων [22]),
υπο αποστολου μεγαλου γεγραμμενων, τερατολ
γιας ημιν, ως δι' αγγελου αυτω δεδειγμενας, ψευ
μενος επεισαγει, λεγων· μετα την αναστασιν επ
γειον ειναι το βασιλειον του Χριστου, και παλ
επιθ

loco omnino *Commentationes theologg. potissim. historiam Cerinthi, Judaeochristiani ac Judai gnostici, atque finem Joanneorum in N. T. libeli rum illustrantes*, scripf. H. E. G. Paulus. Jen 1795. Cf. J. E. C. Schmidt *Biblioth. für Crit u. Exegese des N. T.* Band I, p. 320. 321 sqq. Copiosius de Alogorum sententia edoceri qui satag adeat librum, seorsim in hanc rem doctissime et ac tissime conscriptum. M. Mich. Merkel *histori critische Aufklärung der Streitigkeiten der Alog und andrer ältern Lehrer über die Apocalypse, 2ten Jahrhundert, als Beytrag zum zuverlässig Beweise, dass die Apoc. ein untergeschobenes Bu sey.* Frankf. u. Leipz. 1782, et contra eum Sto *neue Apologie der Offenb. Joh.* §. 9, p. 96.

22) De nostra Apocalypsi hunc locum intelligendu esse, licet forma pluralis legatur, euictum de Eichhorn l. c. p. 414, in nota. Alia tamen o nari videtur b. Koppius, qui in schedis adno vit, Caium nouam quandam Apocalypsin, nu auctoritati innixam repudiasse, non tamen nostra veram et apostolicam. Omnino magnam vim e Caii testimonio negat, quia homo ignotus is fuer et Romae remotius ab Asia, in qua apparue Apocalypsis, domicilium habuerit. — Longius a tem procedens ex hoc Caii testimonio contra adeo argumenta, quae *pro* auctoritate apostoli libelli loquantur, repetit S. V. Hug *Einleit.* p. 41 421. — Plura de Caii argumentis legesis ap Hartwigium *Apolog. der Apocal.* Th. I, p. 33 sc et Storrium *neue Apologie der Off. Joh.* §. 7. p. 61 sqq.

επιθυμιαις και ἡδοναις εν Ἱερουσαλημ την σαρκα πολιτευομενην δουλευειν· και εχθρος ὑπαρχων ταις γραφαις του Θεου αριθμόν χιλιονταετιας εν γαμῳ ἑορτης, θελων πλαναν, λεγει γίνεσθαι. En ergo et Caium, aeque ſtrenuum Montaniſtarum et Chiliaſtarum aduerſarium, eodem cum Alogis tramite incedere, nec tam ex hiſtoricis, quam dogmaticis et polemicis rationibus libri noſtri auctoritatem laceſſere.

Grauior tamen et formidoloſior libello noſtro aduerſarius circa annum 250 ſubortus eſt in Aegypto, Dionysius Alexandrinus. Erat ibi Nepos quidam, praefecturae Arſinoiticae epiſcopus, patronus Chiliasmi et acerrimus vindex, omniaque reſpuens, quae ad allegorias eundem reuocare ſuadebant. Is Apocalypſi noſtrae, cuius auctoritatem citra dubium agnouerat, tanquam fundamento firmo ſatisque ſtabili innixus, ex hac tanquam arce propugnabat dogmata ſua. De eo ita loquitur Euſebius Hiſt. Eccleſ. Lib. 7, cap. 22: δοξας γουν (Nepos) εκ της Αποκαλυψεως Ιωαννου την ιδιαν κρατυνειν ὑποληψιν, ελεγχον αλληγοριστων, λογον τινα περι τουτων συνταξας επεγραψε. Sed contra hunc in arenam deſcendens Dionyſius, non mediocri ingenii acumine excellens, allegoricam Chiliasmi explicandi rationem vindicaturus, ante omnia in Apocalypſin ſibi inquirendum eſſe animaduertit: neque inquirentem ſollertius praeterire potuit, fuiſſe iam ante ſua tempora, qui libellum noſtrum Joanni apoſtolo abiudicantes ad Cerinthum auctorem reuocarent. Illud autem in controuerſia aduerſus Nepotem maxime ſibi profuturum ratus, apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. Lib. 7, c. 23. ita verba facit: Τινες μεν ουν των προ ἡμων ηθετησαν και ανεσκευασαν παντη το βιβλιον, αγνωστον τε και ασυλλογιστον αποφαινοντες, ψευδεσθαι τε την επιγραφην· Ιωαννου γαρ ουκ' ειναι λεγουσιν, — Κηρινθου δε, του και την απ' εκεινου κληθεισαν συστησαμε-

νου

νου αἱρεσιν, αξιοπιστον επιφημισαι θελησαντα τ ἑαυτου πλασματι ονομα. Τουτο γαρ ειναι τ διδασκαλιας αυτου το δογμα, επιγειον εσεσθαι τ του Χριστου βασιλειαν. — Εγω δε αθετησαι μ ουκ αν τολμησαιμι το βιβλιον etc. — — Hoc aute Dionysii Alexandrini testimonium eum maxime finem vrgent aduersarii, vt inde demonstretur, mult jam inde a prioribus saeculis exstitisse, auctoritate apostolicam libelli nostri detrectantes. Sed paru tuto sic argumentantur: neque enim ex vocibu *προ ἡμων* ad antiquiora tempora argumenta traduce licebit, neque ex voce *τινες* colligere, multos fui istiusmodi aduersarios: imo nisi Alogos et Antimo tanistas, de quibus Epiphanius refert (vid. supr. not. 2 indicatos credas, Alexandrinos nonnullos huius se tentiae patronos hic inuenies, omniaque argumer contra Apocalypsin hactenus prolata ex vno fe eodemque fonte deriuata esse censebis. Sed ha negamus, locum hunc admodum vexatum esse, eiq qui omnia, quae in vtramque partem sunt alla declarere luculentius suumque iudicium velit int ponere, in infinitum paene esse progrediendum, per omnia dumeta controuersiarum chiliasticarum tra eundum, de quibus historia ecclesiastica plura refert [23]

Audiuimus testes ex Oriente, Occidente Aegypto, in vnam paene eandemque sententi contra Apocalypsin insurgentes [24]), omnesque fe

9

23) Vberiorem rerum istarum expositionem qui le satagit, adeat Hartwigium l. c. Th. 2, Nc p. 57 sqq.; Corrodi *Versuch einer Beleucht. des und christl. Can.*, zweytes Bändch. p. 322-3 Hug *Einleit.* p. 408 sqq. Eichhorn *Einleit.* p. vbi et versutiam Dionysii, qui neutri parti moles se gerere studebat, bene indicatam inuenies.

24) Seriora testimonia contra Apocalypsin afferre attinet, qualia permulta accessura esse exspe

I

quos hactenus in vtramque partem produximus, excitauit et loqui fecit EUSEBIUS: iuuabit ergo profecto audire, quid de libello nostro iudicauerit ipse. Verum enimuero omnia fluctuare hic videbuntur [25]), quapropter nostro aeuo eò minus fraudi ducendum erit interpretibus cautis et circumspectis, si rem dubiam et suspensam relinquunt, quando iam ineunte saeculo quarto, quo floruit Eusebius, iudicium certum interponere dubium et anceps habebatur. Habet autem Eusebius Hist. Eccles. Lib. 3, cap. 23. 24. 25, vbi librorum, qui in Noui Testamenti canonem recepti erant, recensum exhibet, haec ferme: — — επι τοις ὁμολογουμενοις τακτεον, ειγε φανειη, την Αποκαλυψιν Ιωαννου. — — της δ' Αποκαλυψεως εφ' ἑκατερον ετι νυν παρα τοις πολλοις περιελκεται ἡ δοξα. — — ετι τε, ὡς εφην, ἡ Ιωαννου Αποκαλυψις, ει φανειη, ἡν τινες, ὡς εφην, αθετουσιν, ἑτεροι δε εγκρινουσι τοις ὁμολογουμενοις (bipartito enim diuiserat Eusebius libros Noui Testamenti, in ὁμολογουμενους et αντιλεγομενους). Idem, Hist. eccles. Lib. 3, cap. 39. admodum ambigue de libelli auctore loquitur, videturque illorum partibus accedere, qui cum Dionysio Alexandrino [26]), cuius testimonium

poterat, quando semel e canone expunxerat librum ecclesia Orientalis. Eminet inter eos Cyrillus Hierosolymitanus, Catech. 15, no. 16. Βασιλευσει δε ὁ Αντιχριστος 3½ ετη μονα. Ουκ εξ αποκρυφων λεγομεν, αλλ' εκ του Δανιηλ. — At Nicephori, Zonarae (qui eodem honore libellum prosequitur, quo libros apocryphos, Judith, Tobiam etc.) aliorumque iuniorum testimonia qui legere satagit, adeat Wetstenium p. 744. 745.

25) Vid. Perill. EICHHORN l. c. p. 421 sqq.

26) Vid. Euseb. Hist. Eccl. Lib. 7, c. 25 — — καλεισθαι μεν ουν αυτον Ιωαννην, και ειναι την γραφην Ιωαννου ταυτην, ουκ αντερω· ἁγιου μεν γαρ ειναι τινος και

monium supra produximus, alium quendam Joanne Ephesinae ecclesiae presbyterum, carminis auctor fuisse malunt: siquidem exstare et Ephesi duo sep chra, quorum vtrumque Joannis esse dicatur.

Hactenus testimonia veterum in vtramque part prolata. Quae exinde circa historiam canonis A calypseos sequuntur, vt quam fieri potest breuissi potiora complectamur [27]), haec ferme sunt: Pri quidem post Christum natum saeculo nulla fere c minis nostri mentio iniicitur, altissimumque ad silentium. Ast insequentibus binis saeculis adera quidem, qui carmen vindicarent Joanni apostolo, subnascebantur mox, tam ex Oriente, quam Oc dente plurimi aduersarii, qui ad alium auctor reuocarent; vtraque tamen pars dogmaticis magis polemicis argumentis, quam historicis sententiam su superstruxisse videtur. Accidit tamen, vt saec tertio post Eusebii tempora magis magisque ind apud Graecos pessumiret libelli auctoritas apostoli Et Eusebius quidem, qui omnes libros, quos n *αποκρυφους* habebat, in *ομολογουμενους* et *αντιλ γομενους* dispescit, dubium se gerit et ancipitem, vt accenseat Apocalypsin. At Cyrillus Hiesolymitan cum Gregorio Nysseno satis aperte ad *αποκρυ* eandem refert. Alii, qui canonicorum librorum censum dant, Apocalypsin omittunt, vt Gregor Nazi

και θεοπνευστου συναινω. Ου μην ραδιως αν συνθοιμ τουτον ειναι τον Αποστολον, τον υιον Ζεβεδαιου, αδελφον Ιακωβου. — — — Οτι μεν ουν Ιωαν εστιν ο ταυτα γραφων, αυτῳ λεγοντι πιστευτεον π δε ουτος, αδηλον. — — — αλλον δε τινα οιμαι των Ασιᾳ γενομενων. επει και δυο φασιν εν Εφεσῳ γενεσ μνηματα, και εκατερον Ιωαννου λεγεσθαι.

27) Plura legesis in CORRODI *Beleuchtung der Geschic des jüd. und christl. Bibelkanons*, zweytes Band p. 301 - 352.

Nazianzenus, Amphilochius, Concilium Laodicenum in canone 60 etc. [28]) Hinc et Chrysostomus nullas in Apocalypsin habitas homilias edidit, tametsi satis largam et benignam verba sacra faciendi materiem, maxime pro istorum temporum genio, praebebant [29]). Sed neque in Syra ecclesia, quae Syriam, Mesopotamiam, omnemque illam plagam occupabat, plus auctoritatis habuit Apocalypsis. Ast eo maior illa fuit in Occidente, vbi doctissimus ille Hieronymus (nam nec de indoctis patribus latinis, nec de Lactantio, aliisque Chiliasmi patronis loquimur) diserte ait, inter libros ecclesiasticos [30]) habendum esse librum. Concilium tertium Carthaginense habitum anno 396 primum inter canonicos libros Apocalypsin retulit [31]). Tandem et ab ecclesia Orientali vi impetratum est canone 17mo concilii anno 653 Toleti habiti, vt in canonem admitteretur liber noster [32]). Atque ex hoc tempore obti-

28) Non tamen ignoramus, eius vim, quum spurius sit, minimam esse, rectius nullam.

29) Suspicatur quidem Wetstenius, in homilia 1. in Matthaeum ad Apocal. 20, 18-21 a Chrysostomo alludi: sed eiusmodi argumenta quam sint lubrica, nemo non videt.

30) Id quod idem valet ac canonicos; vid. S. V. Hug *Einleit.* p. 421-423. Affert idem plures ex ecclesia Latina patronos, Rufinum, Victorinum, Hilarium, Gennadium, Orosium etc.

31) "Apocalypsin, librum, quem multorum conciliorum auctoritas — decreta Johannis euangelistae esse perscribunt et inter diuinos libros recipiendum, aliqui contemnunt in ecclesia Dei praedicandum. Si quis eum deinceps aut non receperit, aut a Pascha ad Pentecosten missarum tempore in ecclesia non praedicauerit, excommunicationis sententiam habebit."

32) Rationem et caussam si quaeras, cur istiusmodi liber receptus sit, varia afferre licebit, vel quod Joannis euangelistae et Apostoli nomen hoc honore dignum

obtinuit seruauitque vsque ad nostra tempora auct
ritatem canonicam, et licet permultos quouis ae
expertus esset aduersarios, nunquam tamen tam humi
iacuit et depressus, vt aequipararetur libris aliis, sim
argumento conscriptis, sed nunquam ciuitate canoni
donatis, quo pertinent e. gr. liber quartus Esra
Hermae pastor, maxime lib. I., Apocalypsis Pe
(Euseb. Hist. Eccles. Lib. 6. c. 14; 3, 25, alibi),
qua Fabricius in codice apocrypho N. T. p. 940 leg
tur, Apocalypsis Joanni apostolo adscripta [33]),
eius generis scripta alia, vt taceamus apocalyp
Adami, Abrahami, Mosis, Eliae, de quibus legat
Fabricius in codice pseudepigrapho Veteris Test
menti.

Abstinemus a depromendis ex historia testimoni
pluribus, ne in ea, quae integro volumini scriben
satis largam materiem suppeditant, longius exsp
tiando limites nostros excedere videamur. His aute
et huiuscemodi argumentis aliis freti Joanni aposto
asseruerunt carmen nostrum:

1) quoniam testium excitatorum longe plurimi, ant
quissimi, sanctissimi et paene ad Joannis ipsi
aeuum accedentes, id quod nulli alii N. T. libr
euenit [34]), pro ea sententia loqui videntur;

dignum credebant, vel quod carmen eo animadue
tebant tendere, vt rem christianam omni re aduer
superiorem fore illustraretur, vel quod et hanc int
Vetus et Novum Test. similitudinem intercede
volebant, vt vtraque librorum sylloge continer
libros historicos, ethicos propheticosque.

33) Vid. Perill. Eichhorn *Einleit.* l. c. p. 494 sqq.

34) Antiquissimum aliorum librorum N. T. patronu
excitare solent Irenaeum, at hic audimus Iustinum
triginta annis priorem. — Hinc Newtonus affirm
vit, nullum N. T. librum tam firmis fundament
inniti, quam Apocalypsin.

2) quoniam non ex vna tantummodo terra, aut vna aliqua ſchola exeunt, qui carmen apoſtolicum eſſe opus teſtantur, ſed ex Oriente, Occidente, Africa, Aegypto, Arabia etc. confluunt [35];

3) quoniam ea ipſa de cauſſa in omnibus terrarum tractibus innotuerat libellus, multoque celerius, quam alia antilegomena, et, ſi ab euangeliis receſſeris, celerrime quoquo verſus penetrauerat [36];

4) quoniam, quibus ſecus videbatur, non tam hiſtoricis, quam dogmaticis et polemicis argumentis pugnant, Joannique eam ob cauſſam libellum abiudicant, quia indignum apoſtolo opinantur, de regno millenario in his terris condendo ea protuliſſe, quae rationi refragari videntur. Hinc relictam ab eis eſſe ſententiam orthodoxam illam et vetuſtate teſtium ſancitam, et immaturo nouaturiendi ſtudio aliam viam tentatam;

5) quoniam Origenes [37]) ipſe, licet Chiliasmi adverſarius, mauult tamen vera profiteri, quam proſcri-

35) Ex Oriente Juſtinus ille dux omnium veteranorum et anteſignanus, poſtea Melito, Theophilus, Apollonius etc., ex Occidente Irenaeus Lugdunenſis, Hieronymus doctiſſimus veri inueſtigator etc., ex Africa Tertullianus, ex Aegypto Clemens Alex, Origenes, Cyrillus Alex., Iſidorus Peluſiota, Didymus Alex. Athanaſius, Macarius etc., ex Arabia Hippolytus etc. Magnum autem et validum praeſidium inde aiunt peti, quod primi et potiſſimi teſtes et patroni ex eis regionibus prodeunt, in quibus elaboratum, aut quibus miſſum et dedicatum eſt carmen, quae terrae quaſi claſſicae habendae ſunt.

36) Hanc quidem prae caeteris antilegomenis palmam tribuendam eſſe Apocalypſi negari omnino nequit. Cf. Corrodi *Beleucht.* etc. 2tes Bändchen p. 316.

37) Addunt Origeni Hieronymum doctrina omnes alios excedentem, et hos tanquam *στυλους* cum Juſtino venerantur.

scribendo Joannis apostoli nomine argumen profligare, quae pro eodem ex carmine deprom bant eiusdem patroni;

6) quoniam per omnes rerum vicissitudines ste tamen et hodienum stat auctoritas libelli canonic

Quae quidem argumenta per se spectata sat momenti et ponderis habere videbuntur aequis reru arbitris, dummodo ne libellus ipse obloquatur. Is erg ante omnia erit inuestigandus, et quae in eo occu runt vestigia, caute et circumspecte legenda. N cessauit hic aut ignauam se gessit interpretum so lertia: imo tot tantasque ratiocinationes in vtran que partem protraxit, vt et his argumentis intern (ita enim appellantur, quae iam proferre incipimu parum aut nihil addere liceat, quod nouum sit a inauditum antea.

Protinus parum aut nihil in Apocalypsi inuenir sibi videntur, qui Joanni eam vindicant, quod eius dem opinionibus, decretis, aut scribendi cogitand ratiocinandique modis repugnet: imo amicissime cor iurare omnia, imaginemque eiusdem Joannis, qui e euangelium et tres epistolas exarauerat, quasi a viuum expressam hic reddi. Quam enim et in euan gelio et in epistolis palmariam sententiam propugna Joannes, Jesum dictis factisque verum se hominibu Messiam probasse, eandem inculcat, vti aiunt, e Apocalypsis, eo tendens, id agens, vt demonstre qualem se, dum in viuis esset, praestitisset Jesus talem et in reditu suo apparitürum, verum Messiam omnium hostium debellatorem, suorumque seruatoren et regem celsissimum. Insignitur autem magiste noster honorificentissimo nomine Λογου του Θεου i Apocalypsi pariter (c. 19, 13.) atque in euangeli Joannis c. 1: cumulantur in carmine nostro idemtidem quae ad extollendam sublimiorem Jesu naturam e

diu

diuinam maiestatem faciunt, pari modo atque in euangelio et epistolis Joannis id agitur, vt vere pro Messia, de quo diuina praedicari possint, habendum Jesum esse demonstretur: assidet Apoc. 5, 6. Jesus in throno Dei vt summi regis, sicuti in euangelio filius in gremio patris (c. 1, 18): obiicit quidem carmen nostrum c. 4. oculis culmen, in quo solium sibi regiamque sedem fixerat summum numen, sed naturam eiusdem comprehendi posse mente humana negat c. 19, 12; quemadmodum similia confitetur euangelium c. 1, 18; 14, 8. 9. et prima epistola c. 4, 12. 20. Imaginem, quae sub figura agni Jesum delineat, et in Apocalypsi cap. 5, et in euangelio c. 1, 19. reperies.

Haec et eiusmodi alia complura iuxta se posuerunt interpretes [38]), quibus addo: acerrime in idolorum

38) Veluti Apoc. 1, 5; 5, 9; 7, 14; 12, 11 coll. c. Jo. 1, 29. 30; Apoc. 1, 7, coll. Jo. 19, 37; Apoc. 2, 9; 12, 3, 9. coll. Jo. 8, 44. In sensu vocis σημαινειν consentiunt Apoc. 1, 1. cum euang. Jo. 12, 33; 18, 32; 21, 19. Pari modo conferas Apoc. 1, 9. cum 1. Jo. 5, 8-12; Ap. 12. cum 1. Jo. 5, 18; Ap. 13, 8. cum Jo. 17, 5; Ap. 1, 2. cum 1. Jo. 1, 1; Ap. 1, 5. cum 1. Jo. 1, 5. forsan et Ap. 19, 10. cum 1. Jo. 5, 6; Apoc. 10, 3. cum Jo. 7, 37; Ap. 2, 17. cum Jo. 6, 31. 49. 58. Apoc. 21, 6 et 22, 17. cum Jo. 7, 37; Ap. 3, 8. 10. cum Jo. 8, 51 etc. Vid. WETSTEN. p. 747; EICHHORN *Einleit.* p. 376 sqq. vbi p. 381 id maxime vrgetur, quod haec similitudo maxime in epistolis apocalypticis, cap. 2 et 3, i. e. in ea libri parte eluceat, quae, vt caetera Joannis scripta, didactici magis quam poetici sunt generis. Sed et plures intt. eiusmodi locos iuxta se collocauerunt, haud iniuria monentes, non tam ex singulis vocibus phrasibusque, quam ex omni carminis natura et indole ad vnum eundemque auctorem concludi. Ornatissime haec protulit HERDERUS in *Maranatha* p. 327 sqq. "Dieselbe starke und zarte Seele, der lieb-

lorum cultum identidem inuehitur Apocalypsis, i
puras hominum christianorum animas eo vult poll
atque eundem detestatur Joannes vel maxime in br
illo, sed ενεϱγικοτατῳ effato, quo consignat prim
epistolam 1. Jo. 5, 21. Vehementissime insurgit con
falsos doctores veteratoresque Apoc. 2, 2; 13, 13 sq
19, 20: nec lenius 1. Jo. c. 4. 1; 2. Jo. v. 7- i
Antichristum non quidem expresso nomine indic
videtur, sed tamen viuis coloribus depingere Apo
lypsis: at eundem taxat Joannes 1. Jo. 2, 18. Nos
libellus christianos ciues sublimi nomine βασιλ
και ιεϱεις salutat, e. gr. c. 1, 6: at similia exprimi
tur 1. Jo. 2, 20. Adspernantur homines melior
doctrinam probatam euidentissimis signis, et sensib
suis voluptatibusque indulgere pergunt Jo. 1, 10. 1
3, 19; 1. Jo. 2, 15 sqq. coll. Apoc. 16, 9. 11. vbi f
gitia committere non cessant homines, quamuis ac
rimis a Deo poenis afflicti. Sunt et peccata, qu
mortem efficiunt, pro quibus preces adhibere, ance
est et vix suadendum 1. Jo. 5, 16-18, quae amicissi
conspirant cum eis, quae hostibus dira imprecatur,
rata fore gaudet Apocalypsis c. 19, 17 sqq. Jo. 17, 2
participes gloriae suae coelestis Jesus reddit ciu
suos: neque alia sunt, quae leguntur Ap. 20, 4, v
et ipsi thronis insident. In euangelio subinde tes

t

liebliche Deutungsgeist, die Gabe fein zu versteck
und vorzubereiten, nur durch Winke anzudeut
und Licht und Schatten in grosse Massen zu th
len: am meisten der Reichthum, und doch
Sparsamkeit in Bildern, das Wiederkommen ders
ben Machtsprüche und Lieblingszüge, die A
dass alles an wenigen einfachen Fäden hängt, a
wenige Hauptformen zurückkömmt, die er n
zarten Nahmen benennt und mit Feuer in die Se
schreibt, diess und viel anderes, das eher empfu
den als gesagt werden kann, ist die Seele Johann
in seinen dreierley Schriften."

tur Jesus, a summo patre accepisse se ea, quae proferret, veluti Jo. 7, 16. 17: at vero et Apocalypsin hanc eidem Jesu dederat Deus Ap. 1, 1. — Quod autem ad loquendi genus attinet, eis, quae ab aliis obseruata sunt, adiiciendum esse et illud existimo, quod in euangelio periphrasis illa, ὁ μαϑητὴς, ὃν ἠγάπα Ἰησοῦς subinde repetitur, c. 19, 26; 20, 2; 21, 7: at in Apocalypsi alia periphrasis siue obseruatio de bestia, cuius vulnus sanatum fuerit, c. 13, 3. bis repetitur c. 13, 12. 14: nec non angelus ille altero pede in terra, altero in mari constitutus c. 10, 2. bis hac periphrasi indicatur, v. 5 et 8 etc. Ex his ergo et eiuscemodi exemplis aliis probari poterit, permulta in carmine nostro bene comparari cum sententiis, effatis, et loquendi modis, qui in Joannis apostoli operibus occurrunt [39]).

Aliud argumentum, quod pro Joanne loqui possit, inde repetitur, quod is cum fratre Jacobo nomine Βοανεργές, i. e. filius tonitru, a Jesu compellatus sit Marc. 3, 17, vnde tam singularis eius vis in dicendo et potentia significatur, quam indoles et ingenium praeceps, vehemens et ad recipiendos afflatus diuinos pronum et procliue. Neque a vehementiori hoc animi impetu degenerem se exhibuisse aiunt Joannem, quando indignabundus, quod Jesum cum discipulis suscipere recusauerint Samaritani, magistrum admonet, ignem e coelo elicere, qui consumat homines ingratos, Luc. 9, 54 [40]); nec quum in prima epistola cap.

39) Vid. Specimen hermeneutico theologicum de Apocalypsi, ab indole, doctrina et scribendi genere Joannis apostoli non abhorrente: scripsit CURTIUS Utrecht. 1795. Cf. EICHHORNII *Biblioth.* B 9, p. 545 sq.

40) Protulit hocce argumentum S. Ven. STOLTZ in nott. ad vers. N. T. german. vbi ex Apocalypsi optime cognosci arbitratur vir acutissimus filium illum Boanerges, qui vehementiorem ignem animo inclu-

cap. 5, 16. dissuadet precibus apud Deum intercede pro eo, qui mortale peccatum commisit. Quib addi posse et illud existimo, quod primis post discessu magistri temporibus, Actor. c. 3, 1 sqq., semper se Joannes cum Petro, cuius vehementia nemine fugit, iunctus videtur, quandoquidem eadem indol iunxerat animos, et quasi par fratrum effecerat, qu alacriori impetu ad profligandos rei christianae a versarios incederet, et laetiora ei afferret increment Atque eiusmodi ingenium apprime aptum fuisse idoneum ad suscipiendas imagines illustres, coelit demissas et in coelum quasi abripientes menten quales sese offerunt in carmine nostro, quis est, q negare ausit? aut quisnam iniquus erit eiusmo ingenio, aut contra mansuetiores, quos Jesus cor mendauerat, mores peccasse discipulum clamabit, diras imprecatur hostibus, eosque ad internecione occisos esse exsultat Apoc. c. 19?

Quibus omnibus aliisque id genus permulti quae pro Joanne faciunt, non possumus, quin asse tiamur, negantes iidem, inuentum quidquam esse carmine nostro, quod Joanne aut alio apostolo Je Christi minus dignum dicendum sit, aequumue a par esse, ad apocrypha reiicere carmen nostrum,

clusum foueret, quem facillima explosione erumpe potuisse in eiusmodi Apocalypsin, qualis est nostr — Prorsus alia tamen et ab his diuersa sibi inu nire visi sunt alii, qui lene, mansuetum, et tra quillum dicendi genus, ad magistri summi norma compositum Joanni vindicant. Ita ad suam qui que sententiam defendendam eadem re abutitu Quam vaga et fluxa haec omnia! Cf. locum e Herdero nota anteced. citatum. Vid. de his sp cimen hermeneut. theolog. de doctrina et dictior Joannis Apostoli ad Jesu magistri doctrinam dictic nemque exacte composita. Utrecht. 1797 et Eichl Bibl. B. 8, p. 49 sqq.

in honore aeque tenui habere, atque apocalypſes alias, e. gr. illam Joanni adſcriptam, de qua ſupra locuti ſumus: illam enim et omnia eiusmodi figmenta alia multum antecedit et longo poſt ſe interuallo relinquit egregia, quae hic mentem afficit, poeſis [41]).

Nec multum ab hac ſententia mouebunt aequum cautumque et circumſpectum rerum harum arbitrum pleraque eorum quae contra afferuntur: ſunt enim plurima (argumenta interna contra authentiam Apocalypſeos loquimur) eius generis, vt facili opera videantur conuelli poſſe, ſicuti iam oppugnata et profligata ſunt a pluribus carminis patronis [42]); ſed afferendis tamen eis et quam fieri poteſt breuiſſime delibandis, ne haec particula operi noſtro deſit, vix ſuper-

41) Cf. omnino HARTWIG *Apolog. der Apocal.* Th. 4, p. 3 ſqq.: *Apoſtoliſche Aechtheit der Apocalypſe aus innern Merkmahlen.*

42) Copioſius haec et vberius expoſita legas apud Perilluſtr. EICHHORNIUM, tam in *Einleit.* l. c. p. 435 - 494, quam in eiusdem *Bibliotheca* Band 3, Stück 4. *Ueber die innern Gründe gegen die Aechtheit der Apocalypſe*, p. 571 - 645, in quibus ad certas claſſes reuocata aduerſariorum argumenta eodem ferme ordine redarguit, quo eadem protulerat OEDER in: *freye Unterſuchung über die ſogenannte Offenb. Joh. mit Anmerk. von Semler.* Halle 1769. Oederum ſagaciſſimi ingenii virum inſtar omnium aduerſariorum habendum eſſe cum Eichhornio Bibl. p. 573 dixeris: aſt varia eiusmodi dubia mouerat iam Dionyſius ille Alexandrinus, quem teſtem aduerſus Apocalypſin ſupra produximus: veluti hoc apud Euſeb. H. E. 7, 25. ὁ μεν ευαγγελιστης ουδαμου το ονομα αυτου παρεγγραφει, ουδε κηρυσσει ἑαυτον, ουτε δια το ευαγγελιον, ουτε δια της επιστολης — — ὁ δε την Αποκαλυψιν γραψας, ευθυς τε ἑαυτον εν αρχη προστασσει — — ειτα και επιστολην γραφει. Ιωαννης ταις ἑπτα εκκλησιαις ταις εν τη Ασια etc.

ſuperſedere poterimus. Sunt autem praecipua, quae opponuntur, haec ferme:

1) Mirantur nonnulli, qui fieri potuerit, vt, qui neque in euangelio neque in epiſtolis nomen ſuum in fronte indicauerat, Joannes, idem in hoc carmine bis ter illud repetat c. 1, 1. 4. 9. Cui argumento tamen ita poterit occurri, ibi Joannem hiſtoriographum eſſe, qui ad aliorum trium euangeliſtarum imitationem, quorum nemo nomen in fronte libri praemittit, compoſuerit narrationem (nam et in epiſtolis nomen interdum deeſt, vt in illa ad Hebraeos): hic autem poetam, ad exemplaria vatum Hebraeorum formatum, quos vbique, dum oracula canere incipiunt, nomen ſuum profiteri conſtat. Appellat autem ſemetipſum non apoſtolum aut presbyterum, ſed modeſtius δοῦλον Jeſu, perinde ac Judas in fronte epiſtolii, Jacobus etc.

2) Offenduntur alii, quod neque in Apocalypſi aliorum librorum a ſe editorum, nec in illis Apocalypſeos mentionem faciat Joannes. Quaſi vero id neceſſario deſideretur in auctore, qui plura compoſuit; aut Paullus in nulla epiſtola neglexerit ad alias prouocare alio a ſe miſſas.

3) Dubitant alii haeſitantque obſcuritatem libri multis inuolucris obtecti intuentes: nec reputant, quam temerarium ſit, idcirco repudiare librum aut pro ſpurio habere. Atqui profecto nec Pindarus, nec Lycophron, nec Perſius, omnibus ſigillis quaſi recluſis, adeuntur a nobis intelliguntur ue.

4) Attulimus ſupra exemplorum farraginem, quae, quum in Apocalypſi pariter ac caeteris ſcriptis Joanneis occurrant, intercedere inter omnes illos libellos aliquam ſimilitudinem vix diffiteri patiuntur. Verum miſſis eis et neglectis conqueruntur plerique, prorſus alium genium ſpirare carmen noſtrum,

nostrum, prorsus alias res enunciare, prorsus alia lingua loqui [43]. Sed qui tandem fieri potuit aliter? num vaticinia et oracula eodem sermone pedestri incedunt, quo rerum gestarum enarratio, aut familiare in epistolis colloquium? num Virgilius eundem se exhibet in Aeneide et Georgicis? aut Horatius eundem in epistolis et odis, quae interdum ad dithyramborum sublimitatem extolluntur? Proinde absque negotio licebit Apocalypseos patronis redarguere illos, qui hanc dissimilitudinem vbique crepant, quam conspicuam vtique esse, nec negant ipsi nec negare possunt, sed et ex diuerso tempore, aetate consilio etc. auctoris illustrabunt. Namque si eis, qui omnia ad Joannem apostolum referunt, haud iniuria proxime fidem esse videtur, primam ab eo compositam esse Apocalypsin, dein post aliquot temporis interuallum et euangelium litteris mandatum, et tandem extrema senectute et epistolarum illam triadem [44]: explicabunt inde colorem, qui euangelio inhaeret proprius et suus, tribus euangeliis aliis multum absimilis et celsius quid et sublimius oculis obiiciens, aut mysticis passim tegumentis effata sua inuoluens. Suspicabuntur enim, multa eorum, quae in Apocalypsi visa a se praedicauerat, menti etiamnum in-

43) Nec hoc fefellit Dionysium Alexandrinum, qui apud Euseb. l. c. H. E. 7, 25. postquam harmoniam Joannearum epistolarum cum eiusdem euangelio exposuerat, addit: *αλλοιοτατη δε και ξενη παρα ταυτα ἡ Αποκαλυψις, μητε εφαπτομενη μητε γειτνιωσα τουτων μηδενι σχεδον, ὡς ειπειν, μηδε συλλαβην προς αυτα κοινην εχουσα.*

44) Ea sane est intt. potissimorum sententia, quae tamen rectius in prolegomenis ad euangelium Joannis enucleatur: vid. Perill. Eichhorn *Einl.* B. 2., erste Hälfte, p. 254 sq. Cf. Herder *Maranatha* p. 321.

inhaesisse, eademque inuito auctore ad ea, quae sermone plano et depresso enarranda erant, traducta particulis quibusdam eiusdem coloris poetici euangelium quoque imbuisse, vt et ibi cothurnis ingrederetur, vbi soccis ambulandum erat; atque in ipsis adeo epistolis vestigia sublatae quondam et ad coelestes sedes abreptae mentis relinqueret.

5) Sunt praeterea et variae ratiocinationes aliae, quibus magna ambitione contra Joannem-certant, modo errores dogmaticos odorantes, modo effata in vno eodemque libro sibi repugnantia, modo falsa et inania inuenisse se rati, monstrosissimas figuras, hyperbolas omnem fidem excedentes, commenta Rabbinica, et id genus alia, quae cuncta apostolo indigna esse clamitant. Sed ea omnia facili negotio dissipauerunt, qui pro Joanne stant [45]), nec difficulter dissipabit pro se quisque, qui sensu poetico et poetici operis interpretandi facultate non destitutus est: quapropter eis non immoramur.

Sed vnum superest, quod aduersariorum bilem mirum quantum mouit, sermonem dico multis barbarismis, soloecismis et abnormibus loquendi formulis horridum et squallentem. Quot quaeso anacolutha, asyntheta, enallagae? quam aliena haec et abhorrentia a dictione Joannis, si non ad elegantiam Atticam expolita, at pura tamen et tersa? Recte vero ista omnia: sed ne vel hoc quidem argumento solo multum contra Joannem efficitur. Adsunt persimilia et in euangelio Joannis c. 1, 14. δοξαν πληρης; 2. Jo. v. 1, τεκνοι, ους; et in Luca, c. 22, 20. εν τω

αιματι

45) Vid. Eichhorn in *Einleit.* et *Biblioth.* l. c. Adscripsisse iuuat, ex Oedero (nam is praesertim haec argumenta cumulauit amplificauitque) depromta esse et ea, quae schedae Koppianae contra authentiam Apocalypseos prolata referunt et facile labore refellunt.

αἱματι μου, το — εκχυνομενον etc. Nec mirum, eiusmodi vitia reperiri apud ſcriptores, quorum mens cogitabat Syrochaldaice, calamus autem graece exarabat. Nolimus vero hanc aberrationem inuidioſo ſoloecismorum nomine inſectari[46]), quod omnem librum immerito labecula adſpergit, cuius omnino nec ingenium et indoles nec lingua et dictio habenda profecto erit tam vilis et abiecta, vt aliis libris N. T. poſthabeatur. Equidem, vti in omni libro permulta praeclara, ſublimia, diuina, quae animum mira quadam arte afficiunt et percellunt, ita et linguam dictionemque talem inuenio, vt nullo libro N. T. inferior videatur, imo multis diſtinguatur luminibus, quae alibi fruſtra quaeſieris[47]). Quae autem tantum taedii et nauſeae creant, nil aliud, niſi negligentiam produnt, quae etiamſi alias parum grata ſit et accepta, attamen condonabitur vati oracula proferenti, et, dum profundit ore ea, quibus in coelum elata mens redundat, artificia ſermonis et grammaticorum praeceptorum moleſtos limites adſpernanti[48]). Ita quidem vide-

46) Atque ſi verum fateri libet, vocem *ſoloecismus* vix vſurpare licet de ſermonis vitiis a Helleniſta commiſſis, cuius paene omnis dictio ciuibus Atticis, qui primi effinxerant verbum σολοικιζειν, videbitur ſoloeciſmis conflata eſſe.

47) Quem, vt hoc exemplo vtar, non arripit et percellit metaphora illa c. 17, 6, γυνη μεθυουσα εκ του αἱματος, cui ſimilem apud alios ſcriptores fruſtra circumſpexi?

48) Sed quia eiusmodi negligentia ſemper ingrata eſt, nolim ſuffragari eis, quae ex Galeno de different. pulſ. 2. excitat Wetſten. in Var. lect. ad c. 1, 6. Ταυτα λεγω, μηδενι πωποτε ειπων, μηθ᾽ ὁτι βαρβαριζεις, — μηθ᾽ ὁτι σολοικιζεις, — — αλλ᾽ επιτρεπω πασιν, ὡς βουλονται φθεγγεσθαι· καν κυβερνητης ειπη — φερε τον πους, ουδεν μου διαφερει — συνιεναι μονον βουλομενος του λεγομενου. Sane nimis facilem in his

videtur: et haec reputantibus parum opus erit confugere ad hypotheses istiusmodi, quales in schedulis Koppianis inuenio: in Apocalypsi furore mentis abreptum Joannem ipsum loquutum esse, scripsisse ipsum: at euangelium et epistolas, cum mentis compos redditus atque ad maiorem aetatem prouectus fuisset, in calamum dictata fuisse aliis, et ab eis elaboratius perscripta. Caeterum nec his telis contra Apocalypsin pugnare cessauit Dionysius ille Alexandricus, imo apud Euseb. 7, 25. ait: *διαλεκτον μεντοι και γλωσσαν ουκ ακριβως ἑλληνιζουσαν αυτου βλεπω, αλλα ιδιωμασι μεν βαρβαρικοις χρωμενον, και που και σολοικιζοντα.* Sed haec hactenus [49]).

Enim-

his se praestitit ille vir. Ex inscitia praeceptorum grammatices prodiisse haec vitia, vix a me impetrare possum vt credam: obloquitur enim doctrina alia in carmine vbique conspicua. Accidit forsan, vt carmen, dispositum quidem apte et multa cum arte, festinanti tamen calamo in chartam conjiceret, diligentiori mox cura rectractandum et elaborandum, sed ob impedimenta nescio quae non elaboratum. Quae si vero videntur similia, credi potest, multa alia, quae passim obscuriora sunt, mutata et clarius expressa fuisse, si vltimam manum addere datum fuisset.

49) Catalogum istorum locorum, in quibus contra regulas grammaticas peccatur, vide apud Eichhorn l. c. p. 378. Sed cuilibet ea occurrent etiam non quaesita. Perfacile autem foret, fere in singulis exemplis demonstrare ea, quae modo vniuersim protulimus. — Fieri etiam potuit, vt data opera ita loqueretur poeta, et cum affectatione quadam male imitaretur veteres vates, in quorum scriptis anacolutha sermonis subinde occurrere nemo ignorat. — Malo tamen, vt dictum est, ex animo sensuum prophetico-poeticorum pleno ea repetere. Herder *Maranatha* p. 321. "Es ist junger Most in alten Schläuchen: die Sprache ist hier und da zerrissen, aber der

Enimuero iure hic meritoque exclamatur: quanta argumentorum hinc inde illatorum congeries! quam lubrica omnia, et, prout huc illuc flectuntur, in vtramque partem vergentia! quid tandem hinc videbitur consequi? eritne habendus Joannes apostolus carminis auctor, nec ne?

Non diffitendum, per 1700 fere annos de hac quaestione frustra iam esse disceptatum: nec quidquam satis certa fide inde constare, nisi illud, quod antiquissimis quidem temporibus Joanni apostolo adiudicatum sit carmen, sed exeunte iam saeculo secundo vetus illa sententia oppugnari coepta sit [50]. Sed et in his lubentissime acquiesceres, et dummodo ne in carminis ipsius natura et indole vestigia occurrerent, quae alio ducere viderentur, testimonia priorum, qui ab aeuo auctoris proxime vixere, antehabenda, atque carmen Joannis apostoli opus dicendum esse, haud iniuria contenderes. Legimus autem et conquisiuimus in libro ea vestigia, fatendumque erat, multa inesse, quae Joannem apostolum monstrarent, et quae aliud

der starke königliche Wein der Poesie brauset. Alle Poesie der Prophezeiung ist dieser Unregelmäßigkeit voll."

50) Admonuit iam Storrius anno 1783 in praefatione ad librum: *Neue Apologie der Off. Joh.*, quaecunque ex testimoniis veterum pro authentia Apocalypseos aut contra eandem erui possunt, omnia ita esse exercita virorum criticorum ingeniis et studiis, ita exhausta, vt fere nil supersit, quod spicilegii instar colligere liceat aliis. Videsis infra, vbi libros, qui de hac re conscripti exstant, enumerabimus. Verum, tametsi et post Storrium doctissimam suam operam eidem quaestioni attulerunt multi alii, vix tamen vlterius progressi sumus, nec nisi illud proferre licet, quod fidem proxime accedere videtur, haudquaquam autem, quod verum sit et omni dubitatione maius.

aliud quid indicare videbantur, haud multo negotio praeterire aut ad eundem Joannem dirigere licebat.

Verum enimuero vnum supereſt momentum, quod data opera nondum attigimus, quodque auctorem carminis circumſpicientes nos huc illuc iactauit, et transuerſos egit: non quidem nouum illud, imo iam a plerisque interpretibus indicatum [51]), verum et, vt nobis quidem videtur, tam graue, tam forte, vt omnia, quae hactenus hinc inde prolata ſunt, quaſi conterere et profligare videatur. Siquidem, id quod infra monſtrabitur luculentius, omne noſtrum carmen ita comparatum eſt, vt vix ab alio auctore prouenire potuerit, niſi ab eo, qui res a maioribus geſtas, veterum monumenta, inprimis prophetarum oracula, non primis labris guſtauerat, ſed penitus imbiberat atque exhauſerat, Noui Teſtamenti libros, ni omnes, at multos tamen perſpectos habuerat (cf. S. V. Berthold *Einleit.* §. 451, quamquam non eadem inde argumenta elicere auſim), rerumque et extra Judaeorum rempublicam ab aliis gentibus, Romanis inprimis, geſtarum, morum ibi obtinentium etc. permulta tenebat comperta, artemque callebat, magnam illam ſimulacrorum, quae lectoribus intuentibus objicit, copiam tanta cum arte ad iuſtum quendam et certum ordinem diſponendi et ad vnum finem dirigendi, vt in hac quidem arte ex omnibus ſacri codicis ſcriptoribus pares noſtro poetae inueniam paucos, ſuperiorem neminem. Quibuscum ſi contuleris ea, quae ab aliis apoſtolis, nulla doctiore diſciplina imbutis prodierunt, Petro, Jacobo, Juda, longis ea interuallis a noſtro carmine diſtant, cuius artem ne in doctiſſimi quidem Gamalielis diſcipuli litteris inveneris. Atque quam artem et doctrinae copiam in caete-

51) Vid. e. gr. Eichhorn *Einleit.* Band 2, 2te Hälfte p. 383 ſqq.

caeteris magistri nostri satellitibus frustra quaerimus, eadem caeteros omnes antecellere Joannem putabimus? an forsan ex euangelio, quod maius quid et altius spirat, quam tria caetera, clariora eiusdem doctrinae lumina eliciemus [52])? Minime vero: imo piscatorem fuisse Joannem constat, ideoque, sicuti haud iniuria a legisperitis Judaeorum nominatur, *ιδιωτην και αγραμματον*, Actor. 4, 13.

Frustra obloquaris, ex diuitiori piscatorum familia et affluentiori [53]) oriundum forte fuisse Joannem, quemadmodum etiamnum opificum inferiorum nonnulli maiori rei familiaris copia gaudent et ad bonas litteras ediscendas filios educant (neque enim tum relicta patria Jesum sectatum fuisse Joannem credere licebit): frustra obiicias, inscitiam illiterati exprobratam illi quidem esse a proceribus Judaeorum, sed

52) Sumimus id in omni hac commentatione, et certum et exploratum agnoscimus, licet multis etiamnum dubiis vexatum esse haud ignoremus, et quartum euangelium et epistolarum triadem illam a Joanne apostolo profectam fuisse. At vero illud euangelium licet ab aliis tribus cum primis diuersum, doctrina tamen et arte haudquaquam conspicuum est, forsan polemicis quibusdam episodiis, qualia per aduersariorum obiecta argumenta vltro se obiiciebant. Epistolas autem illas tantum abest vt doctrina et arte insignes dicere possis, vt potius hominem in eis loqui audire videaris, senio confectum, atque ex decrepitorum more eadem identidem repetentem.

53) Zebedaeum Joannis patrem lautioris conditionis fuisse, probare sibi videntur nonnulli, quod habuerit mercenarios, qui eum in piscatura adiuuarent, Marc. 1, 20, quod Salome, eius vxor victum Jesu suppeditauerit, Matth. 27, 55, sqq.; Marc. 15, 41; Luc. 8, 3; quod Joanni matrem suam commendauerit Jo. 19, 16; quod Joannes ipse notus fuerit pontifici Caiaphae Jo. 18, 15 etc.

ſed immerito (neque enim quidquam inuenio, in quo Jeſus ei palmam tribuat, quem verbo ſaltem ad doctrinam diſcipuli alluſiſſe equidem crediderim): fruſtra denique reſpondeas, afflatu illo diuino correptum quidem fuiſſe Joannem ipſum, ſed ea, quae profuderat, a doctioribus aliis calamo excepta et elaboratius compoſita fuiſſe atque ornatius (refragatur enim et mens furore ſacro percita, et omnis diuinationis natura et indoles). Quamquam licebit arbitrari, Joannem, qui circiter decimum octauum aetatis annum agens absque litteris vitam degerat, poſtea tamen, in Apoſtolorum collegio eminentiori loco collocatum eisdem incubuiſſe, memorem effati illius, Jo. 5, 39. et exempli magiſtri ſui Luc. 6, 12. [54]) (cf. 1. Theſſ. 5, 17). Iam ſi credere fas eſt, quod traditum antiquitus et acceptum habemus, ad munus ſummi epiſcopi eccleſiarum, circa Epheſum Aſiae proconſularis metropolim congregatarum, Joannem apoſtolum eniſum fuiſſe, opinari licet, eundem in tanto honorum faſtigio collocatum, pluribusque procerum Epheſinorum domibus familiaritate deuinctum, ad ſtudia et litteras incubuiſſe diligentius: mentemque diuiniore ſpiritu afflatam et perfuſam, vt quondam in feſtis pentecoſtalibus, ita et in κυριακῃ illa ἡμέρᾳ in Patmi inſulae deſertis, facillime eum compellere potuiſſe, vt his tanquam γλωσσαις καιναις loqueretur.

Quae ſi veri aliquam ſimilitudinem habere alicui videntur, nil moramur: habebitur Joannes apoſtolus carminis auctor, et quae ſupra pro eodem allata ſunt argumenta, obtinebunt vim ſuam et pondus, et adverſa

54) Conſtat, vocabula προσευχεσθαι, προσευχη etc. non ſolum de adoratione et precibus, quibus ſummum numen colimus, intelligenda eſſe, ſed et de quavis meditatione circa res ſacras, ideoque et de cultura litterarum ſacrarum, Veteris Teſtamenti in noui foederis tempora vaticiniis rite adhibendis etc.

versa et contraria, vt supra ostendimus, dilabentur: nec quidquam temere, quod ad sanam carminis interpretationem pertinet, aut ex coniecturis nostris qualibuscunque adiicietur, frangitur aut impeditur, si apostolum carmen nostrum composuisse dixeris. Eandem tamen veniam, quam lubenter damus, petimusque vicissim; vt qui vel iis ratiocinationibus, quas posteriore loco deduximus, aegerrime persuadeamur, neque moueamur inde a suspicione nostra, ab alio quodam, doctiore, et in litteris, poetis veteribus, historia, ritibus etc. multo peritiore, quam de Joanne credere fas est, carmen fuisse consignatum [55].

Nec secus accidit, quam par est, vt animus, semel ad suspicionem pronus et procliuis, alia quoque inueniat, quae alant eandem foueantque; ne forte credas indignum esse et vix tolerabile, argumentum tot tantisque praesidiis munitum vna re labefactari et conuelli. Iam vero eorum, quae supra contra authentiam libelli ex eius ingenio et indole depromta sunt indicia, non quidem omnia (nugantur enim, qui errores dogmaticos, enormia figurarum monstra, hyperbolas abnormes etc. clamitant) at nonnulla tamen, vt vaga et lubrica, si sola spectantur, ita satis firma apparebunt, si iunguntur aliis. Atque hic maximum pondus inerit eis, quae contra attulit acumen Dionysii Alexan-

55) Errant procul dubio, qui munus episcopi in primis Christianismi incunabulis neque splendidum et largissimorum redituum ferax habent, ac nostris temporibus passim inuenitur. — Itaque hoc vnum est, quod ab opinione, cui subscripseram et ipse, me deiecit. Nec potuit praeterire res sagacissimum Eichhornii ingenium, qui l. c. p. 385, quum de hac re loquutus esset, ita perorat, verbis perbreuibus quidem, sed multum complectentibus: "die schriftstellerischen Eigenschaften des Johannes müssen also unerklärt bleiben, was ja so oft der Fall bey einigen Schriften des Alterthums ist."

Alexandrini, ex cuius sententia omnino mirari subit, apostolo in nullis operibus, quae serius edidit, ne in epistolis quidem, quas scriptas volunt in senectute extrema, in qua mens prona est recolendi memoria et aliis narrandi, quae iuniori aetati acciderunt, vllum verbum de diuiniore hoc afflatu, (vt Paullo apostolo 2. Cor. 12.) excidisse [56]). Magis tamen miror, qui in eisdem epistolis 1. Jo. 3, 2. scribere potuerit Joannes senex: ουπω εφανερωθη, τι εσομεθα, quum tamen ei, si cui alii, id apparuerit et monstratum sit vel luculentissime: cf. Apocal. 20. 21. 22. Porro Jo. 1, 18; 1. Jo. 4, 12. a nemine vnquam mortalium conspectum esse Deum testatur Joannes: at in Apocalypsi c. 4, 2. 3. conspicit poeta τον καθημενον επι του θρονου, eiusque faciem delineat. Adde his, Joannem in euangelio, saltem si cum Luca et inprimis Matthaeo conferatur, Veteris Testamenti effata parcius, in epistolis autem nusquam allegare, quum tamen omnes epistolae et Paulli et aliorum apostolorum citationibus V. T. scateant, aut saltem eo alludant [57]): in euangelio homines christianos compellari τεκνα Θεου (Jo. 1, 12.), at hic βασιλεις, ιερεις Ap. 1, 6. Neque illud obseruare praetermittas, in omnibus euangeliis aliis inesse expo-

56) Dionysius Alex. apud Eus. H. E. 7, 25: αλλ' ουδε μνημην τινα — ἡ επιστολη της Αποκαλυψεως εχει — —, Παυλου δια των επιστολων ὑποφηναντος τι και περι των αποκαλυψεων αυτου, ἁς ουκ ενεγραψε καθ' αὑτας.

57) Vid. Perill. Eichhorn *Biblioth.* B. 2, St. 6, p. 952 sq. Laudat quidem Joannis euangelium et ipsum V. T. prophetas, sed propheticam eorum significationem minus curat. Matth. 21, 4 legimus τουτο δε ὁλον (expeditio J. Hierosl.) γεγονεν, ἱνα πληρωθη: at Jo. 12, 14. satis habet dixisse: καθως εστι γεγραμμενον. Vid. Eichhorn *Bibl.* B. 10, St. 2, p. 191: "Johannes, der überhaupt am wenigsten von Weissagungen hält, beruft sich darauf nicht als auf eine Weissagung, sondern blofs vergleichend."

expositionem J. C. de παρουσιᾳ sua, at in Joanne eandem frustra quaeri. Talemne se gerere Joannem putemus, qui in Apocalypsi et vberrimo fonte Veteris Testamenti redundauerat, et παρουσιαν Jesu graphice depinxerat [58])?

At non internis solum argumentis, verum et externis contra Joannem apostolum maius iam pondus accrescet: iunctumque aliis argumentis valebit quid, quod solum parum valuisset, silentium patrum apostolicorum, Polycarpi, Ignatii etc.: dubia autem, quae intulit Dionysius Alexandr., non tam commouebunt nos, vt inuidioso haeretici nomine persequamur auctorem, sed potius eiusdem ingenium criticum et acutum admiremur.

Sed adsunt tamen argumenta interna externaque pro Joanne manifesto pugnantia? Sunt vtique, sed vbi alia adsunt, quae contra loquuntur, et illa in dubium vocare licebit. Quae quidem de Joannis natura vehementiore asserit Stolzius, eo ducunt, vt, quem exprimere scriptis suis mansuetudinem mitissimi magistri animaduerterunt plerique, eundem praecipiti impetu inuehi testentur alii. At quae de scribendi genere in Apocalypsi obuio aliisque rebus eo pertinentibus prolata adduximus ex Herdero, ornatius potius, quam acutius putabimus dicta esse. Iam illa exempla, quae de dictionis et sententiarum similitudine

58) Enimuero ob id ipsum eadem in euangelio praetermisit, quia iam in Apocalypsi ea exposuerat, dicent patroni Jo. apostoli. — Dicant: nobis id non persuadebunt. — Quod si c. 11, 4 sqq. pontificem Ananum indicatum esse dixeris, Joannem auctorem vix agnosces. Neque enim illius hominis laudes cecinisse credo Joannem, a quo frater Jacobus erat interemtus, cf. comment. ad l. c. Sed illa parum vrgemus, ne petitionem principii commisisse videamur.

dine attulimus supra, aut casu, vt facillime fit, sibi conspirare arbitraberis; aut ab auctore, qui vel Joannis apostoli scripta legerit amaueritque, vel eiusdem nomen in fronte carminis mentitus sit, data opera ita expressa fuisse contendes. Verum nec opus quidem est eo confugere. Profecto enim non est tam clara illa et vbique elucens similitudo: imo arte conquisita, vi adducta, vt sobrio rei iudici parum probari possit. Quis enim ferat omnia ea, quae ad cumulanda huiusmodi exempla et exaggeranda vndique attulerunt? quis consentiat cum eis, qui significationes phrasium *τηρειν τας εντολας*, *λουειν απο αμαρτιων*, *σημαινειν τι* etc. proprias Joanni et priuas esse contendunt? Nonne, si luberet, eandem similitudinem Apocalypseos cum Matthaeo (Matth. 19, 28. coll. Apoc. 20, 4; c. 24, 46. coll. Ap. 16, 15; c. 24, 30. coll. Apoc. 1, 7: aut Marco (Marc. 13, 27. coll. Apoc. 7, 1.): aut Luca (Luc. 21, 24, coll. Apoc. 11, 2.; Luc. 23, 30. coll. Apoc. 6, 16): aut Paullo (Apoc. 13 sqq. coll. 2. Thess. 2.; Apoc. 3, 18; 16, 15. coll. 2. Cor. 5, 3.): aut Petro (Apoc. 1, 6. coll. 1. Petr. 2, 9.); oculis obiicere perfacile foret? Sed animaduertas, quaeso, et dissimilitudinem et a Joannis narrandi genere discrepantiam. Non dico soloecismos, quos vocant: neque sermonem poeticum alium esse, alium historicum, ignoro. Sed alia obuia erunt eius euangelium legentibus, nec longe quaerenda; veluti Joannem, quoties rem gestam tradit, vt crebriores repetitiones του: και declinet, quasi elegantius dicendi genus aucupantem particulam *ουν* (interdum quidem, sed neutiquam vbique ab aliena manu additam) identidem inserere, veluti Jo. 4, 5. et sexcenties alias: at in Apocalypsi, in qua et ipsa passim res continua narratur, veluti c. 10. perraro eandem voculam inveniri, imo Hebraicam illam particulam ו, *και*, vbique locorum innecti; tametsi pluribus locis maxime in

promtu

promtu fuerat adhibere dilectam Joanni particulam οὖν, e. gr. c. 8, 1, vbi finito episodio narrationis series repetitur. — Addamus, in euangelio Ἱεροσόλυμα legi, in Apocalypsi Ἱερουσαλὴμ, id quod obseruauit iam Wetstenius ad c. 3, 12 etc. [59]).

Externa autem argumenta et testimonia veterum pro Apocalypsi quod attinet, si rem ad viuum resecare velis, historici ea sunt generis, nec quidquam aliud probant, nisi ab eis qui ita loquuntur apostolo adiudicatum fuisse carmen, parum autem ex eius ingenio vere prodiisse. Cui si opposueris, istiusmodi ratiocinatio si obtineret, nullum pro alio N. T. libro testi-

59) Praeterquam quod vox μαρτυρεῖν, *profiteri* rel. Chr. in Joanne et Apocal. frequentissime occurrit, sed et alibi (Actor. 22, 18; 1. Tim. 6, 13), maxime arripere et ad inueniendas similitudines pronos reddere videtur locus Apoc. c. 1, 7. coll. Jo. 19, 37. Hic videtur alludere ad Zachar. 12, 10: non tamen ex versione τῶν ο verba exprimit, sed voce ἐξεκέντησαν vtitur: atque eadem voce et Apoc. 1, 7. ad eundem locum respicitur. Ita aiunt. Incertum tamen, num et Ap. 1, 7. ad Zachariam alludat; vocem autem ἐκκεντεῖν, quae et in LXX occurrit Num. 22, 29; Jud. 9, 54; Jes. 14, 19; Thren. 4, 9, adhibuit carminis auctor, quia est fortior et linguae poeticae convenientior, quam prosaicum illud ἔνυξε Jo. 19, 34. Cf. Eichhorn *Einleit.* l. c. p. 377; *Biblioth.* B. 2, p. 1006. — Patet autem ex iis, quae de scribendi genere, quo vsus est et Joannes et noster auctor, passim attulimus, quam varie de loco hoc disputari et disceptari queat, cuius quidem expositio plenior integro libro scribendo satis largum materiem suppeditabit. Auguramur autem, optima et luculentissima lecturos nos esse, quando continuauerit consummaueritque praestantissimum suum opus C. G. Gersdorf, *Beyträge zur Sprachcharacteristik der Schriftsteller des N. T.* Erster Theil. Leipz. 1816. Cf. (J. D.) Schulzius *der schriftstellerische Character und Werth des Johannes*, Leipz. 1803.

testimonium e veterum patrum scriptis prolatum quidquam valere: respondemus, neutiquam hic parem atque eandem rationem esse, quia hic concurrebant quaestiones dogmaticae, in quarum vel fauorem agnoscere librum vel odium repudiare eundem animus ferebat. Quicunque enim chiliasmum ad terrestre a redituro Jesu Christo constituendum regnum reuocant, idque et in nostro carmine cap. 20. proclamatum volunt, non temere fortius praesidium opinionibus suis afferre poterant et validius, quam si nemine prohibente ex apostoli θεοπνευστου ore eiusmodi sententias prodiisse demonstrare licebat [60]). Tales autem vere se gesserunt ii patres, quorum testimoniis, quia sunt antiquissima, confidimus, Justinus, Irenaeus, quorum tamen hic plura, vt supra vidimus, exempla temeritatis in credendo exhibuit, ille autem, licet Joannis apostoli aeuo proxime accedens, ab eo tamen circiter 70 annorum interuallo abfuit [61]): neuter autem explorare rem accuratius dignatus est, sed audito tantummodo Joannis nomine, parum curans, multos eiusdem nominis fuisse, ad apostolum mentem et animum conuertit. At Originem (nam Melitonis, et aliorum testimonia, e librorum qui deperditi sunt ipsi titulis allata, quam parum valeant in aprico est), tametsi chiliasmi fuit aduersarius, agnouisse tamen carmen nostrum opponunt. Agnouit vero, sed dummodo ea, quae

60) Pariter et ex altera parte, quicunque istiusmodi opiniones chiliasticas ad fabulas nugasque referunt, sed tamen in Apocalypsi easdem sibi videntur invenire, vel idcirco repudiant librum, quia apostolo indignas eas habent. Proinde et testimonia Alogorum, Caii etc. contra Apocalypsin perparui pretii a nobis habentur.

61) Nolimus vero opponere, hodienum istiusmodi errorem de auctore libri ante 70 annos emissi non obtinere: quis enim rem librariam nostri aeui cum illa aetate conferre ausit?

quae cap. 20. depinguntur, allegorice, vt par eſt, dicta eſſe exiſtimauit, cauſſam habuit nullam, cur carmen repudiaret: vt taceam, alios quoque libros apocryphos ad ſtudia ſua adhibuiſſe Origenem, quod nonnulli contendunt. Atque haec et talia reputantibus neque illud magni ponderis videbitur, quod, quae in carmine noſtro de Patmo, Epheſo, Aſia minori legimus, conſpirant cum eis, quae de Joanne apoſtolo traduntur (quis enim negare auſit, ex eis ipſis, quae in Apocalypſi occurrunt, originem ſuam traxiſſe multa, quae de Joanne in Aſia commorato circumferebantur?): neque illud, quod ex omni terrarum parte teſtes prodeunt Joanni apoſtolo patrocinantes (nam et conſentaneum erat, quum vbique terrarum chiliasmus haberet ſuos vindices; et tam eisdem quam aliis de cauſſis vndique locorum, ex Oriente, Occidente, Aegypto, exiiſſe vidimus et aduerſarios carminis auctoritatem oppugnantes, idque non ſolum ex argumentis polemicis et antichiliaſticis, ſed acutis ſane reique grauitate dignis). Denique quod et ab eccleſia orientali extorſit magis ſynodus Toletana quam impetrauit, vt in librorum canonicorum cenſum veniret et Apocalypſis, quodque poſtea, appropinquantibus indies magis medii aeui temporibus obſcuris ac litterarum luce caſſis, pacata quaſi eccleſia vniuerſa, de Apocalypſeos authentia quoque ſiluerint diſceptationes: nemini argumentum vllum, quod quidem ſtare valeat, ſuppeditare poſſe equidem crediderim 62).

Quae

62) Semlerus opinatur, antiquiſſimis in Oriente temporibus non tam ab eccleſia chriſtiana vniuerſa, ſeu catholica ſuſceptum eſſe librum, quam a parua quadam et fanatica ſecta; neque enim aliter argumentis, quae Euſebii tempore obiiciebantur, a ſententia ſua ita motam fuiſſe eccleſiam, vt librum, e canone pro-

Quae quum ita sint, ingenue fateor, cuncta ea, quae a viris doctissimis sagacissimisque inde a Iustino vsque ad nostram aetatem pro Joanne apostolo disputata sunt, haudquaquam mouere me a sententia, quae a Joanne apostolo poema emissum esse, nisi prorsus negat, at tamen in dubio linquit: qualis sententiae ambiguitas si a nonnullis, qui nil inexplicatum relinqui flagitant, crimini vertitur interpreti, subire illud crimen non recusabo, acquiescens in eo, quae Eusebianis temporibus incerta iam videbantur et ambigua, multo magis ita videri temporibus nostris.

Sed quisnam tandem carminis auctor habendus erit? Interpretes certant et adhuc sub iudice lis est. Qui Cerinthum autumant, quo pertinent Caius, Alogi, Dionysius Alexandr., Theodoretus etc. (supr. p. 22 et 19, not. 21), minus probabuntur nobis, non quod systemati Cerinthi refragatur Apocalypsis: sed quia caussa ei nulla aderat, cur supprimeret nomen suum, quod satis insigne erat, et substitueret aliud. Anonymum quendam suspicantur alii, quem, non quidem vt fraude circumueniret lectorem, sed vt indulgeret poeticae licentiae, finxisse volunt Joannis apostoli nomen eiusque personam sustinuisse [63]), quia is, vtpote Jesu ante alios in deliciis habitus, prae aliis dignus habebatur, cui monstrarentur simulacra futuros euentus portendentia. Haud repugnamus nos quidem, sed a septem illis ecclesiis, quibus dedicatur poesis, haud aequo animo susceptum fuisse eiusmodi commentum

proscriberet. Eandem in sententiam hanc opinionum diuersitatem parum fauere auctoritati carminis apostolicae affert Michaëlis *Einleit.* §. 277. p. 1598.

63) Neque praeter morem illud. Ita legimus, Cicerone auctore, Catonem de senectute, somnium Scipionis etc.: ita incertis auctoribus sapientiam Salomonis: ita, Coelio quodam auctore, Apicium de re coquinaria etc.

mentum arbitramur. Credimus ergo, poetae nostro vere fuisse nomen Joannis, siue fuerit Joannes ille presbyter, cuius mentionem ex Papiae ore facit Eusebius H.E. 3, 25. 39, eiusque tumulum Ephesi ostendi ait[64]: siue Joannes theologus (vti suspicatur BALLENSTEDT in *Philo und Johannes*, Gött. 1812), siue alius quis, nomine appellatus, quod permulti habuerunt omni tempore, vt Dionysius apud Eus. H. 7, 25. acutissime disputat[65]). Quisquis tamen fuerit, in honore quodam et auctoritate fuisse eundem inter ciues christianos per Asiam dispersos, atque in prima rei christianae tempora incidisse eius aetatem e carmine ipso colligitur. — Sed antequam de tempore, quo emissum sit carmen loquimur, omnemque nostram de eo sententiam luculentius explicamus, haud abs re erit cognouisse praecipuos auctores, qui in authentiam libelli inquisiuerunt accuratius, seque eiusdem aut patronos professi sunt aut aduersarios: atque hic, ne repetamus antiquiora, serioris potissimum aeui conamina potiora paucissimis indicanda erunt.

Multa iam dudum praeclara theologorum nomina, veluti LARDNERUS (*Credibility of Gospel history*), ERNESTI (*theol. Biblioth.*) etc. Joanni apostolo vindicauerant Apocalypsin, quum Semlerianis praesertim tempo-

64) Papias refert, ait Eusebius, *δυο εν Εφεσῳ γενεσθαι μνηματα, και ἑκατερον Ιωαννου ετι νυν λεγεσθαι — — εικος γαρ τον δευτερον, ει μη τις εθελοι τον πρωτον, την — — Αποκαλυψιν ἑωρακεναι.*

65) Vid. supra nota 26. Cf. idem Dionys. ibidem infra: *πολλους δε ὁμωνυμους Ιωαννῃ τῳ Αποστολῳ γεγονεναι νομιζω.* — — Quae tamen de Joanne Marco, Pauli et Barnabae in itineribus apostolicis socio et comite, Actor. 13, 5. 13; 15, 37. addit Dionysius, a fide abhorrere videntur. — Cf. BERTHOLDI *Einleit.* B. IV, §. 448, p. 1791 sqq.

temporibus ſigna contra eandem ferri inciperent. Certamen oriebatur de hac quaeſtione inter REUSSIUM, academiae Tubingenſis poſtea cancellarium et SEMLERUM, inter SCHMIDIUM et OEDERUM, nec non inter STORRIUM, HARTWIGIUM et MERKELIUM: atque ea certamina et STROTHII, KNITTELII aliorumque et ingenia et doctrinam prouocabant. Hinc autem ii potiſſimum libri publici iuris facti ſunt, qui ſequuntur:

JEREM. FRID. REUSS *diſſertatio theologica de auctore Apocalypſeos.* Tubingae 1767. 4. (Joanni eam vindicans), contra quem inſurgebat

J. SAL. SEMLER *Abhandlung von freyer Unterſuchung des Kanon*, Th. 1, *nebſt Antwort auf die Tübingiſche Vertheidigung der Apocal.* Halle 1771. 8. Sequebatur

J. F. REUSS *Vertheidigung der Off. Joh. gegen den berühmten Halliſchen Gottesgelehrten Herrn Dr. Semler.* Francf. 1772. 8., et aliquot annis poſt

J. S. SEMLERS *neue Unterſuchung über Apocalypſin, dem verdienten Hrn. Chorherrn Breitinger in Zürch gewidmet.* Halle 1776. 8.

Sed iam antea, Reuſſiana vt opinor diſſertatione inductus, prorſus Joanni apoſtolo libellum abiudicauerat OEDERUS: *Freye Unterſuchung über die ſogenannte Off. Joh. — mit Anmerkungen von Semler.* Halle 1769. Contra quod emittebatur liber Schmidii

CHRIST. FRID. SCHMID, *ob die Offenb. Joh. ein göttliches Buch iſt?* Leipz. 1771. Eum oppugnabat

A. F. STROTH *freymüthige Unterſuchung die Offenb. Joh. betreffend, mit Semlers Vorrede.* Halle 1771. 8., emittebaturque denuo in fauorem libri noſtri

C. F. SCHMIDII *hiſtoria antiqua et vindicatio canonis ſacri V. et N. T. libris duobus comprehenſa.* Lipſ. 1775.

Iam

Iam quum ſigna ſemel contra Apocalypſin in Germania[66]) mota eſſent, exorti ſunt et alii viri doctiſſimi, qui ſe eiusdem patronos profiterentur; e quibus eminent

KNITTELIUS (Francisc. Anton.) *Beyträge zur Critik über Joh. Offenb.* Braunſchweig und Hildesh. 1773 in 4., et qui vberius redundat

Anonymus (HARTWIGIUS) *Apologie der Apocalypſe gegen falſches Lob und Tadel*, 4 Bände in 8. Chemniz 1781 - 1783, quem ab omni partium ſtudio alienum de re copioſiſſime et accuratiſſime expoſuiſſe, neque illi qui diſſentiunt diffitebuntur. Poſtquam duo huius operis volumina prodierant, oppugnari eius argumenta denuo coepta ſunt; ſiquidem

SEMLERUS in *theolog. Briefe*, zweyte Samlung, contra loquebatur: quo facto volumine tertio tueri ſententiam ſuam allaborabat Hartwigius.

Sed praeter Semlerum alium quoque aduerſarium Hartwigius expertus eſt, Merkelium, in

MICH.

66) Sed et extra Germaniam bellum contra Apocalypſin mouebatur, veluti, vt nonniſi horum mentionem faciamus, ab ABAUZITIO. Vid. *Oeuvres diverſes de Mr. Abauzit, contenant ſes eſcrits d'hiſtoire, de critique et de Theologie*, Tomi tres, in quorum primo p. 249 ſqq. edit. Londin. 1773, habetur et: *discours hiſtorique ſur l'Apocalypſe.* In hoc opuſculo ſpuriam eſſe Apocalypſin ſuſpicatur Abauzitius. Contra eum tuebantur carmen noſtrum in Germania MICHAELIS, in Anglia LEONH. TWELSIUS, in *exam. crit. N. T.* P. 3. (vid. et WOLFII *cur. philoll. et critt.*) in Italia autem F. VINCENT. FASSINIUS, Proff. Piſanus, in libro: *diuinae libri Apocalypſeos auctoritatis vindiciae — aduerſus nuperas exceptiones Abauzitii.* Luccae 1778. Poſtea deſeruit ſententiam ſuam Abauzitius, vti conſtat ex alia eiusdem commentatióne: *eſſay ſur l'apocalypſe de l'apotre St. Jean*, in *Oeuvres* etc. p. 329, quae et in editione eius operum Geneuenſi 1779, Tom. I. p. 299 legitur.

Mich Merkels *historisch critische Aufklärung der Streitigkeiten der Aloger und andrer alten Lehrer über die Apocalypse; als Beytrag, dass die Apocalypse ein unächt Buch sey.* Frankf. und Leipzig 1782. Contra eius tela propugnabat librum

D. G. C. Storrius *neue Apologie der Offenb. Johannis.* Tübingen 1783. Sed sequebatur biennio post

M. Merkels *umständlicher Beweis, dass die Apocalypse ein untergeschobenes Buch sey.* Frankf. und Leipzig 1785, et mox

Storr *über den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe Johannis.* Tübingen 1786.

Alium patronum doctissimum sagacissimumque nacta est Apocalypsis, auctorem anonymum (Corrodi) libri duobus voluminibus promulgati: *Versuch einer Beleuchtung der Geschichte des jüdischen und christlichen Bibelkanons.* Halle 1792, zweytes Bändchen, Abschnitt 6, p. 301 sqq.

Aliquot annis postea prodiit contra libelli authentiam

Einleitung in die Geschichte des Kanons sämmtlicher Schriften des N. T. insonderheit der Offenb. Johannis; herausgegeben vom Verfasser des Hierocles. Halle 1794, quod tamen opusculum ingenia criticorum non admodum exercuisse videtur. Addatur Cludius, *Uransichten des Christenthums.* Propugnat autem authentiam carminis

D. J. F. Kleuker *über den Ursprung und Zweck der Offenb. Johannis.* Hamburg 1800. (Vol. IV. eiusdem disquisitionis super authent. librorum N. T.).

Verum neque illi viri docti, qui aut introductiones in N. T. composuerunt, aut in Apocalypsin seorsim sunt commentati, iudicium de libri authentia supprimere

mere bene potuerunt: atque discimus inde, Michaelem quidem aduersari apostolicae libri auctoritati, tueri autem eandem Herderum, Hänlinium, Hugium, Eichhornium, Bertholdum, Langium etc. [67])

Haud minus agitata est quaestio de *tempore*, quo carmen emissum sit, de qua iam veterum testimonia diuersissima enunciant. E quibus EPIPHANIUS, circa annum 370 florens, *haeres.* 51, §. 12. exaratum libellum ait *μετα την Ιωαννου απο της Πατμου επανοδον, την επι Κλαυδιου γενομενην Καισαρος*, et infra, 33: *αυτου δε προφητευσαντος εν χρονοις Κλαυδιου Καισαρος, ότι εις την Πατμον νησον ύπηρξε.* At versio Syra posterior e saeculo sexto habet: "Apocalypsis, quam Deus euangelistae Joanni dedit in insula Patmo, in quam relegatus fuerat a *Nerone*" (vid. HERDERI *Maranatha*, p. 183 et 274; qui huic auctoritati permultum tribuit), sicuti et TERTULLIANUS in *praescript. advers. gentes* c. 36. iunxerat mortem Paulli Petrique (temporibus *Neronianis*) et relegationem Joannis, atque exinde HIERONYMUS *advers. Jovinum* 1, 14. scripserat, retulisse Tertullianum, quod a *Nerone* missus in feruentis olei dolium purior et vegetior exierit Joannes. Sequitur hos et THEOPHYLACTUS in prooemio in euangelium Joannis. Qui tamen his testibus longe antiquior est, IRENAEUS, anno 170, in loco illo apud Eusebium, quem supra p. 10 transscripsimus, ad *Domitiani* tempora poema refert: *ουδε γαρ προ πολλου έωραθη*

67) Sufficiant haec, quibus addi possent permulta, veluti nonnisi deuterocanonicis libris adiudicatam esse Apocalypsin et a Luthero nostro. Plura de hac controuersia legesis apud WALCHIUM in *Neueste Religionsgeschichte*, Th. 7. p. 243. — Libros et eos, quos nominauimus, et alios inuenies in EICHHORNII *Bibliotheca* B. 3. p. 574.

ἑωραθη [68]), αλλα σχεδον επι της ἡμετερας γενεας, προς τῳ τελει της Δομετιανου αρχης. Haec

68) In versione latina Irenaei hodienum superstite adv. haeres. Lib. 5. cap. 30. ita translatus est hic locus: "— — quoniam, si oporteret manifeste praesenti tempore praeconiari nomen eius (sc. animalis), per ipsum vtique editum fuisset, qui et Apocalypsin viderat (του την αποκαλυψιν ἑωρακοτος): neque enim ante multum temporis *visum est* (ἑωραθη), sed paene sub nostro saeculo, ad finem Domitiani imperii." Haec versio attentos fecit intt., vocabulum textus graeci ἑωραθη posse trahi vel ad Joannem ipsum (sensu hoc: paucis abhinc annis ille inter nos vixit), vel ad Apocalypsin (quod probabilissimum videtur, quia ἑωραθη respondet praecedentibus: του την αποκαλ. ἑωρακοτος), vel ad animal Apoc. c. 13. indicatum, eiusue nomen, (quod credidisse videtur Latinus Irenaei interpres, vertendo *visum est*). Dici vix potest, quam prolixe et copiose de hoc loco vltro citroque sit disputatum, prout sub Domitiani tempore carmen prodiisse aut affirmandum aut negandum esse videbatur. Nobis quidem, sicuti interpretibus longe plurimis, videtur ἑωραθη trahendum esse ad Apocalypsin, neque audiendum esse interpretem latinum, cuius *visum sit* ad animal spectare videtur, nisi forte *oraculum* subintelligere mauis. Quapropter si Irenaei auctoritatem tanti habemus, vt ex ea iudicium de tempore scripti carminis feramus, sub Domitiano scriptum esse fateamur necesse est. Verum quam parum tribuendum sit Irenaeo, supra p. 11 monitum. Eminet tamen inter eos, qui et Irenaeo multum confidit, et ἑωραθη illud non ad Apocalypsin, sed ad nomen animalis seu antichristi refert, Knittelius in *Beyträge* etc. p. 27 sq., 32 sq. quem et in Koppianis schedulis, quae nobiscum faciunt, copiosius refutatum vidi. Sed ea transscribere nil attinet, nisi forte id observatu dignum habebitur, ἑωραθη αποκαλυψις a Koppio verti non: *apocalypsis apparuit Joanni*, sed: *iste liber, quem sub titulo Apocalypseos habemus, prodiit et legi coeptus est* etc.

Haec opinio vsque ad Eusebii saltem aetatem in Oriente obtinuit, vti ex eius Historia ecclesiastica, Lib. 3. c. 18. apparet, εν τουτῳ τῳ διωγμῳ (per Domitianum, vt c. 17. narrauerat, christianis illato) κατεχει λογος τον Αποστολον ἁμα και Ευαγγελιστην Ιωαννην, ετι τῳ βιῳ ενδιατριβοντα — Πατμον οικειν καταδικασθηναι την νησον, et cap. 20, fin.: τοτε δε (Domitiano, de quo omne caput loquitur, regnante) και τον Αποστολον Ιωαννην απο της κατα την νησον φυγης την επι της Εφεσου διατριβην απειληφεναι ὁ των παρ᾽ ἡμιν αρχαιων παραδιδωσι λογος. Cf. Euseb. demonstr. euangel. 3, 5; Chronicon ad annum Domitiani XIV. Sed et in Occidentem transmigrauit eadem sententia, siquidem HIERONYMUS *de scriptoribus ecclesiasticis* (Operum Tom. IV. Pars 2. p. 105 et 169, edit. Francof. 1684) de Joanne ait diserte: "quartodecimo anno secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Patmum insulam relegatus scripsit Apocalypsin." Denique *Trajani* vel *Adriani* adeo temporibus consignatum librum fuisse auctor est Dorotheus, quarto saeculo episcopus Tyri florens. — Hactenus testimonia veterum: sed apparet, quam dubia inde lux exeat, vt certiora aliunde omnino conquirenda esse videantur.

Atque hic attendendum erit, si Joannem apostolum carminis auctorem dixeris, ad ea, quae de eius vita et aetate cognita habemus et perspecta; ante omnia vero, siue agnoueris Joannem, siue minus, intuendum erit in carmen ipsum, et quae in eodem vel futura et euentura praedicantur, vel iam accidisse innuuntur, adaptanda erunt euentis illis, quae istis temporibus contigisse historia narrat: quamquam et hic, id quod probe tenendum, caute admodum et circumspecte versandum erit, quia plurima in carmine, quae rem aliquam gestam indicare crederes, forte nil continent, nisi amplificationem rei et ornamentum poeticum.

Quam-

Quamobrem si, vt auspicemur ab eis, quae aetas Joannis apostoli cauere hic admonet, nonnulli imperante Claudio, Nerone aut Galba alii, alii Vespasiano, alii denique Domitiano vel Nerua adeo et Trajano etc. consignatum poema volunt, apparet primo intuitu, in quosnam laqueos se induant posteriorum sententiarum patroni; siquidem imperantibus Domitiano, Nerua, Trajano, plus quam nonagenarius fuisse apostolus videtur: aut, si iuuenis admodum in Jesu consortium venisse existimatur [69]), ad extremam tamen senectutem iam prouectus, in qua, quidquid ingenii florentibus annis redundauerat, sistitur et exarescit. Tutissime ergo procedent illi, si in Neroniana, ne dicam Claudiana, tempora carmen reuocant: quamquam et illos haud inique feras, qui sub Vespasiano emissum opinantur: quia ingenium complurium hominum, quorum aetas ad quinquaginta iam aut sexaginta annos prouecta est, satis vigens interdum cernitur et alacre.

Verum enimuero non aetas tantummodo Joannis apostoli consideranda erit (parum eam curabunt, qui hunc auctorem agnoscere adspernantur), sed circumspicienda vestigia carminis et singula momenta ipsa: et in primis quaerendum occurret, num ante an post euersa Hierosolyma vates oracula sua cecinerit.

Atque hic *ante* excidium eadem edita fuisse, quae iam fuit Arethae, veteris commentatoris, opinio, inde euictum dari posse plerique arbitrantur, quia multa eorum, quae futura et euentura in carmine canuntur, tristem illam et calamitosam tempestatem videntur designare: non esse autem oracula, non vati-

69) Hieronymus in Jovin. Lib. I. c. 14. "vt autem sciamus, Joannem tunc fuisse puerum, quum a Jesu electus est, manifestissimo docent ecclesiasticae historiae, quod vsque ad Trajani vixerit imperium."

vaticinia ea, quae res gestas iam et praeteritas post euentum enunciant, saltem apostolo alioue scriptore graui et seuero prorsus indigna eiusmodi commenta [70]). Obloquuntur tamen alii, qui *post* tristissimam illam stragem compositum carmen contendunt: occurrere quippe in eo plura momenta, quae singula quaedam et specialiora ex historia belli Judaici euenta [71]) indicent: non autem esse eam oraculorum vaticiniorumque apud Hebraeos indolem, vt ad singula descendant, sed in generalioribus tantummodo ea subsistere: proinde ex singulis istis indiciis probabilissima fide colli-

70) Istiusmodi impedimenta ex dogmatice inuecta interpres a partium studio alienus omnino quidem non curabit: sed in hac nostra quaestione parum aut nihil periculi ea afferunt. Nil enim futurum praenunciat carmen, nisi vnum illud, rediturum esse Jesum Messiam, suisque ciuibus victoriam comparaturum. Caetera fere omnia ad ornamenta poetica pertinent. Eodem ergo referetur et illud, quod interdum res gestas iam vt futuras enunciare videtur, aut sub variarum figurarum simulacris oculis suis obiectas fuisse profitetur, veluti c. 9 sqq. Eiusmodi ars poetis satis frequenter adhibetur, vid. e.gr. Virgil. Aeneid. Lib. VI, 760 - 886. Quod si vero ea, quae ad artificia poetica referimus, sub inuidioso fraudis, doli etc. nomine insectari malueris, videas, ne contra normas, ad quas exigenda est operis poetici interpretatio peccasse videaris. Ex his tamen apparebit vna, non opus esse ad declinandas has difficultates eo confugere, vt dicamus, data opera interiecta esse a poeta eiusmodi indicia, vt via monstraretur interpreti, neque ignoraret ille, de quanam re sermo sit etc. vid. e. gr. Eichhorn. *Comment.* Vol. II. p. 74.

71) Permultos intt., eosque summi nominis viros, eadem in carmine indicata aut praedicta fuisse, opinari et constat et suo loco luculentius demonstrabitur. Atque et summus Herderus non dubitauit scribere, historiam belli Judaici a Josepho scriptam optimi in Apocalypsin commentarii instar habendam esse.

colligendum esse, vere iam ea accidisse, et fuisse iam Hierosolyma, fuisse Judaeorum regnum: poetamque omni carmine id voluisse praenunciare, quemadmodum Judaeorum res interierint, interituram esse et caeterarum gentium Christo aduersantium vim et potestatem. Equidem illorum partibus accedere non dubito, qui *ante* excidium vrbis poetam cecinisse opinantur: non quod alias peritura sit vaticiniorum vis et grauitas (perpauca enim in omni carmine omnino inuenire mihi videor vaticinia, dogmatico saltem sensu sumta): sed quia, dummodo ea, quae cap. 17. praedicuntur, non cum Herdero etc. de Hierosolymorum, sed cum Eichhornio etc. de Romae interitu intelligas (id quod infra diligentius excutietur), magnam quidem et variam calamitatem, quae Judaeam inuaserat, quasi in tabula depictam ostendit poeta, illam tamen, quae finem regno omni attulit, nusquam depingit (nam ea, quae cap. 11. fin. leguntur, tali euentu non digne sunt enunciata), atque omnino se exhibet virum Judaeochristianum, qui, perinde ac vates antiqui, in peccata quidem ac flagitia nationis inuehitur, Judaismo ipsi tamen fauet, omnemque bilem, pus atque venenum in paganos effundit [72]).

Atque

72) Sequor in his AUGUSTIUM in praefat. ad *Scheiblers poet. Nachbildung der Apocal.*, STOLZIUM *in vers. vernac. N. T.*, LANGIUM, *die Schriften Johannis* etc. erster Theil. Neustrelitz 1795; qui sub Nerone; J. E. C. SCHMIDTIUM. *Handbuch der christlichen Kirchengeschichte.* Giess. 1801, qui circa finem imperii Galbae emissum carmen vult, aliosque, quorum sententia eodem ferme tendit. Sed iuuabit profecto audire, quinam ex illustribus viris, qui Apocalypsi operam suam nauarunt, huic illive opinioni de tempore scripti carminis accedant. Et EPIPHANII quidem sententiam, sub *Claudio* emissum esse carmen, quantum scio, amplexi sunt perpauci. Ea

famem

Atque hic proxime fidem accedere nobis quidem videtur, qua tempestate motis per Italiam bellis ciuilibus,

famem illam Apoc. 6, 5. 6. ad Actor. 11, 26. reuocat, et persecutiones Christianorum ad edictum Claudii de exigendis ex Italia Judaeis, quibus a Romanis accensebantur et Christiani. Eandem hypothesin ferendam quoque et Apoc. c. 17. conciliandam esse ait HERDER, *Maranatha* p. 275 in nota. — Ad *Neronis* autem, immanis illius belluae Apoc. 13, tempora respiciunt permulti, WETSTENIUS, MICHAELIS, HERDERUS, anno 63 vel 64, qua tempestate 5 pontifices sede sua moti erant (Joseph. Bell. Jud. IV, 3. coll. Apocal. 17, 9-11.), HARTWIGIUS, ABAUZITIUS (*Oeuvres de feu Mr. Abauzit.* Genev. 1770, Tom. I. p. 301-310), porro et STORRIUS, qui tamen priora Neronis tempora respicit, qua tempestate secundo anno Ephesi commorabatur (Actor. c. 19, c. 20. coll. Apoc. 2, 5.) Paullus, qui in prima epistola ad Corinthios ad Apocalypsin alluserit, vt ergo Apocalypsis antiquior habenda sit epistolis Petri, Jacobi etc. Vid. STORR *neue Apologie*, §. 13. p. 210 sq.; 265 sq.: quibus adde KLEUKERUM, LANGIUM etc. — Galbae autem aetatem, et quidem finem eius imperii tempus scripti carminis fuisse ait SCHMIDT. — *Vespasiani* regnum praefert EICHHORNIUS *Einleit.* Band 2. p. 120, maxime ex eis, quae Cap. 17. perhibentur, quem et nos sequimur, aliter tamen, vt infra apparebit, Cap. 17. interpretantes. — Veterum autem illam et antiquitus traditam opinionem, quae ad *Domitiani* tempora respicit, sectantur plerique, in quibus primo fuit et EICHHORNIUS (*Comment. in Apoc.* Vol. I. Prolegom. p. XLIV, anno 94 vel 96). Consentit HUG, qui quae ex Apoc. 17. contra proferri possent, ad lusus poeticos refert, *Einleit.* §. 173. p. 437. Denique nec desunt, qui in *Neruae* vel *Traiani* tempora libellum reuocant, confidentes loco illo Eusebii, supra p. 57 laudato, H. E. 3, 20 etc. quo dicitur, Joannem imperante Nerua (cf. Dio Cass. in Nerua Lib. 68. init.) exilio liberatum Ephesum rediisse; iidemque extremae senectutis vigorem Joanni

libus, Galbaque, Othone et Vitellio a populo Romano repudiatis et gente Flavia ad summum imperium euocata, Vespasianus a legionibus imperator salutatus intermiserat paullisper bellum Judaicum et Tito filio mandauerat vrbis expugnationem, carmen Apocalypseos a poeta nostro, ob fidem christianam extorri et in insula Patmo exsulante, prodiisse. Cui quidem opinioni optime concinere suo loco videbimus, quaecunque in carmine non ornatus solius caussa addita esse, sed veram historiam indicare videntur (videntur, inquam: nam in vtroque rite distinguere et alterum ab altero seiungere, id ipsum est, quod summam interpreti difficultatem facessit): veluti ea, quae cap. 17. occurrunt, vt sigillatim deinceps exponetur; porro cap. 9, et eiusmodi alia, et exilium auctoris in Patmo ipsum, quod ex Neronianis temporibus repetendum erit, ne forte obiicias, Vespasiani regnum iustum et mansuetum nullam cladem christianis hominibus inflixisse. Nec multum ab his differunt schedulae Koppianae.

Peroratis tandem, quae de auctore carminis et tempore, quo cecinerit vates, a viris doctis disceptata sunt (de loco enim, vnde emissum sit carmen, saltem non eadem ambitione agitata est quaestio: parumque interesse videbatur credere, statim post exceptas mente imagines in ipsa insula Patmo effudisse poetam vbertatem, qua redundabat; aut opinari, post reditum in continentem demum Ephesi elaboratius eadem in libellum nostrum congessisse), sed his tandem peroratis, iam quae de auctore et tempore, occasione et con-

Joanni praedictum volunt a Jesu Jo. 21, 22. 23. Caeterum apparet, huius opinionis patronos ab eis, qui Domitiani tempora prae se ferunt, et circa locum, vnde missum sit carmen, discrepare.

consilio operis nec non de oeconomia et dispositione etc. suspicamur ipsi, exponere continua oratione lectorumque iudicio permittere aggredimur.

Quem tam impensis votis dudum desiderauerat Messiam Judaeorum gens, eum Jesu nato vere iam apparuisse sibi persuaserant omnes, qui nouum rerum coelestium ordinem, quem constituerat ille, agnouerant. Nec plura petiisse eos aut numen largiora flagitasse credimus, dummodo nullis periculis implicitam rempublicam suam laetissime illico efflorescere experti essent. At quot impedimenta! quot aduersarii! quot veteratorum artes! quot fraudes secus sentientium atque a natiua christianismi simplicitate aliena docentium! Quam pauca incrementa primo aeuo, quam parum respondentia votis! Mirabimurne, relictam a pluribus et desertam esse caussam, et labefactari magis magisque indies et conuelli coeptam esse certam illam persuasionem, Jesum, qui ex terris dudum excesserat, Messiae munera vere impleuisse? Ne tamen prorsus caderet illa et interiret, cauit certissima spes, quam conceperant animo et sedulo fouerant magistri, fore, vt rediret in terras Jesus, atque, sicuti quondam quoad rectiora et veriora docenda, ita mox et quoad res externas stabiliendas, vere Messiam se exhiberet? Aluerant autem hanc spem ac confirmauerant tum ea, quae omnino de his familiari cum discipulis consuetudine interdum vsurpauerat Jesus, veluti Jo. 14, 3. 18; 16, 22 etc., tum in primis quae de παρουσίᾳ sua copiosius exposuerat, Matth. 24, 25. et in locis parallelis, quae num de Hierosolymorum excidio an aliis euentibus intellexerit Jesus, hic quidem nostra nil refert. Sed ne eo quidem infringi spem eandem passi sunt, quod augebatur indies calamitas et miseria christianis hominibus subeunda: imo medebantur angori, cogitantes, quo grauiora ingruerent, eo propiora fore meliora tempora: siquidem

et ipse magister professus erat, multos, qui se docentem audiissent, imminente παρουσιᾳ sua in viuis adhuc superfuturos esse (Matth. 16, 28; 24, 34; Marc. 9, 1; Luc. 9, 27), et apostoli in eandem sententiam erant locuti 1. Cor. 15, 51; Phil. 4, 5. 6; 1. Thess. 4, 15; Hebr. 1, 2. et saepe alibi, (qualia non ignota manere poterant, quia apostolorum scripta abunde legebantur, 2. Petr. 3, fin.) addiderantque, esse in fatis, vt ingrauescerent prius, quantum nunquam antea, mala, scelera, errores pestiferi, antequam aduenire possent tempora salutis, 1. Tim. 4, 1 sqq. 2. Thess. 2. 73) Proinde neutiquam conturbandos esse istiusmodi malis piorum animos subinde acclamabant: imo ex eis solatium appropinquantis liberationis et petendum esse sibi et aliis adhibendum 1. Thess. 4, 18. 74)

Atque hoc, quod loco postremo laudato iubet Paullus, sibi quasi dictum putans, solatium ciuibus christianis adhibere allaborauit inter alios et magister quidam, nomine Joannes, qui in ecclesia quadam mino-

73) Cf. similia Jes. 2, 12; 10, 3; 13, 16; 22, 5; Ezech. 30, 2; Joel 1, 2; Amos 5, 18; Zephan. 1, 14. 15; Mal. 3, 2-5. coll. Apoc. 6, 17.

74) Et quia ex suo adhuc aeuo superfuturos multos in die παρουσιας suae professus erat iam Jesus, apostoli, quo longius a Christi discessu remota sua tempora videbant, eo propius sibi persuadebant instare istum diem, e. gr. 1. Cor. 1, 7. 8; 10, 11; Phil. 1, 6; 4, 5; 1. Thess. 4, 15; 2. Thess. 2; Tit. 2, 13; Hebr. 1, 1; 9, 26; 10, 25. 37; Jac. 5, 8; 1. Petri 1, 6. 7. 13; 4, 7. 13; 2. Petr. 3. — Quid mirum, poetam nostrum, qui serius, quam apostoli, scripserat, *celerrime* et *inopinato* aduenturum Jesum ominatur, εν ταχει, c. 1, 1; 16, 15 etc. Qua arte hanc de propinquo Messiae reditu opinionem conciliare et cum simili effato Lycurgi comparare annitatur Herder, vid. eius *Maranatha* p. 297. 298. et ingeniosius quam verius eum rem explicuisse fateberis.

minoris Asiae, forte in metropoli Ephefo ipfa, epifcopi, presbyteri, diaconi aut cuiuscunque tandem antiftitis alius munere fungebatur [75]), nec mediocri auctoritate apud chriftianos Ephefi et in adiacentibus tractibus degentes pollebat: homo e Judaeorum religionibus ad Chrifti caftra transgreffus, ideoque, vt fieri folebat, idolorum cultus, omniumque rerum paganarum tam infeftus aduerfarius, quam Judaismi amantiffimus; idemque multis litteris Judaicis imbutus, in lectione prophetarum verfatiffimus, nec alienae doctrinae expers, ingenio autem poetico pro fuae aetatis nationisue genio haud mediocriter excellens. Is ftudio fuo et ardore, quo commendauerat doctrinam a paganorum religionibus abhorrentem vel maxime, temporibus Neronianis [76]) in odium incolarum incurrerat,

75) Vel omnino cultor J. C. fuit, e Judaeis conuerfus: namque et illud fignificant voces δουλος, μαρτυρ, μαρτυρια I. X. etc. 2. Tim. 2, 24; Col. 4, 12; Actor. 22, 18; Apoc. 12, 11. Vid. Comment. ad Cap. 1, 2.

76) Noli obuertere, vt quosdam obuertere miror, calamitatem, quam ciuibus chriftianis intulerit Nero, non extra Romam migraffe. Neminem fugit, quanto odio vbique gentium infectati fint et Chriftianos Judaei et Judaeos (et cum eis et Chriftianos vt Judaicam fectam) Romani. Quot autem et quanta mala Ephefi maxime eosdem infeftauerint, apparet ex Act. 19; 1. Cor. 15, 32; Eph. 6, 11. 12. Non eft ergo, quod hanc ob cauffam Domitiani potiffima tempora fufpicentur plurimi, laudentque Dionem Caff. qui narrat Lib. 68, init. de Nerua, τους τε κρινομενους επ' ασεβεια αφηκε και τους φευγοντας κατηγαγε, — ουτε ασεβειας, ουτε Ιουδαικου βιου καταιτιασθαι τινας συνεχωρησε. Ne Vefpafiani quidem, Titi, Neruae aut Traiani clementiffimorum imperatorum tempora, fi de his folummodo quaereretur, refpueremus, fiquidem ne mitiffimi quidem imperatores Judaeos et cum eis Chriftianos, vt ασεβεις, et reipublicae faluti adverfantes fupplicio afficere religioni fibi ducebant,

rerat, iramque prouocauerat proconſulis Epheſini, hominis ſuperbi, vt videtur, et crudelis qui, vt quondam in Cypro Sergius Paulus Bar Jeſu artibus (Actor. 13, 6 ſqq.), ita et ipſe veteratoris alicuius fraudibus circumuentus, inſtigantibus Epheſi incolis, qui idolorum ſuorum ſtudio flagrabant ardentius, infeſtioresque ſe erga eos, qui ea deprecabantur exhibebant, in exilium condemnauerat Joannem atque in inſulam Patmon deportauerat [77]).

Joan-

vt de Traiano ſatis conſtat, Plin. epiſt. Lib. 10. ep. 97: et multi proconſules, procuratores, praefecti, vel manſuetiſſimis imperatoribus ipſis, in remotioribus prouinciis crudeliſſimos ſe gerebant; nec defuiſſe, qui abſente Veſpaſiano et ignaro inſontes puniti ſint, refert Sueton. Veſpaſ. c. 15. Pariter et ſub imperatoribus ſaeuioribus prouinciarum praeſides nonnulli mitiores ſe exhibebant, ideoque ab imperatoribus, quibus diſplicebat iſta lenitas, puniebantur, vt Cerealis Civicus in ipſo proconſulatu Aſiae, Sueton. Domitian. c. 10. Quod autem de hac Joannis deportatione nil alibi ſcriptum legimus, nil officit: erat quippe minoris momenti res, — Iſto tamen tempore, quo arma contra Romanos mouere coeperat Judaea rebellis, acerbius vbique locorum habitos fuiſſe Judaeos et per ſe credi poteſt, et hiſtoria teſte confirmatur. Quam triſtes clades Judaeis, *in quibus procul dubio permulti fuerunt, qui Chriſto iam nomina dederant*, (etiamſi de Chriſtianis eccleſiis ibidem collectis nil diſerte memoriae proditum legamus,) inflictae fuerint Caeſareae, Scythopoli etc. teſtis eſt Joſephus de bello Judaico Lib. 2. c. 19 ſqq. Profecto ſatis miſeriarum aderat, et larga occaſio, conſolandi et ſemetipſum exulem, et chriſtianos ſuos, contemtos, fugatos, trucidatos etc.

77) In Patmo, inſula aſperrima, Plin. Hiſt. Nat. 4, 12, (hodie Palmoſa ſiue Patino, 30000 paſſuum in circuitu emenſa, chriſtianisque graecis culta: vid. Büsching *Erdbeſchr.* Th. 5. p. 120: monſtratur etiamnum ſpecus, ex quo carmen noſtrum exiiſſe dicunt,

Joannes autem patria extorris, vt quondam Ezechiel vates ad Chaborae fluenta, in locis desertis asper-

dicunt, monasteriumque graecum, nomine Apocalypseos insignitum), vere adfuisse poetam, ipsi credimus magis, Ap. c. 1. v. 9. quam scriptoribus ecclesiasticis, quorum primus TERTULLIANUS *praescr. adv. haer.* c. 36, dein ORIGENES *Comment. in Matth.* p. 417, et postea EUSEBIUS H. E. 3, 18. 20. *Dem. euang.* 3, 5. nec non HIERONYMUS *adv. Iovin.* lib. 1. apostolum ibi exulasse ex traditione perhibent. Atque si vera videntur, quae supra de tempore consignati carminis suspicati sumus et scripsimus nota 72, vix opus erit confugere ad sententiam illorum, qui τα: δια του λογον του Θεου c. 1, 9. non de poena exilii, sed de fine et consilio muneris, et in sporadibus insulis pariter atque in continenti obeundi, promulgandique et ibi euangelii intelligunt (quibus accedere videntur et schedae Koppianae, quae et aliam explicationem commendant: εγενομην εν πνευματι εν Πατμῳ: "videbar mihi diuino impetu concitatus, in insulam Patmum abreptus et ob euangelii praeconium exilio quasi affectus esse"); multo minus assentire perill. EICHHORNIO, qui auctorem carminis in insula Patmo vere adfuisse, in *Comment.* Vol. 1. p. 35 quidem concedit; at in *Isagoge* in N. T. l. c. p. 122 et 367 aut dubitat aut negat, atque, quo tot momenta alia, quae ad historicas res falso retulerunt intt. reuocanda merito sunt, eodem et hanc insulae commemorationem reiicit, ad fictiones, puta, coloresque poeticos. Sed parum id nobis probabit Vir Illustris. Moris enim erat maiorum vatibus, serioribus maxime, non tempus solum indicare, quo contemplati erant obiectas sibi imagines, sed et loca; atque et Ezechiel, quem cum primis sequi nostrum infra videbimus, ad fluminis Chaburae ripas accepisse se oracula sua testatur. Atque si p. 367 adiicit vir ill.: — "oder der Verf. hat durch die Mischung historischer und unhistorischer Umstände ein Zwitterwerk von Dichtung geliefert, das keine Geschmackscritik rechtfertigen kann," vere eiusmodi poesin hybridam in carmine nostro agnoscat et Eichhornius necesse est,

 quia

asperrimae insulae reuoluens animo tristissimam sui suorumque cladem, aut contemplatur vere diuiniore afflatu correptus imagines, aut afflatum se diuinitus esse fingit, quemadmodum agitati numine sacro fuerant non solum nationis vates prisci, Ezechiel, Daniel, Zacharias, sed et nobilissimum illud apostolorum par, Petrus, Act. 10. et Paulus, 2. Cor. 12, et conspecta a se esse profitetur simulacra et imagines, quae portenderent, non, vt Paullo, pro Judaismo sectandum esse Christianismum, aut Petro, ex gentibus quoque nouae reipublicae ciues adscribendos esse, sed maiora profecto et desideratiora: rata quippe fore et effecta, quae in votis erant ardentissimis, vt profligatis aduersariorum rebus, tranquilliora iam et faustiora adueniant tempora, quibus ab hostium inuidia tuta floreat christiana res, atque vt domina et regina leges aliis scribat. Quidnam fortius enim aut praesentius solamen adhibere potuit afflictorum animis, quam certissimum hoc pignus, ea, quae de futura sua παρουσίᾳ elocutus fuerat Jesus Christus, visa iam a se esse et percepta? aut quid magis perspicuo erat documento, quae de reditu Messiae dudum iam exspectabantur, iamiam instare? quid magis confirmasse animos credimus, ac muniisse ea, quae stabant, ne labarent conuellerenturue?

Dedicatur autem a poeta carmen illis potissimum christianis, qui cogniti sibi prae aliis et dilecti in Asia circa Ephesum ex Judaeis maxime congregati erant [78]).

Multa

quia c. 9. c. 17. permulta ex historia, vt par est, explicat et ipse. — Cf. omnino S. V. Berthold *Einleit.* Th. IV. p. 1876 et 1877.

78) Herderum, virum summum, qui nil nisi Hierosolymorum excidium carmine praenunciatum esse arbitratur, mirum habet, quod Asiaticis potissimum eccle-

Multa illi iam cum Joanne ipso mala ac grauia perpessi, asperiorem vt videtur sortem ominabantur; flagrante quippe bello Judaico acerbius in omne nomen Judaicum insurrecturos esse Romanos aliasque gentes, quemadmodum iam in Judaeos insontes Caesareenses, Scythopolitanos etc. saeuitum erat. — Quae autem hisce ecclesiis dedicauerat, ita eis videtur tradidisse, vt primo perferrentur Ephesum, atque inde circularium litterarum instar ad vicinas vrbes migrarent: namque si, vt sui tantummodo animi angori mederetur, eum profudisse illa, quibus plena erat mens, credere cum quibusdam velis, sibi potius videbitur consuluisse quam aliis, quorum tamen mentibus eadem medicina adhibenda erat; id quod mihi quidem minus probabile videtur [79].

Appa-

ecclesiis traditum fuerit poema, nec potius Palaestinensibus, vt illi potissimum cauere sibi et praevidere potuissent. Sed expeditur iis laqueis dicendo, neque opus fuisse repetere, quae eisdem iam praemonuerat Jesus ipse: nec conduxisse, angore et sollicitudine immatura ante tempus ipsum animos trepides reddere. Vid. eius *Maranatha* p. 281. Aliam fugam tentat Harenberg, qui septem ecclesiis istis expressas existimat 7 synagogas Hierosolymae collectas, in quibus Judaeo-christiani ex 7 istis Asiae minoris vrbibus congregari solebant. Iis tamen, quibus nobiscum aliter videtur, non opus erit istis ratiocinationibus, quae omnino precariae videntur. — Septem ecclesiae tantummodo memorantur cap. 1. 2 et 3, sed, quia is numerus nonnisi poeticus est, omnes ecclesiae per Asiam dispersae cogitandae erunt, e. gr. et Colossensis, Hieropolitana Col. 4, 13.

79) Est ea opinio J. E. C. Schmidtii *Handbuch der Kirchengeschichte.* Th. 1. Giessen 1801, in quo libro omnino, quae p. 447–464 leguntur, optimis accensenda sunt, quae super Apocalypsi scripta habemus.

Minus

Apparebunt iam ex eis, quae adhuc propoſuimus, quid de *conſilio* quo ſcripſerit, et *fine* ad quem tetenderit auctor, nobis quidem ſtatuendum videatur: de quo tamen dici vix poteſt, in quot quamque diuerſas partes ſeceſſerint interpretes. Atque hic nolimus quaerere haereticorum ſectas ab auctore impugnatas profligatasque: nec Gnoſticos, nec Cerinthianos, Montaniſtas, Alogos, Nicolaitas, aut quoscunque tandem exſculpere allaborauit male ſedula interpretum induſtria. Maiora profecto erant, quo tendebant et dirigebantur omnia, atque, vt loqui ſolemus, vere practica. Quae niſi ita ſe haberent, imo monſtroſis tantummodo belluarum figuris perterrefaciendi fuiſſent oculi, inſulſe profecto, ne plura dicam, egiſſet ſcriptor, ſi terque quaterque beatum praedicaſſet eum, qui verba libelli cognoſcere ſecumque perpendere dignaretur (c. 1, 3; 22, 7. 18. 19.): extrema autem omnia eſſet minatus, ſi forte de libro detrahere quid, aut falſa veris admiſcere conarentur alii. Sed ſolamen adhibendum erat miſeris: occurrendum praeſtigiatorum fraudibus, qui adulterare doctrinae ſimplicitatem, et quaſi verſicolorem reddere annitebantur [80]).

Atque

Minus tamen mihi probatur vir doctus, quod exiſtimat, auctorem, quae in ſui ipſius ſolatium in chartam effuderit, nec miſiſſe in Aſiam nec omnino promulgaſſe: imo poſt mortem eiusdem repertum demum eſſe librum, obſtupefactosque lectores in futuris temporibus quaeſiuiſſe ea, quae iam dudum acciderant praeterierantque.

80) Noſtra quidem aetate vix animo concipere poſſumus, quam graues nouae doctrinae et infeſti fuerint adulteratores illi falſique magiſtri, et nimium interdum agere videntur N. T. auctores, ſi eos vt exitioſiſſimam peſtem deteſtantur, 1. Tim. 4, 1; 2. Theſſ. 2; 2. Petr. 2; 1. Jo. 4; c. 3, 18; 2. Jo. 7; Jud. v. 4. 11 ſq. Sed cogitemus prima Chriſtianiſmi incunabula. Nil

mirum

Atque haec et talia cogitanti animoque ſimul, quae de imminente παρουσιᾳ ſua pronunciauerat Jeſus, recolenti nil mirum profecto accidiſſet, ſi in inſulae deſertis correptus diuiniore afflatu iam praeuidiſſet optatam laborum metam. Quid enim magis aut lubentius verſamus animo, quam quae in votis ſunt ardentioribus? aut qua ſpe dulcius lactatur humanum genus, quam futura eſſe ea et vere euentura, quae optamus? At vero ſummum artificium in oeconomia carminis vbique conſpicuum, idque ad priſcorum poetarum exemplaria expreſſum, cauſſa eſt, cur aut omnino effictum a poeta mentis furorem iſtum, aut ſi vere eo abreptus fuerit, ſaltem non ſtatim poſt eundem litteris ita mandata eſſe oracula, vti nunc leguntur, fere ſuſpicor: in qua re multos habeo conſentientes, e. gr. S. V. BERTHOLDUM *Einleitung*, Th. IV. p. 1876 ſq.

Quae quum ita ſint, iuuabit profecto contemplari, qua arte ſingulas poematis partes ad hunc finem conſiliumque attemperauerit auctor. Atque ſi a fide non abhorrere videntur, quae auguramur, afflictos iam dudum et oppreſſos malis Judaeochriſtianos per Aſiam diſperſos grauiora iam ab ethnicis maxime timuiſſe, ſimilia illis, quae de Judaeis (citra dubium et Judaeochriſtianis) vbique locorum iugulatis narrat Joſephus: ad conſolandos erigendosque animos haud incommoda via inceſſiſſe poetam dicemus, ſi rediturum iam Meſſiam tam a Judaeis Palaeſtinenſibus, qui rebellione aduerſus Romanos prouocauerant iram et odium gentium, poenas exacturum praedicat, quam a paga-

mirum ergo, et Jeſum Chriſtum de παρουσιᾳ ſua loquentem ſuaſiſſe, vt ab illis caueatur, Matth. 24, 5. 11. 24; Marc. 13, 6, 22; Luc. 21, 8, et poetam noſtrum, qui, quae Jeſus de παρουσιᾳ protulerat, vidiſſe ſe et expertum eſſe fingit, inter alia et ψευδοπροφητην a ſe conſpectum affirmat, Ap. 13, 11; 19, 20.

paganis, qui iam dudum idolorum βδελυγμασιν inuisi piae genti et detestabiles, maledicere adeo Christo, imaginibusque imperatorum et proconsulum supplicare cogebant (Plin. Lib. 10. epist. 97; Sueton. Domit. c. 13.) aut exilium minabantur et aqua ignique interdicebant (Apoc. 13, 17.): iam autem, exardescente bello Judaico, vbique locorum miseros Christianos cum Judaeis trucidabant: eundemque Messiam, exacta omni vindicta, conditurum tandem aliquando et stabiliturum esse την βασιλειαν των ουρανων, ad quam inaugurandam rediturum se praedixerat. Nec miramur, auctorem Judaismi amantissimum, qualem se in omni carmine exhibet, nihilo tamen secius ita inducere in scenam redeuntem Messiam, vt a Judaeis quoque poenas reposcat: namque si istas diras nonnisi deteriori nationis parti, qui seduxerant et transuersos egerant meliores, imprecatur [81]), si tamen vehementius, si superis placet, pus atque venenum in gentes Judaismo aduersantes effundit: si ex hac publica strage emersuram auream illam aetatem auguratur; non solum nil agit, quod a va-

81) Inuehitur poeta in Judaeos c. 9; c. 11, 2. 8. 19, taxatque eos vt idolorum βδελυγμασι contaminatos c. 9, 20: verum eosdem nec Judaeorum nomine dignos esse profitetur c. 2, 9. apparetque quantopere crucietur, quod nonnisi Judaeis profligatis triumphare possit res christiana Ap. 10, 9. Parem se gessit Josephus, qui in Bello Jud. acerrimum quidem nationis suae patronum et vindicem se exhibet, verum et infensissimum Zelotarum omniumque, qui malis gentem obmerserant, hostem: veluti apostrophe illa Bell. Jud. 5, 9, 4. Si tamen comparamus loca, in quibus in Judaeos aut gentiles inuehitur noster, apparebit primo intuitu, quanto infensiorem se gerat et acerbiorem, quantaque detestatione proloquatur voces ειδωλα, ειδωλοθυτα, μολυνειν, μιαινειν, βλασφημειν etc. Prorsus dissimilis est noster Pauli Apostoli, qui in Judaeos vbique locorum insurgit.

a vatibus majorum, vel a Judaeochristiano Judaismo adhuc fauente alienum dicendum sit, sed et seruat oculisque lectorum spectandam et hic reddit notam illam, omnibus fere veterum vatum carminibus indelebili charactere impressam, qua post tristissimas clades indicatas laetior subito exsurgit rerum futurarum facies, et, quod speratur felicius aeuum, praemii instar habendum est ob aerumnas laborum feliciter exhaustas [82]).

Sed videamus age, quo clarius haec illucescant, oeconomiam carminis, miremurque artem et ordinem, quo disposita sunt omnia et attemperata: nolimus autem obliuisci, eadem hic vt vere gesta describi, quae de παρουσιᾳ sua, de signis coelestibus et portentis, quae praecessura sint, de calamitate omnem fidem excedente, de βδελύγμασιν ερημωσεως, de fraudibus falsorum prophetarum, de conseruatione fidelium etc. praedixerat Jesus, et quae de tubarum clangore, classicum canentium etc. addiderat Paulus [83]).

Post-

82) Veteris Testamenti tempora grauia fuerunt ob idololatriam Judaeorum et Assyriorum caeterorumque hostium superbiam: his ergo succensent vates, melioraque et exoptant et augurantur. At N. T. temporibus grassabantur et falsorum magistrorum artes et illecebrae, et odia Judaeorum, Romanorumque.

83) Apocalypsis, si definire eam aut describere velis breuissime, nil aliud videbitur, quam commentum poeticum, quo depingitur praeuisa iam animo παρουσια J. C. cum omnibus, quae eidem adhaerere credebantur, et quidem carmine, quo data opera copiosius et et elaboratius exponuntur, quae breuius indicauerat Jesus. Legesis Commentationem Göttingensem victricem a. 1800. *de reditu Messiae ad iudicium gentium*, auctore J. C. Koken; porro: *de παρουσιᾳ Christi, quid statuerit Paulus*, auctore Süskind. Tubing. 1795 etc.

Poſtquam nomine ſuo, loco et tempore inſcripſerat poeta carmen, v. 1–10, prorſus e priſcorum vatum more (a quo tamen eatenus diſcedit, quod, quia eccleſiis Aſiaticis dedicatur poeſis, ad morem epiſtolographorum ſalutem a Deo Jeſuque Chriſto impertit, v. 4–8), primus ante omnia v. 10 ſqq. apparet rediturus Meſſias ipſe, quo plena erat mens, quemque viuum etiamnum atque in coelis conſulentem ciuibus ſuis, prae omnibus conſpicere geſtiebat, vt perſuaderet ſibi, neutiquam vanam eſſe et irritam ſpem, rediturum eundem, regnumque ſuum inauguraturum. Qui cum plura eccleſiis Aſiaticis ſcribenda mandaſſet, cap. 2 et 3, diſparet, iamque mutatur ſcena et in coelum ipſum transfertur. Inſtruitur theatrum coeleſte, quo abreptus Joannes contuetur ſenatum coelicolarum, praeſidentemque illi Jouam, miniſtris regiis vndique ſtipatum c. 4. Cuius a dextra liber eſt, pluribus ſigillis munitus, quibus ſoluendis nemo e coelitum conſeſſu parem ſe profitetur, donec agnus ſubito apparet, qui reſignare volumen ſuſcipit c. 5. Recluſis autem ſigillis mira quaedam et magnum quid et inſolitum ſignificantia emblemata conſpiciuntur, *victoria* quidem principio, vt in fauſtiſſimum euentum ceſſura tandem omnia portendatur c. 6, 12, verum, vt et calamitas, quae ante victoriam expugnandam ſubeunda erat, indicetur, multa atrocia, *bellum*, v. 3. 4, *fames*, v. 5. 6, *peſtis*, v. 7. 8, lachrymae clamoresque inſontium, vindictam contra percuſſores a Deo repoſcentium, v. 9 - 11, portenta denique et ſigna coeleſtia, futuram cladem praeſagientia, qualia praedixerat Jeſus, Matth. 24, 29; Luc. 21, 25. Quibus emblematibus quum clades omnibus rei chriſtianae aduerſariis, ſiue e Judaeis illi eſſent, ſiue e gentibus, infligenda deſignata eſſet, antequam recluſo ſigillo ſeptimo vere ingruit ipſa, conſultum fuiſſe antea et proſpectum ciuibus chriſtianis poeta ait, ne

forte

forte insontes cum sontibus perirent, c. 7. Nullo pacto negligere debebat poeta hanc mentionem, dum metui illi et tormento, cui succumbebant, vt supra vidimus, christianos in Asia ciues eripere vellet. His autem bene et rite praeparatis, resignato c. 8. sigillo septimo, procella ingruit: tubarum clangor (1. Thess. 4, 16; 2. Thess. 1, 8 sqq; 1. Cor. 15, 51.) annunciat aduentum Messiae cum angelis suis (Matth. 25, 31.) ad poenas reposcendas, c. 8. Et quum primo a Judaeis exigendae illae essent, quibus semper amicum se exhibet poeta, non sine multa cunctatione ea, quae Judaeis euentura praedixerat Jesus, euenisse fingit. Siletur: obstupescunt coelites: intercedunt denuo preces pro sanctioribus: et nunc tandem detonat tempestas. Classico prima, secunda, tertia, quarta tuba dato (nam septem tubas audisse se fingit poeta) omnimoda mala in coelum, terram, mare, flumina etc. incumbunt, iamque iisdem plagis vexatur Judaea, quales Aegyptum quondam vastauerant, c. 8, 7-13; quinta tuba insolitum genus locustarum, scorpionumque homines ad mortem vsque enecantium ex abysso prouocatur c. 9, 1-12: sexta euocat immensam hostium cateruam, in Judaeam prorumpentem et horridis monstris inuectam illam quidem, v. 13 fin. Sed antequam septima tuba extremam Dei vindictam excitat, intercedit angelus, qui vltima malorum, omniumque rerum ruinam non longe absuturam clamat, sed laetiorem tamen rerum faciem insequuturam, c. 10: Iamque, quum excidium vrbis sibi dilectissimae quod et a Jesu praenunciatum fuerat, vix effugi posse augurаretur poeta, eo tamen solatur animum, istiusmodi malis ferendis vix parem, vt peccatis et malefactis prouocatam esse iram diuinam testetur, quorum insigne exemplum affert c. 11, 3-14, vtque ex ista ruina, vel inuito Satana, meliora tempora verioremque numinis cultum proditurum esse sibimet per-

persuadeat, quo refero cap. 11, 15 — cap. 12, fin. Ferre ergo aequo animo secum statuerat poeta, quaecunque mala iam perpessa erat Judaea, Deoque permittere, quae adhuc imminebant.

Verum quoniam non Judaei solum sed et pagani infensos se exhibuerant Christianismo, illi, quod rebellione prouocauerant iram gentium, vt cum Judaeis trucidarent et Judaeochristianos, hi, quod vere manum intulerant Christi asseclis ipsi, terramque et urbem sanctam inuadere ausi erant, atrocissimam haud dubie redituro Messiae poenam rependere debere gentiles 84) poeta auguratur, eoque iustiorem, quod maledicere Christo, imaginibus hominum supplicare, aut, si recusasses, aqua et igni interdicere coeperant illi. Hanc autem vindictam, quo fortius deterreat, imaginibus demonstrat miris atque monstrosis, animumque intuentium arripientibus et percellentibus vel maxime. Nec inique eum egisse, aut a natura humana alienum se exhibuisse dicemus, si ab eis, quae mala, iniqua, indigna perpessus erat ipse, quasi egressus, suas miserias, sua mala, suam spem, sua auguria ad christianos homines omnes transtulit, et, quorum auspicio exilio affectus fuerat ipse, eos ante omnia insectatus est. Atque hic, ante alios molestus et inuisus erat, opinor, Asiae proconsul *) Ephesi commoratus, qui, vt quondam in Cypro Sergius Paullus (Actor. 13), veteratoris alicuius fraudibus circumuentus, Joannem in exilium egerat, vt in commentario pluribus demonstrabitur.

Sed

84) Caue hic admisceas ea, quae de multiplici J. C. aduentu constituit antiquior dogmatice. Largior, in illa aduentum ad puniendos Hierosolymitanos quidem receptum fuisse, sed non ad puniendas gentes. Sed quaero, nonne eodem iure et hoc ex Matth. 25, 32. a poeta deriuari potuerit?

*) De eo loquitur et HERDER *Maranatha* p. 274.

Sed quia gentiles eodem honore haudquaquam digni iudicabantur, scena e coelo in terram transfertur, et quidem ad mare, quia Ephesum habitantibus Roma, ethnicarum gentium caput et domina, trans mare sita erat. Ibi igitur stanti vati et versus Occidentem Romam prospicienti bellua e mari, tanquam a Satana ipso excitata, emergit, proconsulem designans, immanis et monstrosa, et figurae, qua c. 12 adumbratus erat Satanas ipse, haud multum absimilis, omnia ασεβειας et βλασφημιας, et in homines christianos odii signa prae se ferens, atque amicissimo consortio iungitur belluae alteri terrestri (veteratori cuidam Judaeó, Ephesi habitanti), vltimasque et extremas res christianis ciuibus minatur cap. 13. Sed istiusmodi machinas parum curant coelites, qui rerum christianarum patrocinium susceperunt cap. 14, 1-5: admonent tamen terna acclamatione hostes, vt ab infectandis christianis desistant, et ad meliorem frugem redeant, ni in exitium praecipites velint ruere (fere vt supra c. 10). Perhibentur haec c. 14, 6-fin. Quibus admonitionibus quum parum obtemperetur, accingunt se coelites ad reposcendam vindictam, atque de victoria faustissimoque exitu certissimi iam ante inflictas hostibus clades triumphant cap. 15. Iamque tempus adest, vt infligatur plaga ipsa, quae infertur ministerio septem angelorum, septem phialas veneno repletas in hostium turbam effundentium, quo facto collabitur Roma, paganismi caput et praecipua sedes, et regnum vniuersum corruit, atque Jesu Christo succumbit c. 16. Quibus adumbratis per episodium explicationis ergo additur, omnibus eis, quae cap. 16 depicta fuerant, indicari Romae et paganismi interitum, cap. 17. Sequitur carmen epinicium, quo deuictis hostibus insultant victores, ab angelo e coelis in terras egresso decantatum cap. 18; idemque et in coelesti consessu resonat

cap.

cap. 19, 1-10. Sed et triumphus de hostibus occidione occisis agendus erat: en ergo pompam triumphalem, necemque omnium hostium, qui in eadem ducebantur, cap. 19, 11-fin. — Iam debellatis hostibus ad inaugurandum regnum accingitur Messias, et infestissimum omnium bonorum aduersarium, Satanam, ne turbare possit noui regni ciues, coercet primo vinculis, si forte ad meliorem frugem velit redire; at postquam carcere emissus denuo aduersus Christi regnum insurrexerat, ad internecionem caeditur eiusque memoria deletur, omnibusque iam hostibus debellatis (1. Cor. 15, 26.) laetissime tandem efflorescit, quod in his terris frustra hucusque desideraverant homines christiani, Messiae regnum, ad finem mundi vsque perduraturum, cap. 20. Ad quod regnum adumbrandum colores mutuatur poeta ab illa vrbe, qua maius quid et augustius animo concipere vix potuit Judaeus, quam vrbem, quae tum, quum haec caneret poeta, si nondum deleta, at excidio iam proxima fuit, laetius resurrecturam et, quia βασιλεια των ουρανων inauguranda erat, tanquam de coelo in terras descensuram poeta ominatur. Haec imago continuatur per caput 21 vsque ad c. 22, 5: eaque descripta epilogus subsequitur, salusque ecclesiis Asiaticis dicitur.

Haud vulgari arte autem iuncta esse omnia et disposita, iam ex his primis lineis apparet, apparebuntque eiusdem ingenii et artis indicia multo plura mox et illustriora, vbi carmen intuebimur ipsum [85]).

Sed

85) Veluti illud, quod quatuor priora sigilla, tubas, phialas strictim memorat, insequentibus autem tribus longius immoratur: quod antequam septimum sigillum recluditur, aut tuba septima clangitur, apparatus quidam instruitur maior, qui res grauissimas indicat, et maxime extimescendas, si forte declinari possint

Sed quem fugere poteſt, quanto ſtudio exprimere poetas nationis ſuae, in primis illos, qui e ſeriore aetate exilii Babylonici prodierant, et imitari auctor noſter annitatur. Permulta quidem depromta videbis e Jeſaia et Jeremia etc., qui et ipſi non ſolum contra peiorem ſuae gentis partem, ſed et contra paganos inſurgunt, ruinam vrbis Babylonis praeſagientes etc. nonnulla et ex poetis aetate prioribus, veluti e Joele (Apoc. c. 9). Neminem tamen ſollertius a poeta noſtro expreſſum dixeris, quam Ezechielem, Danielem et Zachariam. Ezechiel quidem, poſt clades et inſolentibus Israelitis, et gentibus idolorum cultum ſectantibus inflictas — c. 35, meliora tempora auguratur c. 36. 37: et licet ea perturbare conentur gentes remotae et barbarae, Gog et Magog, c. 38, nil tamen agunt et incaſſum laborant c. 39: inſtaurantur res, quae iacuerant, et nouo templo, et tamquam nouis Hieroſolymis noua charta magna deſcribitur c. 40 ſq.? Nonne haec omnia in Apocalypſi recurrunt? et, quod theatrum ſedis regiae ſummae maieſtatis inſtruitur apud Ezechielem c. 1, quae animantes ibi thronum ſuſtinent, nonne redduntur nobis in Apocalypſi c. 4? — At inter Danielis vaticinia et Apocalypſin noſtram tanta intercedit ſimilitudo, vt ea vel leuiter intuentibus in oculos protinus incurrat. Ezechieli quidem Joua ipſe praeſto eſt, monſtrans figuras omnes imaginesque, earumque vim et ſenſum exponens: at Daniel perinde ac Joannes angelum comitem habet, qui

poſſint etc. Morus in libro: *myſterium pietatis*, citante et probante Wetſtenio: "Nullus vnquam erat liber, qui maiori cum artificio ſcriptus eſt, quam Apocalypſis, tanquam ſi vnumquodque verbum penſitatum ante fuit in bilance, quam in charta conſcriptum." De Nouo Teſtamento ſolo ſi loquaris, ferri poteſt id iudicium quodammodo. Sed videndum, ne quid nimis.

qui easdem partes sustinet. Eadem fere figurarum monstra, eadem emblemata, easdem explicationes, quae plane contra nostram aestheticen picturae quasi adscribunt, quid ea significetur, easdem temporum dimensiones, quas exhibet nostrum carmen, et in Daniele exhibitas reperies: et omnino tot momenta in vtroque libro occurrunt, vt Danielem maxime poetae nostro obuersatum esse, negari prorsus nequeat [86]. Sed Zachariam poetam, qui angelorum ministeria, qui explicationes figurarum cum eis, quae in nostro carmine similia occurrunt, comparauerit, contuleritue Zach. 4. cum Ap. 1 et 11; c. 5. cum Ap. 10; c. 8 et 9 cum Ap. 20-22 etc. et hunc, inquam, Zachariam imita-

86) Neque id praeteriit interpretes, quorum iam dudum plures in hanc similitudinem attentos lectores fecerunt, licet prorsus aliter effata intelligerent, et veluti ad regnum Romanum, Ottomannicum etc. reuocarent. Vid. e. gr. Winkleri *philologemata Lactantiana sacra*, P. 2. p. 197, vbi plures scriptores, qui de hac similitudine vtriusque poetae scripserunt, allegatos inuenies. De re ipsa si certior fieri volueris, conferas Dan. 7, 3 sqq. cum Apoc. 13; Dan. 7, 8. cum Ap. 13, 3-5; v. 10. c. Ap. 20, 12; 5, 11; v. 13. cum Apoc. 1, 7. 13; v. 14. cum Apoc. 19, 11; 20, 11; v. 21. cum Apoc. 11, 7; v. 19-25. c. Ap. 17; v. 25. c. Ap. 13, 6; v. 27. c. Ap. 11, 15; v. 28. c. Ap. 5, 4; 10, 9; Dan. 8, 3. c. Ap. 3, 11; v. 10. c. Ap. 10, 4; v. 19. c. Ap. 17, 1; v. 26. c. Ap. 10, 4; Dan. 10, 5. 6. c. Ap. 1, 13-15; 10, 3; Dan. 12, 5. c. Ap. 10, 5; v. 7. c. Ap. 10, 5. 6; v. 12. c. Ap. 20, 6; Dan. 12, 1. 2. c. Ap. 20, 12. 13. etc. — Obseruabit facile, qui in naturam poeseos symbolicae sequioribus vatibus vsurpatae inquirit accuratius, quam magis sensim a prisca simplicitate ea recesserit. Ezechieli quum Iona ipse adsit interpres, Danieli autem et Zachariae angelorum ministerium, Joanni nostro praesto est vel angelus, qui visa et ostenta explicet, vel vox coelestis, a membro aliquo seniori patrum coelestium profecta, vel Messias ipse etc.

imitatione expressum esse a nostro nemo facile diffitebitur. Tam fidam autem et frequentem veterum imitationem in nullo alio N. T. libro reperies, ac, ne forte dicas, vnum hunc N. T. librum ad propheticum genus pertinere, ne in historicis quidem N. T. libris Veteris Testamenti monumenta historica siue a Joanne euangelista, siue ab alio tam solerter expressa et reddita fuisse invenies. Sed neque illos libros, quos noster N. T. canoni complectitur, ignorasse videtur poeta. Nota ei fuere, quae de futura παρουσίᾳ nunciauerat Jesus: quae de Antichristo indignabundi protulerant Paulus 2. Thess., Petrus epist. 2, Judas: nouerat et figuras dicendique formulas, ibi passim obuias, Ap. 6, 16. coll. Luc. 23, 30; Ap. 11, 2. coll. Luc. 21, 14; Ap. 1, 6. coll. 1. Petr. 2, 9: atqui, quo tempore noster scripserat, cognita iam satisque vulgata erant apostolorum scripta (2. Petr. 3, 15. 16). At quae de infesta scorpionum natura c. 9, de gemmarum splendore c. 1. c. 4. c. 21. de ritibus Romanis c. 13, 18; de imperatoribus populi Romani c. 17; de opulentia vrbis Romae c. 18; de ritibus triumphalibus c. 19 etc. (cf. HERDER. *Maran.* p. 329, vbi ea exponit, quae in carmine ex re Romana sunt expressa), occurrunt, neque istiusmodi res auctorem, qui tamen Jobeados scriptorem aequasse non dicetur, latuisse testantur. Quae cuncta reputans, vix possum, quin suspicer, poetam, si formam intuearis, qua offert consolationes, id quoque egisse, vt ingenium suum et doctrinam legendis veterum scriptis haud mediocriter subactam lectoribus approbaret. Sed summum finem, quo tetenderit auctor, supra testati sumus, isque in legendo carmine semper oculis obuersetur: non vaticinia rerumque futurarum praedictio, non reclusa temporum insequentium penetralia (istiusmodi artibus nonnisi tanquam mediis et via vtitur, qua ad metam perueniat): sed solatia, certissima-

tiſſimaque perſuaſio, iam iam adfuturum Meſſiam, et cum eo malorum omnium finem: proinde obfirmandum eſſe animum, nullisque miſeriis infringendum.

Sed ab his, quae de conſilio et fine diſſeruimus, longiſſime diſceſſerunt interpretes, qui in tempora longinquiora proſpicientes, omnes euentus memoratu digniores, qui inde a diſceſſu Jeſu Chriſti vsque ad eiusdem reditum ad extremum iudicium vel ſecundi rei chriſtianae vel aduerſi exſpectandi ſint, donec tandem victrix ſurrectura ſit religio chriſtiana et gentium quaſi domina, in hoc libro tanquam, in tabula depictos eſſe argutantur. Atque hic campum patere latiſſimum, in quem pro lubitu, qui res geſtas aut gerendas huc reuocare ſatagit, exſpatiari poterit, nemo non videt. Inuiſum apocalypticorum [87]) nomen adhaeſit eiusmodi interpretibus, id eſt, neque enim aliud exprimi volunt, hominum male ſanorum: quo tamen nomine licet permultos iure deſignatos eſſe concedamus, immerito taxantur viri doctrina et ingenii acumine haud minus conſpicui, quam pietate et in religionem chriſtianam eiusque auctorem amore et ſtudio.

E recentioribus autem interpretibus eis, quae de conſilio carminis ſcripſi, aſſentientes habeo praeclariſſimos duumuiros, quos vbique fere duces me elegiſſe haud diffiteor, Herderum et Eichhornium, verum et diſſentientes. Et cum Herdero quidem eatenus conſentio, quod proxime imminentem Jeſu Chriſti reditum (en tibi titulum Herderiani libelli ܡܪܢ ܐܬܐ *dominus noſter venit*, 1. Cor. 16, 22.) cardinem eſſe, in quo omne carmen verſatur, ponimus vterque, diſſentio tamen ab eo, quod praeter Judaeam, eiusque caput Hieroſolymam, nullam terram is indicatam vult, cui

87) Exegetarum fanaticorum nomine iidem ſalutantur apud Knittelium, p. 44.

cui immineat exitium [88]), ego autem et ethnicorum poenas a Jesu exigendas inuenire mihi videor. At Eichhornii sententiam, quae ab Herderi opinione secedit longissime, sequor, si vsque ad c. 12. Judaeorum stragem, et inde a cap. 13 vindictam a gentibus reposcendam ex poetae ore audio: relinquo tamen, quando collapsis iam et euersis cum vrbe rebus Judaicis consignatum carmen esse arbitratur vir praeclarus, a qua opinione diuersa supra protuli. Sed et aliis ex partibus discrepant sententiae: siquidem Vir summus nec Hierosolymorum nec Romae expugnationem caput rei esse vult, (irritum alias fuisset vaticinium): sed Hierosolyma esse poetae emblema et typum Judaismi, Romam autem paganismi, vnde emergat summa, qua comprehendantur cuncta, Christianismum puta, superato Judaismo et gentilismo, victoriam sempiternam reportaturum esse, id quod ratum et effectum et esse et etiamnum reddi, nemo diffitebitur. Quam quidem sententiam iam a HERRNSCHNEIDERO paucis delineatam, atque, si vera vaticinia in carmine quaeras, prae omnibus aliis apprime commendabilem, sequuti sunt plerique, qui post Eichhornium scripserunt, quorum nomina infra appellabimus. Sed nequeo mihi persuadere, poetam nostrum tam abstractas, quas vocant, ideas animo concepisse [89]): imo eam praefero opinionem, veram ruinam vrbis Romae eum auguratum esse, pariter ac prophetae prisci excidium Babylonis, Tyri, ruinam et clades Aegypti, Edomitarum

88) Eiusdem sententiae suo tempore fuisse b. KOPPIUM eius schedae testantur, quae vestigiis Herderianis crebro insistunt.

89) Quapropter nec b. KOPPIO suffragari possum, qui consilium Joannis apostoli fuisse autumat, ostendendi, atrocissimos rerum euentus, moderante diu. prouidentia, viam ad maiorem felicitatem sternere.

rum etc. ipsas intelligunt, dum ea futura canunt. Quod si tamen et ex nostra opinione post clades paganis inflictas tuti ab eorum insidiis degunt christiani ciues, si et Judaei afficiuntur ob malefacta poenis grauissimis, et in meliorem purioremque doctrinam vitamque Jesu Christi praeceptis consentaneam adducuntur, facile liquet, eodem tandem redire rerum summam, eam puta, redeuntem in terras Messiam, profligatis hostibus et Judaeis et paganis, imperium habiturum esse, suisque non quietem solum, quam desiderabant, sed et dominium allaturum, seu, quod aliis verbis idem exprimit, *Christianismum Judaismo et gentilismo superiorem fore.*

Id tamen curatius disquirendum videbitur, num ex Herderiana sententia nonnisi Judaeorum exitium, an ex Eichhorniana et gentilium clades carmine enunciata sit; quae quidem quaestio diu, fateor, ambiguum me et ancipitem habuit. Sed ratio et caussa, cur Eichhornianam praetulerim Herderianae (liceat enim vtramque sententiam, quam et plures alii amplexi sunt, clarissimis patronorum nominibus insignire), infra ante cap. 13. luculentius exponetur.

Illata est nostris temporibus quaestio, poema nostrum, vt et de *natura* eius *ingenioque* et *indole* nonnulla praemoneamus, num ad dramaticum genus referendum sit, nec ne. Primus, quantum equidem scio, in hanc opinionem incidit HARTWIGIUS, qui in libro supra passim laudato [90]) inter multa praeclara, quae de carmine nostro disseruntur, effigiem aliquam dramaticam delineat, in quinque actus dispositam; et, quantum fieri licuit, ad tragoedias recentioris

90) *Apologie der Offenbar. Joh.* Th. 3. p. 281 sqq.

tioris aeui cuncta male ſedulo reuocare ſtudet, quales tamen conatus nemini facile approbabuntur. Sed praeter eum et noſtra potiſſimum aetate Perilluſtris EICHHORN eandem ſententiam amplexus eſt diligentiſſimeque fouit, prorſus aliam tamen viam ingreſſus, nec noſtra tempora priſcis miſcens: ſed diuidens tamen carmen in Prologum, Actum primum, quo Hieroſolyma, ſecundum, quo Roma collabitur, et tertium, quo noua Hieroſolyma, Chriſtianismi regia ſedes, de coelo deſcendit [91]). Sed plures, qui poſt Eichhornium carmini noſtro nauarunt operam, in eandem ſententiam deſcendere aſpernati ſunt [92]), quorum tamen nonnulli male rem gerere videntur, ſi omnem vel leuiſſimam rei dramaticae vmbram a carmine abeſſe longiſſime teſtantur. Propugnare contra ea, quae obiiciebantur, et tueri ſententiam ſuam vir illuſtris anniſus eſt et alibi [93]), et maxime in *Iſagoge in Nouum Teſtamentum* Vol. III. p. 334 ſqq. Quae tamen ad commendandam hanc opinionem et contra ſecus ſentientes defendendam propoſuit vir praeclarus, ipſa legenda erunt: neque iniucunde afficientur lectores reputandis eis, quae de dramatis ſymbolici natura et indole illuſtrat Eichhornianum ingenium.

Quod

91) Innititur vir ſummus, *Commentar. in Apocal.* proleg. init. tanquam fundamento opinioni illi Judaicae, quidquid in terris ſit peragendum, in coelitum conſeſſu antea decerni, rebusque ſimiliter in coelo geſtis tanquam typis praefigurari. *Maimonides More Nevoch.* 2, 16: "non facit Deus quidquam, donec illud intuitus fuerit in familia ſuperiori;" *Schir Haſchirim:* fol. 93. "non facit Deus quidquam, niſi antea de eo conſultarint cum familia ſuperiori."

92) Veluti LANGIUS: *die Schriften Johannis.* Th. I, p. 31 ſqq.; HASSE *Bibliſch-oriental. Aufſätze.* Königsb. 1793 no. 6. BERTHOLD *hiſtoriſch kritiſche Einleit. ins A. u. N. T.* Theil IV, p. 1778, §. 445.

93) E. gr, *Biblioth.* B. 5, p. 1049.

Quod si drama vocare velis figuram rei, quae δρατας geritur, aut gesta aut gerenda est, rectissime et nostro carmini illum titulum praefiges: nam παρουσια, επιφανεια, reditus Christi, res erat, quae peragenda a tempore futuro exspectabatur, a poeta autem vt vere gesta iam conspecta erat: et quia e coelo egredi rediturus Messias credebatur, et, quaecunque eius reditum praeparabant, in coelo quasi deliberanda et efficienda erant, drama coeleste vocare licebit. Vereor tamen, vt magni momenti sit quaestio omnis, nec potius ad logomachias tandem redire videatur: proinde nos quidem eo faciliores erimus in verbis, dummodo in re conueniamus. Sed vti hactenus concedimus viro summo, ad dramata pertinere posse carmen nostrum, dabit tamen is nobis vicissim hanc veniam, vt a Graecorum Romanorumque dramatibus recedere illud existimemus longissime. Porro si sententiae illi et inde praesidium petitur, quod ab Herodibus, qui tot profana βδελυγματα in terram vrbemque sanctam intulerant, et theatra passim fuerint structa, ludi scenici editi (Eichhorn *de re scenica Judaeorum* in Comment. soc. reg. scient. Gött. recent. Vol. II.), nos quidem ea nil mouent: namque etsi largiamur rem ipsam, iidem tamen negamus, auctorem nostrum, quisquis tandem is fuerit, omnia, quaecunque idola profanosque ritus in mentem reuocabant, detestantem vel maxime, a se impetrare potuisse, vt in re, quae videbatur grauissima, et in miserorum solatium peragenda, ad ludibria inuisorum sibi gentilium confugeret, aut quae a Jove caeterisque diis deabusque in Olympo gesta fingunt tragoediae Graecorum Romanorumque, eadem transferret ad Jovam, Messiam, eiusque ministros, angelos. Sed mittamus haec. Quin acquiescimus in eo, carmen pertinere ad genus symbolicum, quod familiare erat nationi Judaeorum, quodque expresserunt posteriore aeuo vates plerique,

Ezechiel,

Ezechiel, Daniel, Zacharias etc. [94]) in quo, quaecunque oculis obiiciuntur visiones, emblemata reddunt, hanc illamue rem indicantia et tanquam depingentia in tabulis [95]), assistente vbique et obscura illustrante aut Jova ipso, vt apud Ezechielem, aut, quod postea conuenientius poetis videbatur, angelo, omnium interprete. Haudquaquam tamen negamus, a priscis poetis, quos nominauimus, eatenus recedere nostrum, quod illis non nisi singulae visiones apparent, quarum altera ad alteram minus pertinet, sed quae seorsim spectari et suo quaeuis sensu explicari possunt hic autem coalescunt omnia, et princeps illa, quam percipere oculis gestiebat poeta, visio, παρουσια et επιφανεια Jesu Christi, variis emblematibus iunctis sibi et arctissime nexis oculis obiicitur, idque certis quibusdam momentis temporumque interuallis interiectis. Atque nostro illud poetae deberi dixeris: huc, haudquaquam inuita Minerva, delatum esse ingenium ipsius: hunc esse carmini colorem natiuum, proprium et suum, quo ab omnibus aliis eiusmodi documentis e tempore prisco ad nostram aetatem perlatis differt [96]). Ast

94) Attamen iam in Jesaia, Jeremia, Amozo prima rei quasi semina sparguntur. Insequenti tempori placuisse cum primis hoc studium, vel allegoriae Philonianae testabuntur. De visionibus omnino vid. Eichhorn *Einleit. ins Alte Test.*, §. 603, Th. 3, p. 354, edit. 1803.

95) Hinc nonnulli inter Apocalypsin et Cebetis tabulas similitudinem intercedere contenderunt; sed et ipsi nimium sibi interdum indulgent. Huc pertinet Hassius *bibl. oriental. Auffätze.*

96) Prorsus idem genius ne in illis quidem libris spirat, qui simili colore sunt imbuti, quo retulerunt librum quartum Esrae, seu Apocalypsin Esrae (vid. Fabric. Cod. pseudepigraphus Veteris Test. Vol. 2, p. 173-307); Hermae pastorem, qui in collectione

Aſt ſi in carmen inſpexeris ipſum, oblataſque imagines reuocaueris ad ea, quae ſenſum pulchri, magni, celſi etc. mouent: quam iucunde, dum recta via progredi pergas, affectum te iri putabis? Noli metuere, vanas tibi hic ſpecies, velut aegri ſomnia fingi: et quae turbidam phantaſiam interpretum priſcorum praeteruehebantur ſpectra, eadem hodienum reformidare aut perhorreſcere. Imo poema inuenies (non ego is ſum, qui, quem mihi explicandum auctorem ſumſerim, eundem alios antecellere omnes praedicem) ſed poema inuenies, in quo dubitabis, num clariora doctrinae Judaicae lumina potius mireris, an artem inſignem in digerendis rebus multifariis, nodisque nectendis, ſed et, quia tali vindice digni videbantur, angelorum interuentu ſoluendis: num altiores niſus, quibus in coelum vsque mens abripitur, an imagines rebus coeleſtibus digniſſimas, et ſermonem magna omnia et celſiora ſpirantem: num argumenti grauitatem ipſam, an artem, qua ad perſentiſcendam illam alliciat poeta. Sin argumentum ſpectaueris, quid dignius et hodienum, vbi per multa iam ſaecula Chriſtus regnat, nec vllus iam hoſtis audet amiſſa repetere, quid dignius, inquam, videri poterit homini chriſtiano, quod carmine celebretur, quam chriſtianiſmi de profligatis hoſtibus triumphus? ſi carminis ingenium, ſi ſingularum partium colores, ſi ſententiarum grauitatem et pondus: quam apta omnia, quam fortia et animum ſacro quodam gaudio pertentantia! Quantopere inſurgit poema, vbi in coeleſtes ſedes penetrat, lectorem quaſi abripiens ſecum in coelitum ſanctiſſimum ſenatum! Profecto, ſi in quo alio ſacro car-

ctione patrum apoſtolicorum ſecundo loco poſitus eſt, cuiusque liber primus, cui titulus eſt *viſiones*, inprimis viſione tertia et quarta, plura continet, quae habent aliquam cum Apocalypſi noſtra ſimilitudinem.

carmine, ita vel maxime in hoc acclamat nobis πνευμα: Surſum corda! [97]) Sed ne ſingulas quidem ſingularum rerum imagines contemnas, nubes coeleſtes, tenerum byſſum, caſtam ſponſam, manna coeleſte, veſtes albas, gemmas ſplendore fulgentes, arborem vitalem etc. Ipſe ſermo obtrectatorum calumniis tam miſere proſciſſus, ſi ab illis receſſeris, quae nil niſi negligentiae vitia videri ſupra diximus, neſcio, quo habendus ſit aliis libris N. T. inferior.

Sed adſunt etiam, haudquaquam negamus, quae nobis quidem minus arrident. Quis tamen crimini verterit poetae, quod nec Athenis exierit, nec Roma, nec ex hodiernae Europae terra aliqua? ſed Judaeus fuerit, neque is ex aurea illa aetate, qua Davidis, Jeſaiae etc. carmina ſplendent, ſed ex ſeriori illa, in qua poſt longa annorum interualla conſpicuae etiamnum fuere colorum reliquiae, quibus nationem imbuerat exilium Babylonicum. Hinc angelis ſcatent omnia, nec vllum ferme in omni dramate miniſterium, nec vlla perſona, quam non ſuſtineat angelus: hinc et aſtris ſignisque coeleſtibus ſuus honos, ſuumque momentum, quibus ea efficiuntur, quae poeta alius, chaldaicis notionibus non innutritus, aliunde profecto deriuaſſet [98]): hinc, quae de ſummi numinis ſplendore et maieſtate praedicantur, ad Cabbaliſtarum Sephi-

97) Ornatius adumbrata haec legas apud HERDERUM *Maranatha* p. 322, cuius ingenium omnia illuſtratiora reddit.

98) Aliis ex cauſſis apud alios poetas prodiiſſet aquarum amaror, aut locuſtarum caterua, ſed noſter eadem ex aſtrorum interuentu deducit, c. 8, 10. 11; 9, 1. Quid autem peioris ominis fuiſſe credimus aſtrologo chaldaico, quam tenebris et ſanguine inuolui coeleſtia lumina, aut adeo (infandum!) e coelo in terras delabi!

Sephiroth exacta videbis [99]): hinc rationes cabbalisticae et figurae c. 13, 18: hinc denique omnia, quae nostrae aetati parum adblandiuntur. Quis hodienum ferret creberrimam earundem rerum formularumque repetitionem cap. 19, 10. coll. 22, 8. 9; c. 22, 6. coll. 1, 1; 22, 7. coll. 1, 3; c. 13, 8. coll. 17, 8; c. 2, 27. coll. 12, 5. et 19, 5; c. 22, 3-5. collatis, quae praecesserant etc.? quis figurarum troporumque inconstantiam? siquidem modo sub regis aut pontificis, c. 1, modo sub angeli c. 10, modo sub infantis recens nati c. 12, modo sub imperatoris c. 19, modo sub agni etc. figura delineatur rediturus Messias, c. 5, quae figura per totum carmen ita obtinet, vt nonnunquam binae eiusdem Messiae imagines simul appareant, e. gr. c. 10. c. 12. c. 19. quisue nostra aetate aut stellas velit gestare manibus c. 1, 19, aut vestes sanguine dealbare c. 7, 14, aut atrium eiicere, c. 11, 2, aut agni nuptias celebrare c. 19, 9, aut intueri vrbem bysso indutam c. 18, 6, imperatorem vuas calcantem c. 19, 15, angelumue in sole constitutum c. 19, 17? quem non offendunt enormes illae hyperbolae, omnem fidem longe excedentes c. 14, 20; c. 21, 16. 21 etc.? Sed haud temere magis quidquam impedit legentes, offenditque, quam explicationes imaginum, et pedestris sermo cothurnatum ex improuiso subsequutus, in quibus, quasi pictorem cernimus, veritum, ne, quae expresserat pictura, parum intelligantur, ideoque, quid ea indicetur, quasi subscribentem [100]). Sed nolimus offendi.

99) Vid. inter alia Rhenferd. de stylo Ap. cabbalistico; Eichhorn. *Isag.* p. 347; et *Biblioth.* Band 3, St. 2, p. 191 sqq. Herder *Maranatha* p. 334: "Das Ganze des Buchs ist in den Glanz der Sephiroth gekleidet."

100) Facillime induci potest interpres nostri aeui, vt eiusmodi additamenta spuria declaret et e textu proscribenda esse dicat. Sed ab eo, tametsi, vbi non-

offendi. Est ille eiusmodi carminum genius, vti ex Daniele, Zacharia, vbi eaedem figurae, eadem scholia, eadem interpretamenta, abunde constat. Quid quod, quae ad rem, quae significatur imagine, indicandam, ab interprete adduntur, neutiquam clara sunt, omnesue tenebras dissipant, sed et ipsa permultis inuolucris implicita[101]): ita ferebat aetas: is erat oraculorum genius.

Afflixerunt oculos et belluarum monstra abnormia, vt turbidissimae phantasiae progenies: sed non afflixissent tantopere, opinor, nisi imaginibus ligno aut aeri incisis, quibus ornabantur olim biblia, monstrosiora adhuc reddita fuissent et terribiliora. Ac magnopere profecto contra rectum verum et pulchrum peccasse videtur, qui primus eiusmodi ornamenta appinxit. Nec reputauit ille, quod poetae licet imagine adumbrare poetica, idem haudquaquam licere pictori in tabula delineatum reddere, nisi velis et ex Homericis imaginibus, quas tamen nec carpere solemus, nec monstra dicere, in tabula pingere Martem Gradiuum expansis pedibus maria vno gressu transeuntem, aut omne Deorum Dearumque concilium ex catena pendens Iouemque e coelo detrahere allaborans. Sin tamen et huc referre velis Horatianum illud: "pictoribus atque poetis quidlibet audendi semper

nonnisi singula verba interponuntur, vti cap. 4, 5; 5. 6. 8; 19, 8. ambigue disputari potest, attamen, vbi vlterius continuatur interpretatio, vti c. 17, cauendum est vel maxime. Peccasse hic mihi videtur HAGEN in vers. Apocal.

101) Quae cap. 17. inseritur figurarum explicatio, obscura et ipsa est et multum impedita. Sed ita est et apud prophetas veteres (quis doctior redit ab interprete angelo Zach, 4? cui, quaeso olei filii notiores erunt, quam oleae?): est et in sermonibus Jesu ipsius, Matth. 13, 11 sqq.

ſemper fuit aequa poteſtas:" quin ingenuos nos exhibemus, nec plura de noſtro appingimus. Quis condonabit pictoribus figuram agni ſigna triumphalia geſtantis? aut quis permiſit iisdem, figuram redeuntis Meſſiae, e cuius ore c. 1. (cf. c. 19.) enſis prodire dicitur, ita delineare, vt gladius, cuius mucro ex ore tanquam lingua apparens verborum vim et pondus exprimit (Hebr. 4, 12.), capulam verſus terram demittat, quae exſors eſt ſecandi, mucrone autem os tangat, quo nihil dici poteſt abſurdius? quis poteſtatem fecit, angelum illum cap. 10, tam vi et fortitudine, quam claritate lucis, ita praeſtringentem oculos, vt nubi inuoluendus eſſet, in monſtrum transformare? Sed ſufficiant haec ad carmen noſtrum dignitati ſuae et honori reſtituendum: nos vero nec iam audiamus obtrectatorum calumnias, nec, vbi plura nitent in carmine, paucis eis, quae ex aeui ingenio vix abeſſe poterant, maculis offendamur.

Praemiſſis eis, quae hactenus expoſuimus, diſſipabuntur impedimenta plurima, et lectio carminis facilior multo habebitur et iucundior. In qua quo tutiori ſemita incedas, paucas has *regulas explicandique leges* habeto:

1) Primum omnium carmen te legere ſcito; proinde, quaecunque ab interpretatione carminis aliena habentur, abſint quam longiſſime.

2) Memento autem, te legere carmen, ad prophetarum Hebraicorum, in primis poſteriorum ex aeuo Babylonico egreſſorum, exemplaria imitatione expreſſum, a Judaeochriſtiano perdocto et cultura Syrochaldaica imbuto, cui Palaeſtina, Hieroſolyma etc. praecipue cordi erant, et Rabbinorum traditiones opinionesque cum Cabbaliſtarum argutiis ſumma ſapientia, ſicuti ſpecioſa monſtrorum pictura e Per-

e Perside et Chaldaea petita pulchritudo videbantur. Quapropter temporum, locorum, personarumque opportunitates semper oculis obuersantor.

3) Fontes, e quibus deriuasse poetam ea quae canit dixeris, noli alibi vsquam quaerere, quam in effatis Jesu de futura sua παρουσιᾳ, Matth. 24 etc. nec non in eis, quae de επιφανειᾳ Jesu Christi pronunciauerant apostoli: quamquam interdum et ad res suo tempore gestas alludit suoque carmini aptat eadem et innectit [102]). Proinde omnia, quae aliunde,

102) Haud negandum id ipsum maximam interpreti difficultatem facessere, vt quid aut ad res vere gestas respiciat, aut ornatibus poeticis annumerandum sit, rite secernat. Eo autem referri credito longe plurima, ne dicam omnia, quamquam historica forma induantur. Male videtur Herderus Josephi libros de bell. Jud. tanquam optimum commentarium Apocalypseos lectoribus commendasse. Insunt tamen et historica nonnulla: insunt forte umbrae quaedam leuiorum momentorum, quae non quidem publicas res, sed auctoris privatas etc. attingebant. Consentiunt sane intt., istiusmodi momenta εφημερα, quia non sunt omnibus nota, nec esse possunt, plurimum impedimentorum in enarrandis poetis veluti Aristophane, Horatio, Juvenali, Persio etc. obiicere, quae nisi ope Scholiastarum, quorum mentibus complura adhuc inhaerebant, remota fuissent, obscuriora longe forent. Sed istiusmodi Scholiastes non contigit Apocalypsi. Recte obseruatum est, et in N. T. permulta, quae veluti Paullus in 1 Cor. e. gr. c. 13 tradit, multo clariorem lucem nactura esse, si, quae ipsi Corinthi e. gr. ab Apollô contigerant, aeque perspecta haberemus, ac habebant Corinthii, quibus scribit. Adhibeamus autem hanc obseruationem ad ea, quae de c. 13, 18 suspicamur, vt suo loco indicabimus; atque non repudianda saltem capitisue damnanda videbuntur. Ad res maioris momenti autem (ad quas allusisse poetam, quas tamen ipsas obliuioni traditas fuisse dicere

est oraculum nostrum: regnum obtinet Jesus Christus: iacent aduersarii: plura non quaerimus,

---

Placet hic primas historiae explicationis Apocalypseos lineas, quam fieri potest breuissime, subiungere.

Illis quidem coetibus, quibus dicatum fuit carmen, clara omnia et perspicua fuisse reor, et ne ea quidem fugisse, quae ad acuenda ingenia subobscure indicat carmen, c. 13, 18; 17, 9. Ac primo aeuo omnino, quo menti nondum exciderant res, ad quas passim allusisse poetam dixeris, in illis regionibus, apud illos homines, qui Rabbinicas, Cabbalisticasque artes callebant, haud facile apparet, quid obscurum manere potuerit aut ambiguum. Fuisse illos crediderim persuasos quidem, multa eorum, quae canuntur, praeteriisse iam; ast de euentu eorum, quae futura videri poterant, si reditum Messiae excipias, parum curiosos. At circa medium saeculum secundum dubitatur iam et ambigitur de explicatione locorum singulorum, id quod de bellua ista c. 13. ex loco Irenaei

ipse, qui praeterita pro futuris venditauerit. Omnia ea ad colores poeticos referenda erunt; quales carminibus suis induxerunt et Graeci et Romani, velvti Virgil. Aeneid. Lib. 6, v. 756 sqq. Videatur tamen EICHHORNIUS *Commentar.* Vol. 2, p. 57. 66. 67 et maxime p. 75. cf. quae scripsimus supra, nota 70. Quae cuncta proferre ingenue ne tunc quidem recusarem, si Joannem apostolum auctorem carminis possem agnoscere, siquidem acquiescerem in eo, illud, quo summa rei redit, quodque grauissimum prae omnibus christiano homini videbitur et laetissimum, euentu suo haudquaquam caruisse. — Neque illa, quae de celeri et proximo rerum, vt videtur, praedictarum euentu habentur passim, velut c. 1, 1 εν ταχει, ex nostra explicatione difficultatis aliquid afferunt.

Irenaei ſupr. p. 10 laudato conſtat. Poſtea vero quam controuerſiae dogmaticae Cerinthianorum, Montaniſtarum, Alogorum, Allegoriſtarum etc. ſuccreſcebant, nil mirum, plures ſubinde et maiores in libro difficultates ſubortas eſſe: magis tamen de auctore quam de argumento certabatur. Sed quum magis magisque indies praeterirent antiquiora ſubnaſcerenturque noua, facile credimus, creuiſſe iam eorum locorum numerum, qui luce egere videbantur, interpretesque in eis explicandis vires ſuas eſſe expertos? Nullum tamen Chryſoſtomum nacta eſt Apocalypſis: nullum Theodoretum aut Theophylactum, ſed pro eis Andream quinto, et Aretham decimo ſaeculo, quorum hic illius veſtigia premere ſolet tanquam pediſſequus, ſed et amplificare commentario ſuo, quae ab Andrea acceperat, et rhetorum floribus exornare allaborat [104]). Amplectuntur autem hi duumuiri interpretationem tam allegoricam quam chiliaſticam. At myſticum explicandi genus ſi lubet legere, adeas commentarios Primaſii, Victorini etc. Succreſcebant ſenſim interpretes, qui de praedictarum in libello rerum euentis quaererent, eaque aut contigiſſe iam aut in poſterum exſpectanda eſſe contenderent. Atque hic dici vix poteſt, quam in diuerſa ſit abitum, quam abſonae opiniones, quam otioſae quaeſtiones et vmbratiles, quam aniles fabulae productae, in primis, quum de Antichriſto quaererent interpretes, quem vnum prae aliis Chriſtianiſmo grauem fore rati (immemores eorum, quae 1. Jo. 2, 18. inculcauerat Joannes, πολλους ειναι αντιχριστους), atque in Apocalypſi, vt et in 2. Theſſ. 2. indicatum eſſe eundem perſuaſi, in diuer-

104) Vterque epiſcopatu Caeſareae in Cappadocia functus eſt, Ανδρειου αρχιεπισκοπου Καισαρειας Καππαδοκ. ἑρμηνεια εις την αποκαλυψιν του ἁγιου Αποστολου και ευαγγελιστου Ιωαννου του Θεολογου. Baſil. 1596. fol.

diuersissimarum opinionum ludibria et commenta aberrarunt, Neronem, Titum, Domitianum, Arium, Mahometum, Loiolam, pontificem Romanum, Lutherum, Caluinum, et quis enumerare valeat, quot alios hoc nomine salutantes. Profecto de Apocalypsi valent illa:

Hic liber est, in quo sua quaerit dogmata quisque;
Inuenit et pariter dogmata quisque sua.

Sed mittamus antiqua et obscura, aut dudum explosa. At renascentibus litteris praeclaram illustrando libello operam adhibere coeperunt permulti, e quibus GROTIUS, WETSTENIUS aliique, etiamsi eorum sententiis haudquaquam suffragari possis, omni tamen laude digni habebuntur, quod ex immensa doctrinae copia permulta attulerunt, quae ad lucem obscurioribus affundendam commoda esse opinabantur ipsi. Neque dedignemur agnoscere indefessum studium BENGELII, pii hominis et summe venerandi, atque de re et critica et exegetica N. T., vt constat, optime meriti, qui, quum praecipuos religionis christianae casus vel secundos vel aduersos inde a discessu J. C. e terris vsque ad saeculorum finem enumeratos hic et praenunciatos inueniret, in recludendis sigillis, computandis temporibus [105]), caeterisque, quae ad commendandam sententiam facerent, mirum quantum desudauit.

Sed melioribus mox verioribusque locum fecit interpretatio Bengeliana, eminuitque et in hoc libro illustrando ingenium HERDERIANUM, omnia, quae oracula nostra canunt, ad aduentum J. C. ad puniendos Hierosolymitanos, siue ad excidium vrbis reuocans.

105). Idem tentauerat iam magnus ille NEWTON, qui Apocalypsi, quam appendicem Danielis haberi potuisse arbitrabatur, ad rationes chronologicas vti coepit.

nans. Et Herderum sequebantur omnes qui rectiora minus rectis anteferrent, in quibus fuit et b. Koppius, donec commentarius Eichhornianus in lucem prodiit; qui, quod iam antea suspicati fuerant et significauerant nonnulli, e. gr. Herrnschneider, Johannsen, luculentius et elaboratius exposuit, illud puta agere carmen nostrum, vt praesagiat, rem christianam profligato Judaismo et gentilismo, victricem fore et reginam. Quae post Eichhornium scripta in Apocalypsin prodierunt, eadem ferme, si a paucissimis recedas, exprimunt, nec diffitendum est, Eichhornianam explicationem hodienum primas obtinere: quamquam nec nostra aetate desunt interpretes, illis accensendi, quos nomine apocalypticorum, seu exegetarum fanaticorum salutari p. 82 diximus, aut diuiniori adeo spiritu afflatos fuisse et semetipsos rati; vnde et nostra adeo tempora cum eis viris, qui in rebus gerendis nouissime excelluere, expressa inuenire sibi in Apocalypsi videntur.

Sed consignabimus hunc locum recensendis libris nonnullis, qui ex immensa copia, quae ad Apocalypsin profusa est, potissimi videntur cognituque dignissimi: apparebitque iam ex nonnullorum titulis, ad quodnam interpretum genus auctores reuocandi sint.

Jesus in der Kirchen bis ans Ende der Welt, gezeigt aus dem Büchlein der Offenb. Johannis vom 10. bis 22. Kapitel, durch Joachim Oporin. Hannov. und Leipzig 1753. — Idem anno 1752 scripserat dissertationem, cui titulus: *Isagoge in βιβλαρίδιον Apoc.* c. 10. — c. 22.

Erklärte Offenbarung Johannis oder vielmehr Jesu Christi, — vor Augen gelegt von J. A. Bengel. Stuttgard 1758.

JOH. CHRIST. HARENBERG *Erklärung der Off. Johannis.* Braunschw. 1759. in 4. non tam commentarium exhibet ad singulorum capitum ordinem, quam syllogen commentationum huc spectantium.

Das Buch von der Zukunft des Herrn, des Neuen Testaments Siegel, MAPAN. ÅΘA., auctore HERDERO. Riga 1779, quem librum crebro laudauimus. In quo quum et poeticum suum ingenium Apocalypsi adhibeat Herderus, iam hic adiungamus mentionem aliorum, qui poesi vernacula librum reddere conati sunt. Pertinet huc

LAVATER: *Jesus Messias, hexametrische Übersetzung der Apocalypse, in 22 Gesängen:* ornatus est libellus figuris aeri incisis.

J C. SCHREIBER *prophetisch-poetische Gemälde der Zukunft: eine Nachbildung der Offenb. Joh. in vier Gesängen. Nebst einer Vorrede von* AUGUSTI. Zeitz und Naumburg 1802.

MYNTER (Havniensis): *die Offenbarung Johannis, metrisch übersetzt.* Kopenhagen 1806.

STOLZ *metrische Übersetzung der Offenb. Joh.* in eiusdem vernacula versione N. T.

Sed et post Herderum non defuere, qui antiquiora et vt ita loquar apocalyptica mallent. Prodiit, Bengelianas potius partes secutus liber

Apocalypsis Jesu Christi auctoris et Joannis scriptoris etc. a MICH. FRID. SEMLER. Conrect. Neostad. ad Orl. 1785.

Prüfung der gegenwärtigen Zeit nach der Offenb. Johannis, von M. F. ROOS, qui et alia scripta apocalyptica promulgauit. Tübing. 1786.

At prorsus alia in scenam induxerunt HERRNSCHNEIDER in commentatione: *Apocalypseos illustrandae tentamen.* Argent. 1788. in 4. merito laudata ab Eichhornio *Bibl.* B. I. p. 129.

Das

Das Schickſalsbuch der Offenb. Joh. in HASSII commentationibus bibl. oriental. p, 50 ſqq. (HASS. *bibl. orientaliſche Aufſätze.* Königsberg 1793.)

JOHANNSEN, *die Offenb. Johannis oder der Sieg des Chriſtenthums über Judenthum und Heydenthum.* Flensburg 1788, et prae aliis omnibus

J. G. EICHHORN *Commentarius in Apocalypſin Joannis.* Vol. 2. Gotting. 1791, qui omni noſtra laude multo maior habendus erit. Rectiſſime hunc tanquam ducem et anteſignanum ſequuti ſunt omnes fere, qui poſt eum ſcripſerunt, et nos quoque, vt haud inuiti profitemur, quamuis paſſim ab eo diſſentientes, in plerisque tamen ſequimur. Scripſerunt autem in hunc librum deinceps

LANGIUS. *Die Schriften Johannis des vertrauten Schülers Jeſu.* Erſter Theil. Neuſtrelitz 1795.

M. FR. W. HAGEN, *Sieg des Chriſtenthums über Juden- und Heidenthum, oder Offenb. Joh. neu überſetzt und in Anmerkungen und Exkurſen erläutert.* Erlangen 1796, et nuperrime

F. H. LINDEMANN, *Joh. Offenbarung überſetzt und mit einem Commentar verſehen nach dem Lateiniſchen des Herrn Hofr.* EICHHORN, *auch mit einer Vorrede deſſelben begleitet.* Hannover 1816.

Sed ne ſic quidem omnes reliquerunt Bengelianas partes, ſiquidem et Semlerus opuſculum ſuum vernacula lingua reddidit, et apparuere

JUNGS *Siegesgeſchichte der chriſtlichen Religion in einer gemeinnützigen Erklärung der Offenbarung Johannis.* Nürnberg 1799.

Welche Zeit iſt es im Reich Gottes? 1799 aus der Offenbarung Johannis beantwortet von H. A. TYPKE, Superintendent zu Dobrilugk. Görliz 1799, et nouiſſime

Beweis

Beweis des göttlichen Ursprungs der Offenbarung Johannis durch Erklärungen derselben von Kap. 13 bis Kap. 20, darin die Begebenheiten der Weltgeschichte von 1789 bis zu Ende des Krieges, dadurch alle Religionen untergraben werden sollten, — erfüllt dargestellt werden, von W. F. Gerken, Past. pr. zu Stade. Altona 1814.

Kurze Übersicht der Offenbarung Johannis, merkwürdig für die Zeit und zur Freude des Glaubens für Christen und Israeliten, von C. G. Opitz. Leipzig 1816. Ex vngue leonem. De Iudaeorum nostri aeui conuersione librum vaticinari autumat [106. 107]).

Editio

106) S. V. Vogelii *Commentationes de Apoc. Joannis.* Part. I - IV. Erlang. 1811 - 13, magnam illam et curatiore examine vtique dignissimam quaestionem intulerunt, Apocalypsin dispescendam esse in tres particulas, non vno eodemque auctore et tempore scriptas: 1) Cap. 1 — cap. 3. 2) C. 4 — c. 11. 3) C. 12 — c. 22, quas ab alio collectas, et praefixo prooemio c. 1, v. 1 — 8, ea forma, qua nunc carmen legitur, indutas vult vir doctissimus. De qua tamen quaestione tum demum recte disputari poterit, quum ad finem omnia perduxerit auctor.

107) Multa alia his addi poterunt. Sed subsistamus in potioribus, nec externa omnia quaeramus; e quibus in Anglia excelluerunt Jos. Mede (Clavis Apocalyptica), Moses Lowman.: in Suecia nouissime D. Hallenberg Historiska Anmärkningar öfwer Uppenbarelse Boken, Stockholm 1800, part. 3 in 8; Oedmann Försök öfver Johannis Uppenbarelse. Upsal. 1803. — Commentationum autem in singulos carminis locos seorsim conscriptarum immensa est, vt facile creditur, multitudo. Potiores suo quamuis loco indicatas inuenies, si quaeris, apud Polum synops. crit., Wolfium, cur. philologg et passim et in nostro commentario. Excellunt ex eis Storrii dissertationes exegeticae in Apocalypseos quaedam loca.

Editio Koppiana, quam continuamus, nunquam, quod ſcio, *criticam*, quae proprie ita appelletur, ſemet profeſſa eſt, aut noua incrementa eis afferre ſuſcepit, quibus Bengelius, Wetſtenius, Griesbach, Matthaei, Alter, Birch etc. de Nouo Teſtamento praeclare, vt ſcimus, promeruerunt. Quoniam tamen potiſſima, quae de varietate lectionis ſcitu digna videbantur, delibata ſuperioribus voluminis recordamur, ne in hac quidem operis parte eadem omnino abeſſe poterunt. Sed ſiniſtro profecto fato accidit, ne forte nulla ex parte difficilior redderetur Apocalypſeos interpretatio, quam caeterorum N. T. libellorum omnium, vt textus carminis noſtri, ſi quis alius, mendoſus inueniatur, et prae aliis libris lectionum ambiguitate varius et anceps [108]). Neque vero ſerius forte, et caſu aut negligentia illud accidit, ſed in ipſis fere primordiis vitia nonnulla ſaltem inuecta, atque vt videtur de induſtria illata ſunt: ſiquidem ex memorabili illo loco Irenaei ſupra p. 10 laudato apparet, iam tum pro numero 666 Apoc. 13, 18. in quibusdam numerum 616 redditum fuiſſe: quia alium quendam hominem, ſibi prae aliis infenſum, a Joanne taxari volebat neſcio quis: et mirandum ſane eſt, eiusmodi deprauationes, ira aut ſtudio inuectas, complures non occurrere. Sed longe plurima vitia negligentiae debentur: ſiquidem liber, de cuius auctore et dignitate canonica dubitabatur, quique nec publica in eccleſiis reci-

loca. Tubing. 1795. 1796. Commentationes de Ap. Joan. auctore S. V. Vogel p. 1, 1811, p. 2, 1812 programmata ſunt Erlangenſia, vid. not. 106. Sed ſubſiſtamus, ne in infinitum videamur progredi.

108) "Vnius dicti 1. Jo. 5, 7. 8. et vnius libri Apocalypſeos eriſin maioris eſſe momenti, audeo affirmare, quam totam reliquam criſin N. T." Bengelius *in apparatu critico* p. 776. Indidem auſpicatur celeb. Matthaei *in dedicatione libri, Ioannis Apocalypsis* etc. Rigae 1785.

recitatione, nec homiliis ex aureo Chrysostomi ore fluentibus erat celebratus, minus dignus videbatur, cuius multa apographa fierent, aut, quae describebantur, maiori exprimerentur cura et sollertia [109]). Quid mirum, Apocalypseos codices esse et perpaucos, et interpolationibus etc., quae textum ambiguum reddunt et suspectum, refertos? Atque et primus ille commentator Andreas textui nocuit magis commentario suo, quam profuit. Accidit enim, vt circa idem tempus vulgaretur Andreae textus cum commentario, quo anathemate confixerat Synodus Toletana eas ecclesias, qui publicam Apocalypseos lectionem in templis adspernarentur: quo factum est, vt, quia pluribus iam opus erat exemplaribus, eorum permulta describerentur ex Andreae textu. Is autem plurima, quae obscura in textu, aspera, graecisque auribus parum grata videbantur, mitigare, et ad purioris Graeciae grammaticen exigere in animum sibi induxerat, quo factum est, vt librarii, qui ex eo tanquam archetypo describebant apographa, varia eorum, quae ad illustrandas amplificandasque sententias nonnullas in commentario inuenerant, textui insererent ipsi: proinde maior indies varietas, tam in codicibus Apocalypseos ex Andrea descriptis subnata est, quam in codicibus et versionibus Andreae ipsius: prout audaciorem inuenerant librarium aut modestiorem [110]). — Sed

109) "Notabilis ille inter orientis et occidentis ecclesiam dissensus, quum plures christ. coetus hunc non Joanni Apostolo, sed presbytero — tribuerent: quia etiam quod in iis ecclesiis, vbi nulla de libri auctore exstiterat dubitatio, praelectionibus publicis nunquam adhibitum inuenimus: haec et plura in caussa fuere, cur librarii Apocalypsin rarius exscripserint." Birch *Var. Lect. ad text. Apoc. Prolegom.* p. 1.

110) Andream et Aretham summa cum sollertia contulit excussitque Cel. Matthaei, cuius praefatio in librum

Sed neque ex versionibus multum praesidii ad tuendam et stabiliendam hanc illamue lectionem petere licebit, quum aut iuniores sint aetate, aut ex aliis interpolationibus effictae: nam versio prior Syra plane non habet Apocalypsin, Vulgata autem, quae, si pura mansisset et integra, quam plurimum adiumenti potuisset afferre, et ipsa interpolationibus misere turbata et foedata est. — Denique nec citata patrum, quo alibi confugimus, succurrunt? praeter Origenem silent vere omnes, ni ad auctoritatem seriorum latinorum, quae tamen fere nulla est, prouocare velis.

In tanta autem subsidiorum criticorum penuria vix fieri potest, quin textus, innumera fere varietate instabilis et fluctuans, serius restituatur genuino suo et natiuo colori, quam caeterorum N. T. librorum omnium. Cogitemus vero, ERASMUM, qui cum Complutensibus primam post renatas litteras instaurandae crisi N. T. manum attulerat, praeter Vulgatam non nisi vno codice vsum fuisse, Reuchlinii seu Capnionis puta, qui a Wetstenio et Griesbachio numero 1 insignitur: STEPHANUM non nisi duobus, num. 2 et 3, iisque ex parte mutilis et laceris, vnde textus Stephanianus haud multum a textu Erasmi et Complutensium differt. Quid mirum, lectionem receptam, quae ex his fontibus deriuatur, lubricam esse parumque certam [111]? At BENGELIUS pluribus iam subsidiis instructus (loquitur in apparatu critico de septem codd. primae et decem secundae classis) meliorem iam purgatioremque textum exhibere poterat; quem et Koppiana editio

librum supra laudatum omnino digna est, quae inspiciatur ab eis, qui plura de his cognoscere satagunt.

111) "Lectio recepta continet non tam meliorem codicum recensionem, quam mistam e Vulgata et Scholiis Andreae farraginem." MATTHAEI in praefat. ad libr. laud. p. 2.

editio exhibet, quemadmodum ex prioribus voluminibus constat. Apparebit autem creberrime, quot in locis a lectione recepta secedat Bengeliana recensio. Qui sequebatur. WETSTENIUS, praeter codicem Alexandrinum, A (qui tamen, vbi, si plures codices cum eo consentiunt, summae, ita, vbi solus loquitur, nullius fere auctoritatis est), codicem Sancti Basilii, B, ex saeculo septimo prodeuntem et a Wetstenio primo collatum (Wetst. p. 894 sq.), et codicem Ephrem, C, in quo tamen permulti sunt hiatus, et alios 28 codices adhibuit, iuniores vncialibusque litteris non exaratos. Praeter hanc supellectilem GRIESBACHIO ad manus erant quatuor codices alii, signati ab eo numeris 29, 30, 31, 32, e quibus num. 30 Guelpherbytanus est, cuius lectiones excerpsit et KNITTELIUS in libro suo passim supra laudato. His addidit MATTHAEI 5 codices Mosquenses, ALTERUS 4 Vindobonenses, BIRCHIUS 10 Vaticanos, Florentinos etc. vt adeo 51 codicibus omnis efficiatur supellex.

Quorum librorum manuscriptorum quum permulti, vt credi potest, sibi conspirent, iam Bengelius duplicem classem seu familiam constituit, Asiaticam et Africanam: noluit tamen Griesbachius, quae de triplici stirpe Orientali Occidentali et Constantinopolitana protulerat, ad Apocalypsin transferre, quia rarius exscripta exemplaria non temere potuerint classes quasdam et familias constituere; sed duplicem tamen testium classem, quorum consensum plerumque omnia dubia tollere opinatur, inuenire sibi visus est, ad alteram referens codices B, 6. 8. 9. 14. 16. 29. 30. 32, ad alteram codd. 7, 12, 36, 38, consonantibus saepissime et A et C. Hi ergo codices respiciendi erunt, quotiescunque et in Apocalypsi de vtraque familia loquuntur notae criticae [112]). Matthaei tamen,

112) Vid. GRIESBACHII praefatio ad editionem alteram Noui Testamenti Vol. II, pag. IX.

tamen, qui sententiam Griesbachianam de variis familiis semper auersatus est et ludibrio habuit, cauillando loquitur de recensione Cappadoca, quo nomine iocabundus compellat codices ex Andrea, episcopo Caesariensi in Cappadocia, deprauatos.

Accidit haud secus quam par erat ex eis quas exposuimus caussis, vt in Apocalypsi in primis multiplicaretur lectionum variantium numerus, qui criticam quamlibet editionem leuiter inspicienti protinus in oculos incurrit. Sed, magna tamen earum pars minimi aut nullius est momenti, nec quidquam ad sensum scriptoris in rebus grauioribus immutandum confert: pleraque enim huc ferme redeunt:

vel synonyma permutantur, vt *βλεποντες* pro *ὁρωντες* c. 18, 18; *λεγοντας* c. 2, 2. pro lect. recepta *φασκοντας*, *οιδεν* c. 2, 17. pro leotione recepta *εγνω*; aut particulae idem fere significantes, vt *απο* et *ὑπο* c. 9, 18. *εις* et *επι* c. 16, 2. etc.

vel verba simplicia et composita eodem sensu permiscentur, vt *πεπτωκας* c. 1, 4. pro l. rec. *εκπεπτωκας*; *εζησαν* c. 20, 5. pro *ανεζησαν*; *συμμαρτυρουμαι* 22, 18. pro *μαρτυρω*. Cf. c. 3, 5; 19, 2. etc.

vel commiscentur tempora, vt *αγαπωντι* c. 1, 5. pro recept. *αγαπησαντι*; *ελαλει* seu *λαλει* 1, 12. pro rec. *ελαλησε*. Cf. 2, 14. 22; 6, 10; 17, 13; 18, 8; 19, 21; 22, 5. etc.

vel contracta forma ponitur pro pleniori, vt *βαθεα*, *βαθη* c. 2, 24. etc.

vel verba media et actiua sensu fere eodem vsurpantur, vt c. 2, 2; 18, 9. etc.

vel variatur constructio seu forma sensu eodem, vt *ισχυρᾳ φωνῃ* c. 18, 2. pro *εν ισχυι*, *φωνῃ μεγαλῃ*; *επι τον θρονον* c. 4, 2. pro rec. *επι του θρονου*; *μετα τουτο* 7, 1. pro *μ. ταυτα*; *της εν Εφεσῳ εκκλησιας*

c. 2,

c. 2, 1. pro της Εφεσινης ε.; αλλα πλουσιος c. 2, 9. pro πλουσιος δε; ἡμερας 2, 10. pro ἡμερων; επι της γης c. 5, 13. pro επι τη γῃ; μηδεν φοβου pro μη φοβου, c. 2, 10. etc.

vel ordo vocabulorum sine vlla sensus mutatione inuertitur, quod creberrimo occurrit, vt θανατου και ᾁδου c. 1, 18. pro rec. ᾁδου και θανατου, et sexcenties alibi; vid. Var. lect. ad 1, 18.

vel lectione breuiori verbosioriue exprimitur eadem sententia, vti ηγαπησα σε c. 3, 9. pro lect. rec. εγω ηγαπ. σε; δεξιαν c. 1, 17. pro rec. δεξιαν χειρα; articulus exprimitur vel omittitur, ὁ ουρανος c. 6, 14. pro ουρανος; cf. 8, 11; ου μη c. 9, 6. pro ουχ; εικοσι τεσσαρ. c. 4, 4. pro rec. εικ. και τεσσ.; Λεγει ὁτι καθημαι c. 18, 7. pro λεγει καθημαι: saepius numerus ἑπτα, aut vocabulum αγγελος c. 16. inseritur: aut εστι vel adest vel deest, vt c. 1, 4: aut εκ c. 1, 5; 2, 19: aut aliae voces e. gr. 2, 17; 5, 4; 9, 4; et eiusmodi alia, vt c. 7, 14; 14, 9. Nonnunquam et alia additamenta ad ornandam rem et amplificandam inserta videbis, veluti c. 1, 5. et passim alibi;

vel cum datiuo aut accusatiuo aliisue casibus promiscue construitur idem verbum, vt διδασκειν, c. 2, 14; καθησθαι, c. 4, 2; 6, 2; 8, 3. προσκυνειν c. 13, 4. 8. 15; αινειν c. 19, 5. Ita et ουδενος, ουδεν c. 3, 17 etc.;

vel forma verborum, substantiuorum, declinationum, scribendique modus variat, quo pertinent κλειν c. 3, 7; 20, 1. pro κλειδα; ζηλευε c. 3, 19. pro ζηλωσον; σαρδιος c. 4, 3. pro rec. σαρδινος; εσφαγισμενον c. 5, 6. pro εσφαγμενον; πετομενον c. 14, 6. pro πετωμενον; κατηγωρ c. 12, 10. pro κατηγορος; ὑελος c. 21, 18. pro ὑαλος; ρυπαρευθητω c. 22, 11. pro ρυπωσατο; εκυκλευσαν c. 20, 8. pro εκυκλωσαν, et eiusmodi alia: quo et referri potest varia et inconstans, quae et in aliis auctoribus inuenitur, nominum propriorum scribendi ratio, e. gr. cap. 16, 16.

vel

vel nil nisi scripturae vitium exhibet lectionis varietas, vt κεκριμμενου pro κεκρυμμενου, ψημον pro ψηφον c. 2, 17; εραυνων pro ερευνων, 2, 23; αρκου pro αρκτου c. 13, 2 etc. nisi vitia grammatica ea habere potius videtur, commissa ab auctore, qui prima rudimenta graece scribendi fecerat;

vel denique ibi profecto male sedulam se praestitit emendatrix manus, vbi Hebraismi, anacolutha aut soloecismi, vti vocantur, molesti videbantur auribus graecis, vt cap. 1, 5; 2, 20; 3, 12; 8, 9; 9, 14; 14, 12; 18, 11; 20, 2; 21, 10. 12; 17, 4. etc.

Haud difficilis autem inuentu erit omnium eiusmodi varietatum fons et origo. Quas enim non ab Andreae etc. commentario, aut importuno amplificandi, ornandi comtiusque et vt ita loquar graecius loquendi studio deriuare poteris, negligentiae librariorum et incuriae debebuntur, qui haudquaquam curiosos, vt decet etiamnum quemlibet, qui archetypum apographo describere suscipit, in singulis verborum apicibus fida imitatione reddendis se exhibuerunt et religiosos: sed dum sensum absque mutatione reddidissent, officio suo perfuncti esse sibi videbantur. Nos vero, quemadmodum in variantibus lectionibus, quae maioris sunt momenti, eundem ordinem, qui in prioribus voluminibus obtinuit, seruabimus, ita leuiora illa, quorum exempla modo attulimus, aut silentio praetermittemus omnino, aut, ne nullis tamen exemplis ostendatur, quibus signis a lectione recepta vel a recensione Griesbachiana, quae nunc iure meritoque perfectissima habetur, secedat noster id est Bengelianus textus, paucissimis tantummodo verbis, nullo nostro iudicio interposito, ostendere illud allaborabimus.

CONSPECTVS QVAESTIONVM IN PROLEGOMENIS PERTRACTATARVM.

2) pro

3) quo

APOCA-

APOCALYPSIS.

PARS PRIOR

CAP. I — XII.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ Cap. I. 1

VARIAE LECTIONES.

Expressimus inscriptionem lectionis receptae, et in textu priores 5 voculas litteris maiusculis signamus, vt et illae pro inscriptione possint habere, in vtroque Bengelium sequuti. Griesbachius praetulit inscriptionem breuiorem ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ. Nam in hac vna voce sibi constant, in reliquis omnibus mirifice variant MSS. Vel enim abest τ. θεολόγου, vel additur ἁγιου, ευαγγελιστου, vel του ἁγιου, ενδοξοτατου αποστ. και ευαγγελιστου, παρθενου ηγαπημενου επιστηθιου in cod. Guelpherbyt. Knittelii. In alio additur ἡν εν Πατμω νησω εθεασατο. In alio prorsus aliter: Ιησου Χριστου αποκαλυψις δοθεισα τω θεω.

Ex more consueto veterum prophetarum titulus praefigitur, quo et nomen suum profiteri solent, et tempus, locum, occasionem etc. accepti oraculi. Pertinet ille vsque ad v. 10, in quo poeta 1) oraculorum argumentum potissimum indicat, 2) suum ipsius nomen refert, v. 1. 2. 3) de vi ac grauitate acceptorum oraculorum admonet v. 3. 4) salute impertit coetus christianos in Asia minore collectos, quibus oracula carmine exposita dedicat v. 4-8. 5) locum denique et tempus oraculorum significat, v. 9. 10. — Quia tamen antiquorum poetarum oracula certis quibusdam hominibus non dedicata fuere ab eis, qui illa colligebant, quoad no. 4 dissimilem vatibus priscis se gerit noster, nec non quoad admonitionem no. 3.

v. 1. Tria priora inscriptionem denuo exprimunt, ab auctore ipso profectam,

per-

αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ δεῖ γε-

θεολογῳ Ιωαννη. Quorum additamentorum origo facile inuenietur. Antiquior tamen videtur inscriptio simplex Απ. Ιωαννου, qua librum citant complures auctores ecclesiastici (Proleg. p. 9 sqq.). Ιωαννου additum videtur, vt discerneretur libellus ab apocalypsibus Petri, Paulli etc. Additamentum του θεολογου non indicat illum vocabuli sensum, quem nude habet, sed exprimit 1) vel eum, qui τον Λογον non cum Gnosticis ad aeonas retulit, sed Deum ipsum eum esse professus est: 2) vel, vt Langius explicat, qui de diuina natura Jesu Christi exposuit. Circa finem saec. 4 doctrina de Deo et diu. J. C. natura κατ' εξοχην vocabatur theologia, et, qui a partibus concilii Niceni contra secus sentientes disputabant, Theologi. 3) vel sensus est: eius Johannis, cuius euangelium vocibus θεος et λογος auspicatur. Ita opinatur Hagen, Judaeis in vsu fuisse afferens, libros a vocibus, quibus insinnt, indicare. 4) potest et significare προφητην, cui iungitur θεολογος apud Lucianum in Alexandr. seu pseudomant. 19 et 22. Mihi tamen priora vero videntur similiora.

perinde ac in proverb. Sal. Ecclesiast. Cantic. prophetis, Matthaeo, Marco etc. factum legimus. Αποκαλυψις. Αποκαλυπτειν, proprie *rem opertam remoto velamine detegere*, tropice est id. qu. φανερωσαι: *rem obscuram exponere* Matth. 10, 26. Cf. infr. ad c. 5, 1. Non vsurpatur apud scriptores graecos alios (Hieronym. ad Gal. 1, 12): nam illi per διακαλυπτεσθαι vel εκκαλυπτ. exprimere rem solent. Apud LXX tamen occurrit. Maxime ad arcana religionis aut ad temporis futuri euentus adhibetur: 1 Cor. 2, 10; Rom. 8, 18; 1 Petr. 1, 5; 5, 1 etc. inuoluitque simul notionem diuinioris spiritus, quo corripitur is, cui futura tempora recluduntur. Sed et transfertur ad futurum reditum Messiae gentibus appariturі et quasi reuelandi Luc. 17, 30. Hinc αποκαλυψις est 1) vel expositio rerum arcanarum religionis, 2) vel euentuum futurorum manifestatio, vel 3) aduentus redituri Messiae ipse, qui alias παρουσια seu επιφανεια J. C. dicitur. Ita occurrit 1 Cor. 1, 7; 2 Thess. 1, 7; 1 Petr. 1, 7. 13.

Ἣν

γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν ἀποστεί-
λας

Ἣν ἔδωκε. Διδοναι inter alia 1) *tradere, docere.* Jo. 17,7. 8; Act. 7, 38. 2) *iniungere, mandare*, Jo. 5, 36; 7, 22; 17, 4. 3) *permittere, concedere*, Matth. 13, 11; 28, 18; Actor. 2, 27; Apoc. 6, 4; 7, 2; 9, 5; 13, 5. 7. 14. 15; 16, 8; 19, 8. Δειξαι vox prophetis propria de *monstrandis per emblemata et ostenta rebus futuris* Apoc. 4, 1; 17, 1; 22, 6. Δουλοι 1) discipuli et ministri J. C., apostoli. 2) omnes eiusdem cultores sectatoresque Eph. 6, 6; Apoc. 2, 20. Σημαινειν. *Subobscure et ambigue indicare*, quid per monstrata (δεδειγμενα) ostenta intelligendum sit. (Explicationem emblematum et ipsam ambiguitate non carere vid. proleg. p. 91. Ita vox vsurpatur apud bene Graecos, Euripidem, Demosth. Plutarch. etc. et Jo. 12, 33; 18, 32; 21, 19; Actor. 11, 28. H. l. tamen, vt saepe alias, synonym. est τῳ: δειξαι. — Vulgo ita construitur. Απ. I. Χρ., ἣν εδωκεν (tradidit, docuit, sensu 1mo) α. ὁ Θ. (διδοναι αποκαλυψιν synon. τῳ: αποκαλυπτειν), (εις το) δειξαι etc. "Haec sunt ea, quae Deus reuelauit Jesu C. vt ille cultoribus suis vicissim eadem monstraret, ea puta, quae ex decretis div. citissime sunt euentura." Traditae autem a Deo Jesu erant res euenturae, vel tum iam, quum inter viuos adhuc esset (ita opinatur HAGEN), vel post eius in coelum adscensionem demum: ita plerique, et Eichhornius quoque, apud quem amplificatam legesis sententiam hanc, iunctamque sequentibus και εσημανεν δι' αγγελου: quia non decebat Christum de coelo descendere ipsum, sed interprete angelo opus erat. Praestat posterius, et quae Actor. 1, 7 nondum scire fas erat, at nunc indicantur patefacienda esse. — Sed alium verborum ordinem et sensum admittamus, hunc dico: Αποκαλ. I. X. (sens. tertio: επιφανεια), ἣν δειξαι τοις δουλοις αυτου εδωκεν (sensu 3tio *permittere*, vt alibi in Apocal.) αυτῳ ὁ Θεος. Iam per appositionem sequuntur ἁ δει γενεσθαι εν ταχει, sensu hoc: et τῳ δειξαι την αποκαλυψιν αὐτοῦ δειξαι και εκεινα, ἁ δει γ. ε. τ. Eiusmodi appositiones neque in aliis scriptoribus, nedum in nostro, quoad verborum structuram saepe asperiore et impeditiore, offendent. Erit itaque sensus hic: "Haec est expositio παρουσιας I. Χρ. quam

λας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ,

quam visionibus et ostentis iam nunc, priusquam adest, monstrare cultoribus suis, impensissimo desiderio eandem exspectantibus, Jesu iniunxit seu permisit Deus, vt inde concluderent, non longe eandem absuturam esse." Monitum est in prol. p. 95 sq. carmen nostrum non tam vaticinia continere, quam emblemata eorum, quae futura esse auguratus erat Jesus, Matth. 24, quasi iam comprobata fuerint euentu: sed eum in finem futuras res vti praeteritas et gestas Joanni apparuisse, vt inde colligeretur, iam iam implenda esse omnia. Duplicia autem de futuris his rebus praedicantur; 1) δεῖ γενέσθαι, quia non casu accident aut fortuna, sed ex decretis diu. Luc. 24, 26; Actor. 4, 12. 2) et quidem ἐν τάχει. Qui nonnisi implenda vaticinia in carmine nostro quaerunt, idque summum carminis momentum et finem habent, in hoc ipso offendunt vel maxime, quia *subito* post Joannis tempora ea, quae canuntur, non sunt impleta. Expediuntur autem iidem dicendo 1) vel initium comprobandorum euentu vaticiniorum indicari, eumque excidio vrbis confestim apparuisse; de fine neminem debere sollicitum esse, qui temporibus remotissimis demum subsequi possit. 2) vel ἐν τάχει (ταχύ, c. 2, 16; cf. c. 22, 6) idem esse ac *certissime*. Ita apud prophetas maturitatem rerum exspectandarum exprimere earundem certitudinem. Jes. 26, 20; 54, 8; Mal. 3, 1. 2; Hagg. 2, 6; Jes. 10, 22. 23. vid. Eichhorn, Hagen, quibus adde Deut. 32, 35; Jes. 5, 26; Zephan. 1, 14. Quibus tamen non tam euentus futuros alios, quam παρουσίαν J. C. cecinisse noster videtur, ii haudquaquam offendentur hoc additamento, sed eadem inuenient et hic, quae in tot locis N. T. aliis et a Jesu, et post eum ab apostolis maxime sunt prolata, fore vt iam iam immineant dies sperätissimi. Vid. proleg. not. 74. Latius autem pateret quaestio, si rogare velles, qui tandem tam propinquum augurari potuerint apostoli Jesu aduentum? num quod, quae de excidio vrbis praedixerat Jesus, ad alias spes reuocauerint, an aliis ex caussis? Sed istam quaestionem, singulari libello materiem benignam suppeditantem, hic non posse euolui, in aprico est. Teneamus

Ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ 2
καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 2. ὅσα εἶδε,: Ita, pro lectione recepta ὅσα τε εἶδε, habent ABC, pluresque iuniores vtriusque classis apud Wetst. et Griesb. omnes apud Matthaeium, 1 ap. Alterum, 6 apud Birchium, Verss. Vulg. Syr. Arab. Erpenii, Copt. Aeth. Armen. probantibus Millio prolegom. §. 720. et omnibus fere rei criticae peritis. Inserta videtur particula τε vel ad molliendam appositionis duritiem, qualia

neamus modo, et in nostro carmine, vti in omnibus aliis N.T. libris, elucere certissimam persuasionem, citissime euenturam παρουσιαν domini. — Sequentia vel ita iungas: και αποστειλας (θεος vel Ιησους) (scil. την αποκαλυψιν, vt שלח דבר oraculum coelitus demittere Jes. 9, 7. coll. Ps. 104, 30. Eichh.) εσημανεν δια τ. α. vel: και αποστειλας (τον αγγελον αυτου) εσημανεν δια τουτου etc. quae verborum resolutio durior quidem videbitur, et quasi vi extorta: sed eiusmodi plura in libro subinde occurrentia videbimus. Rem ipsam autem ita adumbratam a poeta tibi fingito: Offert quidem vati tam sui ipsius redeuntis imaginem Messias, quam omnium, quae in reditu isto euentura sint: quin alloquitur interdum vatem: verum eo vsque non descendit, vt quae per imagines monstrauerat, interpretetur ipse (nam c. 1, 20. non nisi in limine versatur poeta: in ipsum rerum spectandarum theatrum inde a c. 4. demum ascendit): id enim munus angelo iniungit, aut alii naturae coelesti, quemadmodum eiusmodi quasi Mentor et Danieli quondam, Zachariae etc. adhaeserat.

Ex hoc versiculo ad Joannem apostolum auctorem concluditur, quia is in euangelio Jesum omnia a Deo accepisse, sicuti hic Apocalypsin, professus erat, idemque et vocabulis διδοναι *tradere*, *docere*, σημαινειν *subobscure indicare* vtitur. Verum αποκαλυψεις a Deo accepisse se fatentur vates omnes: vox σημαινειν eo sensu occurrit et alibi, et διδοναι eo sensu, quem nos praetulimus, in carmine nostro praecipue. Parum igitur praesidii hinc petendum erit.

v. 2. Vocabulum μαρτυρειν cum cognatis suis de *oraculis*

καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα εἶδε.

Μακά-

qualia exempla in Apocalypsi sexcenties occurrunt, vel, vt Joannes Apostolus omnia scripta sua hic recensere videri posset, siquidem λογος θεου et μαρτυρια I. X. ad euangelium et epistolas Joanneas, et ὅσα εἶδε ad Apocalypsin referenda censebant. — Post εἶδε adduntur: και ἅτινα εισι, και ἃ χρη γενεσθαι μετα ταυτα, quod quomodo ex v. 19 iam hic insertum sit a librariis, scholia Andreae pertractantibus, docet Matthaei ad h. l.

lis quoque, quae diuinitus accepta promulgantur a prophetis, vsurpari nonnunquam in N. T. videtur, veluti Act. 10. 43; Rom. 3, 21, et synonymum fere habendum esse τῳ δειξαι, cap. 22, 6. Iam oracula illa ex amplificatione h. l. vocantur: 1) λογος Θεου, quatenus a *Deo* proueniunt, quemadmodum similiter et alibi audire videntur, Luc. 3, 4; Jo. 2, 22; Act. 15, 15; Matth. 24, 35; 2 Paralip. 9, 29. 2) μαρτυρια Ἰησ. Χριστ., quatenus a *Jesu Chr.*, μαρτυρι πιστῳ (infra v. 5; c. 1, 14) patefacta erant vati, eorumque argumentum ad Jesum ipsum spectabat. 3) ὅσα ειδε (vt ὅσα et ad λογον et ad μαρτυριαν referatur), quoniam argumentum oraculorum, reditum Messiae, viderat et *conspexerat*, emblematum figuris ob oculos positum, et quidem miris et insolitis, vt ὅσα dicendum fuerit pro ἁ. Quare, hac significatione admissa, sensus versiculi erit: *qui oracula, coelitus sibi per Christum tradita, et imaginum insolitarum figuris adumbrata carmine hoc celebrauit.* — Sed et vulgaris explicatio admittenda erit, ex qua vocabulis μαρτυρειν etc. sensus *docendi*, *instituendi* adhaeret, in scriptis Joanneis, quod negari nequit, potissimum obuius, sensusque erit: ὁς εμαρτ. — I. Χρ. *qui doctrinam de vno Deo, et de Iesu Messia, quum Apostoli munere fungatur, aliis tradit* (aoristum seu indefinitum tempus, tradere *solet*, ea tradenda occupatur: ita loquuntur Graeci), *prout ipse vidit*, *praesensque eis, quae Iesu Christo acciderunt, adfuit* (ὅσα pro καθ᾽ ὅσα) 1. Jo. 1, 1-3. — Ferenda tandem erit et tertia significatio, qua μαρτυρειν etc. nonnisi est *publice et libere profiteri*, Jo. 4, 44; 1. Tim. 6, 13 etc. cf. prolegom. not. 59 et 75; iamque carminis auctor hoc versiculo non tam doctorem, quam cultorem et secta-

Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους 3

ſectatorem religionis chriſtianae ſemet profeſſus eſt. Senſus verſiculi: "qui profitetur cultum veri Jouae (Judaeus eſt, non paganus), et quidem ſecundum inſtitutionem J. C. (eſt Judaeochriſtianus), idque ὅσα εἶδε, pro καθ' ὅσα, ſecundum ea, quae viſa ſibi obtigerunt, i. e. qui oblatis ſibi his oſtentis coeleſtibus magis confirmatum in fide Deo et J. Chriſto adhibita ſemet expertus eſt." (Verterim ergo τα' ὅσα εἶδε: *pro magna grauitate eorum*, *quae conſpexerat*, quemadmodum fere dicitur: *quae eſt tua grauitas, qua es grauitate*). Harum autem trium explicationum primam doctiorum indicio permitto, ſecundam non recuſo, ne omnia, quae pro Joanne Apoſtolo loqui videri poſſint, remouiſſe importunius videar (verum et ex ſecunda ſignificatione ad magiſtrum alium quendam, cui nomen Joannis fuerat, poterit concludi), tertiam denique eodem probabilitatis gradu habendam eſſe credo, quia ſenſum inuoluit; qui ob nomen Jeſu Chriſti tot malis affligitur (infr. v. 9). — Perſaepe autem in libello noſtro junguntur λόγος Θεου et μαρτ. Χριστου, vt indicentur 1) cultores Jouae (Judaei), ex oppoſito paganorum, quos exoſus erat noſter vel maxime; 2) et quidem cultores Jouae ſeu Judaei ex ſchola Chriſtianorum (Judaeochriſtiani) ex oppoſito eorum, qui auitas caerimonias propugnauerant acrius. Inuenias haec praeter h. l. et infra v. 9; c. 6, 9; c. 11, 15; c. 12, 10, 17. Eadem de cauſſa et apoſtoli et noſter v. 4. 5. ſalutem impertiunt et a Deo, Joua, et a Jeſu, eius filio et interprete. — Luculentius explicandi videbantur hi verſiculi, quia ad ea, quae de auctore et conſilio carminis vltro citroque diſceptantur, non ſine momento ſunt. Caeterum ea, quae vtroque verſiculo continentur, ita ferme exprimi vernacula lingua equidem crediderim: "Geſang von der Erſcheinung des wiederkehrenden Meſſias, welche Gott ihm überlaſſen hat ſchon jetzt in poetiſchen Bildern ſeine Bekenner erblicken zu laſſen, und ihnen dadurch zu zeigen, was bald eintreffen muſs; und er hats gezeigt und gedeutet durch ſeinen Engel ſeinem Bekenner Johannes, welcher iſt ein Verehrer des wahren Gottes, nach

λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς.

4 Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ·

nach der Lehre J. C. (Lehrer des Chriſtenthums), Kraft der von ihm geſehenen groſſen Erſcheinungen: (welcher dieſs göttliche Orakel, das Or. von J. C. ſo wie er es in groſsen Bildern ſahe, hiemit hat bekannt machen wollen)."

v. 3. Inter αναγινωσκων et ακουοντες diſtingui poteſt, quatenus non aeque multa, ac noſtris temporibus fieri poteſt, eiusdem libri apographa deſcribebantur, ſed ex vno exemplari recitabat vnus anagnoſtes, audiebant caeteri. Ita et Koppianae ſchedulae diſtinguunt. Sed et promiſcue vſurpari poterit ſingularis pro plurali, redibitque res eodem, quod nunc ſub voce *lectores* complectimur. Τηρουντες h. l. *attendentes*, *cogitantes*, *ſecumque reputantes* (neque enim in libro occurrit multum, quod obſeruari et praeſtari poſſit, quod vulgo dicitur τηρειν τας εντολας, τον λογον etc. vti v. c. c. 12, 17.) *beherzigen:* ita συντηρειν apud Lucam 2, 19; Cf. ad 2. Tim. 4, 7. "Beatos illos, qui haec, quae cano, reputant ſecum et perpendunt, adeoque nullis miſeriarum moleſtiis mergi ſe aut a Chriſtianiſmo auelli patiuntur! imminent enim liberationis tempora, ὁ καιρος εγγυς." En tibi eadem, quae apud Paullum inuenis Phil. 4, 5. 6; Rom. 13, 11.

Caeterum priores hos 3 verſiculos ab alio praemiſſos fuiſſe, forſitan ab eo, cui iniunctum erat, recitare eccleſiis et commendare carmen, ſuſpicantur ſchedae Koppianae.

v. 4. Salus a Deo patre et filio christianis coetibus dicta, ad imitationem epiſtolarum apoſtolicarum, a quibus tamen mirum quantum recedit oratio, iam hic ſublimius quid et propheticum ſpirans. Ταις ἑπτα εκκλησι. *illis*, quae nomine afferuntur infra v. 11, quas in Aſia non quidem omnes, ſed tamen celebriores fuiſſe, credere licet. Septenarium numerum exprimit, quia is Iudaeis ſacer erat, ad indicandas eccleſias omnes: Andreas: δια του ἑβδοματικου αριθμου το μυστικον ἁπανταχου εκκλησιων σημαινων. Cf. Excurſ. 2. Απο ὁ ων etc. Mens erat exprimere a *Jehovah:*

Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Απο ὁ ων. Textus receptus ad mitigandam dictionis asperitatem inserto του habet: απο του ὁ ων. Sed abest illud τὸυ ex AC, pluribusque ap. Wetst. et Griesbach, 1 ap. Matth. 1 ap. Alt. 2 ap. Birch. ap. Andream et Aretham: probantibus omittentibusque e textu omnibus fere rei criticae peritis. Legitur et απο θεου ὁ ων, in 3 ap. Matth. 5 ap. Birch.

hovah: Id agens periphrastice illud nomen ita proponit, vt quae ex litteris יהוה circa triplex existentiae diuinae tempus, praesens, praeteritum et futurum eliçuerant Cabbalistarum argutiae, exponat. *Targum Ionathan* in Deut. 32, 39. "Ego ille, qui est, et qui fuit, et qui erit." *Maimonides, More Nevochim:* "Scito, nomen Dei esse effusum super το: ipse fuit et est et erit." Cf. Wetst. Schöttg. etc. Notandum vero: ὁ ἠν et ipsum participialiter esse intelligendum; neque aliter fere exprimi poterat res, siquidem verbo ειμι nullum adest participium temporis praeteriti. Porro obseruatum est ab intt., nomen sanctissimum, ad ipsam vim et perpetuitatem, in quam nulla cadit vicissitudo, indicandam, ne declinatione grammatica quidem flexum esse a poeta. Vereor tamen, vt id in mente habuerit auctor, quem omnino praeceptorum grammaticorum negligentiorem fuisse quaeuis fere pagella docet. Adulteram sane manum attulerunt librarii, effingendo απο του, (ὁς εστι) ὁ ων etc. vid. Varr. lect. Και απο των ἑπτα πνευματων. Indicantur virtutes seu praedicata summi numinis, quae, sicuti essentia diu. et natura omnis voce singulari πνευμα, ita, si sigillatim spectantur, pluraliter πνευματα vocantur (vtrumque in Apoc. obuium est). Eiusmodi virtutes naturae diu. septem exsculpserat omnia ad numerum septenarium reuocans Judaeorum ingenium, loco Jes. 11, 2. innixum. Cf. Tob. 12, 15. Et quia πνευματα, virtutes ipsae, oculis nequeunt cerni, imaginibus et illae depinguntur, 7 lampadum, c. 4, 5. oculorum, c. 5, 6; Zachar. 3, 9. cornuum, c. 5, 6: et h. l. vt videtur, imagine septem ministrorum, qui inter omnes, qui-

5 ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ· καὶ ἀπὸ
Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος
τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 5. ὁ μαρτυς ὁ πιστος. Legitur, vt molliatur anacoluthon, ὅς μαρτυς εστιν, ὁ πιστος, aut similiter in 2 ap. Alter., ex interpretatione Arethae, ex quo, recte obseruante Matthaeio, et hic et saepe alibi interpolata est versio vulgata, quae habet, *qui est*. Eiusmodi lectionum varietas, ad declinandam orationis asperitatem effecta, identidem recurrit, vti c. 2, 20; 3, 12; 4, 4; 7, 9; 8, 9; 9, 14; 14, 7. 9. 12. 14; 17, 8; 18, 4. 11. 12; 19, 6; 20, 2; 21, 10. 12 etc., quae hic semel indicasse sufficiat.

Ibid.

quibus stipatus est summae maiestatis thronus, ministros, sunt eminentissimi, adeoque prae caeteris, qui αγγελων nomine veniunt, πνευματα audiunt. Vid. *Targ. Jonath.* in Genes. 11, 7; *Pirke Eliес.* 4. et plura Rabb. loca ap. Wetst. et Schöttg.

v. 5. Quum non Dei patris solum, sed et filii nomine salutem impertiant epistolae apostolicae (Cf. supra ad v. 2), et hic sequitur noster eundem morem, verum oratione haudquaquam pedestri et epistolari. Μαρτυς, 1) *doctor* 2) *cultor, sectator* 3) *vates* vid. ad v. 2. Cf. infra 3, 14; Jes. 55, 4. Vnumquodque bonum sensum profert. Jesusque vocari poterit vel optimus magister et diuinae voluntatis interpres, vel optimus veri Jovae cultor (πιστος vtrumque, sicut Hebr. 3, 2), vel vates, cuius oracula euentu certissimo prorsus nequeunt destitui. Nos posteriorem praeferimus: "salutem dico a Jesu Christo, quem redeuntem vidi, qui imagine sui oculis meis oblata professus est, mox euentura esse, quae auguramur, quique ea, quae profitetur vaticinaturue, rata, et effecta reddit, siquidem est μαρτυς πιστος (oppos. ψευδοπροφηταις). Πρωτοτοκ. (i. e. πρωτος) των νεκρων, seu, vt text. rec. habet, εκ των νεκρ. 1. Cor. 15, 20; Col. 1, 18. Non otiosum videtur additamentum ornatusue solius et amplificationis caussa adiectum, sed id exprimi credo: non abs re esse, humanis oculis apparere posse figuram redeuntis Messiae, quoniam eum primum e mor-

τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς. 5 τῷ ἀγαπῶντι ἡμᾶς καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἁμαρ-

Ibid. αγαπωντι. Ita pro recepto αγαπησαντι exhibent AC, alii 12 ap. Wetst. et Griesb. 5 ap. Mt. 2 ap. Alt. 6 ap. Birch. prob. Millio p. 1484, et omnibus fere criticis. Aorist. 1. effictus videtur esse, vt responderet sqq. λουσαντι.

Ibid. Pro λουσαντι legitur et λυσαντι in AC, 4 aliis ap. Wetst. et Gr. 1 ap. Alt. Vers. Syr. prob. Mill. 1007. Andreas vtramque lectionem habuisse aut verborum similitudine lusisse videtur. Eius scholion habet: τω των δεσμων του θανατου λυσαντι ἡμας, και των της ἁμαρτιας κηλιδων λουσαντι etc. vnde Arethas: διττογραφειται τουτο προς διαφορον εννοιαν. Exempli caussa, quae quantaque ex Andreae commentario in textum irrepserint, notamus, et h. l. in codd. nonnullis et Arab. polygl. inueniri: λυσαντι, και απο των της ἁμαρτιων κηλιδων λουσαντι τη εκχυσει του ζωοποιου αἱματος και ὑδατος, και ποιησαντι ἡμας βασιλειον ἱερατευμα etc.

mortuis terra reddiderit et quasi denuo genuerit (Ps. 2, 7; Act. 13, 33). Αρχων των βασιλ. της γης, Ps. 89, 29; 110, 1, eum in finem additum videtur, vt solatium sibi adhiberent afflicti christianorum coetus, illos quoque βασιλεις της γης, a quibus opprimebantur, ab eodem Messia posse coerceri, donec omnes imperio suo succumberent, 1. Cor. 15, 25. — Nolimus tamen offendi constructione ad grammatices normas parum reuocata, ex quibus ponendum erat του μαρτυρος, πιστου, πρωτοτοκου, αρχοντος: nec soloecismi criminis insimulare poetam. Eiusmodi negligentia, caeteroquin parum grata, hic tamen ferri poterit, quando ad altiora enitens vatis ingenium, adspernatur grammatices vinculis coerceri et impediri: nec multum absimilia sunt, quae in Vet. T. prophetis legimus, vbi persona, quae loquitur, subinde mutatur etc. Proinde nec dedignor et sequentia eadem constructione iungere, vt dicta sint pro: του αγαπωντος ἡμας, λουσαντος, και ποιησαντος, et miris quasi saltibus praepositio απο a genetiuo transeat ad nominatiuum, datiuum et verbum finitum; quamquam alii datiuos τω ἀγαπωντι, λουσαντι, inclusis vocibus

και

6 ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν
ἡμᾶς βασιλείαν, ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ,
αὐτῷ

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Βασιλειαν, ἱερεις. Ita pro vulgati βασιλεις και ἱερεις AC, 15 alii ap. Wetst. et Gr., 5 ap. Mt. 5 ap. Alt. 8 ap. Birch. Edit. Complut. et, quae eam perpetuo sequuntur, Plantina, Genev. Porro Vulg. Syr. Copt. Aeth. Ar. Origenes, Lactant. Tertull. Victorin. Primas. Andr. Areth. probantibus fere omnibus, quia duriorem appositionem mansuetiorem reddere conata est lectio recepta. Andreas explicauit per βασιλειον ἱερατευμα, quod in textum irrepsit et ipsum, sicuti et ex eodem fonte τα: και εποιησε mutata sunt in και ποιησαντι.

Ibid.

και εποιησεν — πατρι αὐτου v. 6, ad αυτῳ ἡ δοξα trahendos esse malint. Αγαπωντι. Insistendum est formulae temporis praesentis, (Cf. Var. lect.); ait enim poeta: "non tum solum, quum in terra esset, ad mortem vsque suos *amauit*, Jo. 13, 1; sed etiamnum post abitum in coelum, eosdem *amat* Jesus: proinde tranquilli simus et certo persuasi, erepturum eum esse et nos tormentis nostris." Λουσαντι. Peccatorum veniam nobis impetrans J. C. tropice in N. T. dicitur καθαριζειν ἡμας απο των ἁμαρτιων, quasi labe aliqua, Hebr. 9, 14; 1. Jo. 1, 7. h. l. fortius λοῦσαι, metaphora haud absimili illis, quae in aliam sententiam e scriptoribus Graecis Romanisque ad h. l. laudantur a Wetstenio.

v. 6. Regio honore aut sacerdotali nihil sublimius in terris beatiusue nouerant Iudaei, vnde summa felicitate perfruentes homines christiani crebro dicuntur βασιλευειν Rom. 5, 17, aut συμβασιλευειν Χριστῳ, 2. Tim. 2, 12: et ipsi audiunt βασιλεις Apoc. 5, 10; 22, 5, seu, vt h. l. abstractum pro concreto βασιλεια, i. e. congregatio hominum, qui tanquam βασιλεις, summa laetantur beatitate. Non abhorret a vero, voce βασιλεων v. 5. inductum poetam ad hanc imaginem esse delatum, quasi dicturus erat: "nos, christiani, reges sumus, potentiores illis, qui τῃ γῃ dominantur." Verum iidem christiani etiam ἱερεις audiunt, et quidem, quod arctissime iungendum, ἱερεις τῳ Θεῳ.

αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. †
ἀμήν. Ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ 7
† τῶν αἰώνων ὄψε- 8

Ibid. post αιωνας Bengeliana recensio omittit των αιωνων, quod abest quidem ex A, 9, Copt. Slavon. Andr., prob. Millio 999; in lectione recepta autem exprimitur: nec satis idonea argumenta haec visa sunt Griesbachio, cur e textu proscribatur. Assentiunt Wetstenius, Matthaei, Birchius, cuius libri omnes vocem habent.

Θεῳ. Olim, ait poeta, non nisi per sacerdotes nobis precibusque nostris aditus ad Deum patebat; iam quum is cuilibet nostrum sit patefactus, Rom. 5, 2; Eph. 2, 18; 3, 2, nosmetipsos honorifico sacerdotum nomine salutare possumus. Vtrumque iam de christianis praedicatur, sicuti olim de Iudaeis. - *Targum.* ad Exod. 19, 6: "Et vos eritis nomini meo reges et sacerdotes et populus sanctus." Cf. c. 5, 10. et alibi in carmine nostro passim. Videtur autem poeta a Petro mutuatus esse metaphoram, 1. Petri 2, 5. 9. qui et ipse summum christiani nominis honorem et ornamentum indicaturus, phrasi vsus est, ex Mose Exod. 19, 6. desumta, qui dignitatem populi Israelitici pari modo expresserat. Caeterum duriore appositione βασιλειαν, ἱερεις nolimus offendi, quum eiusmodi plura in libro occurrant; nec semper ea a nobis moneri opus erit. Nec mirum sane, in doxologiam excurrere nostrum, quando et in epistolis adeo, pedestri sermone conscriptis, id sibi indulgent apostoli, quotiescunque diuinorum beneficiorum recordatione exsultant. Κρατος id. qu. δοξα, עֹז, αινος, Ps. 8, 3, vnde non adstipulor Hagenio, qui non tam doxologiam hic inuenit, quam vota, vt Deus concedere velit fortitudinem suis, reique christianae splendorem et victoriam.

v. 7. Nequit sibi temperare vates, quin iam hic in ipsa salutatione in medias res abripiat lectores: tam plenum se diuiniori spiritu et exsultantem sentit: tam dulci gaudio, quae faustissima quaevis praesagiat, praecordia pertentantur. Itaque vix dum adhibita erat Jesu doxologia (nisi potius ad patrem referre eam malueris): ecce adest Jesus ipse, quem adventantem adspectat v. 7. et alloquentem audit poeta v. 8. Simi-

ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν
ἐξεκέντησαν, καὶ κόψονται ἐπ᾽ αὐτὸν πᾶσαι
8 αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· ναὶ ἀμήν· ἐγώ εἰμι
τι

Similes exclamationes ex improuiso interueniunt cap. 16, 15; 22, 7, alibi. Μετα των νεφελ. pro εν νεφελαις ex Hebraismo Dan. 7, 13; Και οψονται etc. Expressa videntur ex Ies. 40, 5. Omnes eum redeuntem adspicient et cultores et aduersarii. Εξεκεντησαν. Εκκεντειν *pungere, transfigere.* Respicitur ad Jo. 19, 35-37. et Zach. 12, 10. Κοψονται επ᾽ αυτον. Κοπτεσθαι *plangere,* κοπτ. τινα *flere, lugere aliquem:* sed h. l. vbi non Iesum lugent (qui sublimiore in reditu suo gloria ornatus nil habebat, quod defleri possit), sed se ipsos, dicuntur κοψεσθαι επ᾽ αυτον, ex Hebraismo עליהו, *propter illum,* scil. quia ab eo poenis afficientur, seu *contra illum,* quia is, quem deprimere conati erant, celsissima maiestate splendet; vt infra c. 18, 20. gaudetur *contra* oppressos hostes, *ihnen zum Trotz.* Neque ergo ex Luc. 19, 41, neque ex Ies. 32, 12. explicanda videtur phrasis: sed potius ex Apoc. 18, 20. Φυλαι. Distributionis terrae in 12 tribus memoria tanto in honore erat Iudaeis, vt et longis post saeculis, quum prorsus alia prouinciarum nomina obtinuissent, eam recolerent, earumque exprimerent nomina Jac. 1, 1, Apoc. c. 7 etc. Sed et ad terras extra Palaestinam cultas idem nomen transferunt, vt h. l., Matth. 24, 30. et alibi. Et posteriorem hunc locum, in quo de παρουσιᾳ sua eadem vaticinatur Iesus, indubie ante oculos habuisse videbitur poeta: forsan et locum Jo. 19, 35-37, quia locum Zach. 12, 10. ad transfossionem lateris J. C. adhibens, perinde ac Joannes euangelista, non vtitur voce κατωρχησαντο, quae est in versione LXXvirali, sed voce εξεκεντησαν, qua alibi verbum דקר exprimunt LXX, Jud. 9, 54; Thren. 4, 9. Quam parum tute autem hinc concludatur, Joannem euangelistam et nostri fuisse carminis auctorem, facile patet: siquidem eadem fide et ad Matthaeum, cuius ipsissima verba exprimit noster, concludi posset.

v. 8. Aspectu redeuntis Messiae perculsus pessima quaeuis auguratus erat rei christia-

τὸ ἄλφα καὶ τὸ Ω, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. Ἐγὼ

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Το αλφα και το Ω. Semel hic moneatur, pro αλφα poni et solam litterae figuram A: sicuti et infra passim numeri in aliis plenius exprimuntur, in aliis nonnisi litteris numeralibus indicantur. Cf. ad 13, 18. In vers. Syra est *Olaph* et *Tau* et in Arab. polygl. *Eliph* et *Je.* — Quae post Ω inserit lectio recepta αρχη και τελος, ea in plerisque desunt ex vtraque familia ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 6 ap. Birch. nec non in edit. Complutensi, et quae eam sequuntur, Plantin. Genev. probantibus Millio, prol. 1109. Wetst. Griesb. Math.

Ibid. Λεγει Κυριος ὁ Θεος. Ita pro recepto ὁ Κυριος habent plerique ap. Griesb. et Wetst. 5 ap. Mt. 3 ap. Alt. 8 ap. Birch. Vulg. Syr. Copt. Ar. Armen. Andr. Areth. Origenes etc. Non respuendum erit additamentum ὁ Θεος; etiamsi ad Christum referre haec velis, qui et ipse in omni carmine diuinis praedicatis insignitur.

christianae aduersariis. Nec fallunt omina. Audit enim vocem, ab eodem Messia, quem oculis viderat, profectam, quae quidquid modo imprecatus erat hostibus, ratum et effectum fore confirmat. Ναι. αμην. "Rectissima sunt et verissima, quae effatus es: nil nisi poena et luctus manebit aduersarios meos: Neque incassum haec proloquor: valeo enim euentu comprobare et perficere, quaecunque futura esse affirmo: quia sum omnipotens ab aeterno." Το Α και το Ω, i. e. πρωτος και εσχατος, infr. v. 17; c. 22, 13; Jes. 44, 16. Mos initium rei et finem litteris alphabeticis indicandi apud Iudaeos obtinuit. *Jalkut Rubeni*, fol. 17, 4: "Adamus totam legem transgressus est ab א vsque ad ת." Plura vid. ap. Schöttg. Quin plura adeo rimando perscrutata est doctrina Iudaeorum subtilior: namque diuinum nomen אמת (*veritas*) litterarum prima, media et vltima effici argutabantur. vid. Buxtorf. lex. chaldaic. 116. Sed et apud exteros scriptores *alpha* pro *primo* dici (veluti Martial epigr. 5, 27.) exemplis congestis probauit Wetsten. — Notandum autem, diuina attributa, aeternitatem, summam

9 Ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χρι-

VARIAE LECTIONES.

v. 9. ὁ αδελφος. Ita pro lect. rec. ὁ και αδελφος in AC, pluribusque aliis ap. Wetst. Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Alt. 7 ap. Birch. Vulg. Syr. Copt. Ar. Aeth. Arm. Andr. Areth. probb. Mill. 684. Wetst. Griesb. etc. Videtur και additum ab eis, qui Joanni apostolo carmen vindicaturi, cauere simul annitebantur, ne *sola* voce αδελφος auctoritati apostolicae quid detraheretur.

Ibid. pro Ιησου Χριστου legitur et εν Χριστῳ. s. εν Ιησου, s. εν Χ. Ι. in ABC, pluribusque aliis ap. Wetst. Gr. et Birch. omnibusque ap. Matth. Editt. Complut. etc. Verss. Syr. Arr. Arm. Vulg. patribusque latinis nonnullis. Verba και ὑπομονη omitti videntur ab Aretha. Omnino magna in v. hoc adest lectionis inconstantia.

Additamentum τῃ καλουμενῃ deest in editt. Erasm. 1. 2. 3. et Aldina, prob. Bengelio.

In fine vers. post Ιησου addit Χριστοῦ lect. recepta.

mam potentiam, iustitiam, veritatem etc. in carmine nostro promiscue adhiberi et ad numen ipsum et ad Messiam, vti h. l. et infr. v. 17. 18; 4, 8-11 coll. 5, 12-14; 10, 6; 14, 7; 15, 3; 16, 5. 7; 19, 2 etc.

v. 9. Absoluerat poeta his quae explicauimus ea, quae in vaticiniorum exordiis solebant exponi. Supererat modo, vt de loco v. 9. et tempore v. 10. accepti oraculi moneret: id iam aggreditur. Συγκοινωνος etc. Conciliare sibi studet legentium animae memoranda similitudine earum rerum, quas cum eis et expertus et experturus erat ipse. Βασιλεια, futura felicitas, cuius cum redeunte Messia participes fient eius cultores. Apoc. 20. cf. supra ad v. 6. Prout vocem vel θλιψει vel posteriori ὑπομονῃ iunxeris, duplex exibit Hendiadyn, vel θλιψις και βασιλεια, *calamitas propter regnum coeleste subeunda*, vel βασιλεια και ὑπομονη, *regnum et gloria in praemium constantiae in nos transferenda*. Ιησου Χριστου, Genetiuus similitudinis, vt grammatici vocant, Gal. 6, 14. 17. non ad ὑπομονην solum, sed et ad θλιψ. et βασιλ. referendus. Sensus: "ego ac vos in consortio sumus

Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ,
διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ·
ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, καὶ 10
ἤκουσα·

mus cum J. C. quoad aerumnas, quibus affligimur, ſed et quoad regni coeleſtis gloriam, — quo, dummodo patientiam adhibeamus conſtantiamque, quemadmodum ille adhibuit, tanquam praemio olim remunerabimur," Rom. 8, 17. Πατμῳ. Ignobiliſſima inſula, Sporadibus in mari Aegaeo olim adnumerata, Plin. H. N. 4, 12; Strab. 10, p. 747, aſpera ſimul omniumque, quae commodam vitam reddunt, expers, adeoque, vt Gyaros, Amorgos etc. recipiendis exſulibus apta. Obſcuritatem inſulae additamento τῃ καλουμενῃ indicaſſe videtur ipſe. Cf. prol. not. 77. Λογος — μαρτ. Ιησου, *promulgatio euangelii: δια* autem *cauſſam* indicat, auctorem noſtrum idcirco deportationis poena affectum fuiſſe, quia euangelium J. C. commendauerat. Ita et infra vſurpatur c. 6, 9. Ea poena inſequebatur illos, qui circa ſacra nouas res moliebantur: vide loca ex Iureconſultis Romanis huc allata ab Eichhornio. Sunt tamen, qui aliter explicent, vt δια τον λογον *finem* et *conſilium* indicet, cur in Patmo adfuerit Joannes, ſcil. vt et in inſulis, ſicuti in continenti, promulgaret euangelium, ſenſu hoc: "accidit, vt, dum ad doctrinam J. C. commendandam terras inſulasque obirem, in inſula Patmo forte verſarer, ibique εν πνευματι γενομενος conſpicerem v. 10 etc. Ita Hartwig. *Apol. d. Apocalypſe*, P. 2. p. 55, et ſchedulae Koppianae. Nec deſunt, qui vertant: "in ſolitudinem inſulae ſeceſſi ad oracula diuina (λογον θεου) de J. C. (μαρτ. I. X.) accipienda." Ferri tamen poterit et hic ſenſus; *quia eram Iudaeochriſtianus, adeoque paganis inuiſus.* Vid. ſupra ad v. 2. p. 121. Nam quod alii vertunt: "Sacro furore correptus videbar mihi verſari in inſ. P.," admitti nequit, quia τα: εγενομην εν πνευμ. non h. l. ſed v. 10. demum poſita ſunt. Cf. ſtatim ad v. 10.

v. 10. Εν πνευματι. Diuino ſpiritui acceptum ferebant vates feruorem animi et impetum, quo concitati oracula canebant, et ecſtaſin, quae e corpore eos rebusque circumſtantibus quaſi deiectos

ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος λεγού-

ctos in ſublimiora rapiebat. Eodem ergo ſenſu uſurpantur πνευμα et εκστασις, vid. ad. Act. 10, 10. Poteſt autem dici πνευμα ſeu εκστασις γενεται (πιπτει) εις εμε, Jeſ. 61, 1; Ezech. 1, 3; Act. 10, 10, vel ipſe ego γινομαι εν πνευματι vel εκστασει. Ita h. l. et Actor. 22, 17: quaſi perfuſus ſum ſpiritu, totusque ei immerſus, oppoſ. τῳ: εν σωματι 2. Cor. 12, 2. (Similia Marc. 5, 2.) Κυριακη ἡμερα. Eſt κυριακον omne, quidquid ad J. C. Κυριον pertinet, vt κυριακον δειπνον, 1. Cor. 11, 20. et h. l. κυριακη ἡμ. Erit autem is vel dies redeuntis paſchatis: vel primus ille hebdomadis dies, qui, quod reſurrectione J. C. inſignitus erat, ſacer habebatur hominibus chriſtianis inde a primordiis, conuentibusque frequentabatur. Atqui illo die Meſſiam, qui et reſurrectione ſua eodem ad viuos redierat, tum quoque rediturum eſſe, quando regnum ſuum inſtaurandum erat, conſtans fuit opinio, vid. Eichh. Commentar. ad h. l. p. 32. 33. Vix ergo conuenientiorem diem excogitare poterat ingenium poetae, qui redeuntis Meſſiae imaginem deſcribere ſuſceperat. In feſtis paſchalibus enim ſacra ad mediam vsque noctem protrahebantur, Actor. 20, 7. (Plin. lib. 10, epiſt. 97): quo pronior ad recipienda oracula reddebatur auctoris mens, ſpretis rebus terreſtribus nonniſi coeleſtia meditans. Ex hac explicatione a plerisque agnita h. l. tempus, vti v. 9. locus, traditi ſibi oraculi indicatur. — Sunt tamen qui aliter explicent. Siquidem nullius diei feſti, nec paſchalis nec dominici omnino, ratione habita per κυριακην ἡμεραν non niſi diem, quo ad poenas ab hoſtibus exigendas rediturum ſperabunt Meſſiam, ſignificatum credunt, quali ſenſu et in V. et in N. T. ſaepenumero dictum ſit ἡμερα Κυριου; Jeſ. 13, 6; Joel 1, 15; 2, 1. 11; Amos 5, 18; Zephan. 1. 14; Mal. 3, 2; Ezech. 13, 5 etc.; 1. Cor. 1, 8; 5, 5; 2. Cor. 1, 14 etc. Iam ita iungunt verba: εγενομην εν ἡμερᾳ κυριακῃ. "Viuebam die dominica, feſtaque eius et ſacra celebrabam, at non vere, ſed εν πνευματι tantummodo, i. e. quum eſſem in Patmo inſula, videbar ibi mihi celebrare ritus paſchales, et diem contemplari talem, qualis mox imminebit is, quo iam redibit Meſſias." *Mich dünkte, ich*

λεγούσης· ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον, καὶ πέμψον 11
ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν,
καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις,
καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Post λεγουσης inserit lectio recepta: Εγω ειμι το Α και το Ω, ὁ πρωτος και ὁ εσχατος και, quae tamen absunt in ABC pluribusque vtriusque familiae apud Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 3 ap. Alt. 6 ap. Birch. Syr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. Ex c. 22. Andreae commentario praeeunte, huc inuecta videntur.

Ἑπτα ante εκκλησιαις omittit text. vulgaris. Sed adest fere in iisdem libris, è quibus priora absunt. Iidem fere testes omittunt τα: ταις εν Ασιᾳ, quae lectio recepta post εκκλησιαις inserit.

ich sahe dort im Geiste des Herrn Tag etc. Sed huic explicationi obstare videtur phrasis γινεσθαι εν ἡμερᾳ, quam nusquam eo sensu legere me memini, vt sit *diem agere, einen Tag erleben.* Eam tamen sententiam amplecti videtur et Augusti in praefat. ad *Schreiberi vers. poet. Apocal.*

Hinc iam imagines visu sibi oblatas referre incipit poeta: neque alia est, quae prima occurrit, quam figura vehementissimo desiderio exspectati Messiae ipsius. Ne tamen nimia luce, qua splendet coelestis natura, subito praestringatur oculorum acies, primo auditu eiusdem praesentiam percipit, v. 10. 11, deinde et visu v. 12 sq. Sed et ea, quae aures percellebant, satis grauia erant et vehementia (cf. infr. v. 15): audire enim videtur tubae clangorem, quo aduentum redituri Messiae annunciandum esse recordabatur Matth. 24, 31.

v. 11. Quae hic enumerantur Asiae minoris vrbes, eo sunt ordine enunciatae, quo ex insula Patmo proficiscentibus breuissima via adiri possunt, id quod locis e scriptoribus profanis probatum h. l. dedit Wetstenius. Ταις ἑπτα autem indicat *illis septem*, quae septenarium numerum colligere annitentibus septem potiores ecclesiae videbuntur, cf. ad v. 4. Dissimilem se hic a vatibus priscis noster gerit: at quia carmini adiungere constituerat et epistolas, bene agit,

12 Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις
ἐλάλει μετ' ἐμοῦ· καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ
13 λυχνίας χρυσᾶς, καὶ ἐν μέσῳ τῶν = ἑπτὰ:
λυχνιῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Vocem ἑπτα retinuit e lectione recepta textus Bengelianus; ſed damnandam eam atque e textu proſcribendam cenſet Griesbachius cum Wetſtenio. Omnes tamen apud Matth. et apud Birch. praeter 2, exprimunt vocem.

agit, dum profitetur, et ea, quae in eis perſcribenda erant, iniuncta ſibi eſſe coelitus. Voces ὁ βλεπεις non niſi ad primam hanc imaginem c. 1. vati oblatam referendas eſſe exiſtimat Koppius. Sed nullam video cauſſam ſatis idoneam, quidni ad omne carmen ſint referendae. Potiſſima enim rerum ſimulacra inde a cap. 4. apparent: et hactenus non niſi in limine quaſi ſubſiſtimus, in quo tamen et ipſo apparet Meſſias, vatem ad ea, quae iam apparitura ſint, attentum faciens. Exſtat in hunc locum programma: *Chriſtus ὁ πρωτος και ὁ εσχατος* (cf. Var. lect.) — *Apoc.* 1, 13 - 18. *Sectio prior, in quo virtutes illius loci aeſtheticae excutiuntur:* auctore Hassio. Regiomont. 1790.

v. 12. Conuerſus iam vates delatum ſe videt in locum ſanctiſſimum, apparetque figura redeuntis Meſſiae, auguſta et ita ornata, vt decebat naturam coeleſtem. Haud iniucunde ſane afficimur variis his rerum ſimulacris, quamquam ornatus poetae Graeci aut Romani fruſtra quaeritur. Sed poetae Iudaico nulla imago celſior videbatur ſublimiorue, quam quae e templo Hieroſolymitano, ſacra ſupellectile, ornatuque vel regio vel pontificali poſſet deduci; atque exinde et illas, quibus iam oblectabimur, figuras deduxiſſe noſtrum, nemo negauerit: dummodo videat, ne ad ſingula deſcendendo nimis argute quaerat, quaenam res ſingulis ſimulachri partibus indicata ſit et expreſſa: id quod ab ingenio poetae, ſanaque figurarum poeticarum interpretatione abhorret vel maxime. Abreptus ergo phantaſia poeta conſiſtit in templo, ibique videt ἑπτα λυχνιας et quidem χρυσᾶς, id quod ad ſummum ſplendorem indicandum et hic et alibi in libro addi-

λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν·
Ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ ὡς 14
ἔριον

additur. Exod. 25, 31. 37; Num. 8, 2. Imitatus hic est poeta noster in describendo loco Zachariam, qui cap. 4. easdem fere imagines exprimit: in figura tamen hominis ipsius reddenda alium sequitur

v. 13. Danielem puta, c. 10, 5. 6. 16 sq. ita tamen, vt ad ornandam effigiem plura addat, quae tam splendoris, vis et roboris aliarumque virtutum, vt decebat Messiam, symbola et emblemata vbique locorum habentur, quam ad illustriores istarum regionum personas, reges, pontifices etc. adhibebantur, vid. e. gr. Jos. Ant. 3, 7, 4; 21, 1. quibus maius quid et augustius animo concipere non valuit Iudaeorum mens. Ὁμοιον υἱῳ ανθρωπου, i. e. *homini*, Dan. 10, 6; 7, 13. et apud Ezechielem sexcenties. Non autem exprimitur ὁ υἱος ανθρωπου, seu υἱος του ανθρωπου Jo. 5, 27. Messias, illum enim ipsum contemplatur: adeoque ineptum fuisset dixisse, Messiam apparuisse similem Messiae: sed apparuit natura nescio quae, similis homini. — Iam ornamenta figurae huius humanae contemplaturi neutiquam peccasse videbimur, si eorum permulta e regum sacerdotumque ornatibus desumta esse affirmamus. Ποδηρη *ad pedes vsque demissum*, suppleatur χιτωνα vel potius στολην, vel ex vsitato Graecismo; "ipse homo ποδηρης indutus erat, i. e. *vsque ad pedes vestimento opertus*," et quidem fluxo et laxiore, quod trahi poterat longius, seu syrmate, qualia gestare honoris eminentiorisque dignitatis signum habebatur. Eiusmodi vestes cingebantur constringebanturque baltheo: adest ergo et hic ζωνη, sed qualis decebat figuram augustissimam, χρυση. Conspiciebatur autem cingulum προς τοις μαστ. Proprie μαζος mamma virilis et μαστος muliebris: sed vsurpantur promiscue, h. l. id. qu. c. 15, 6. περι τα στηθη.

v. 14. Sed et corpus ipsum a capite ad calcem ita splendidum cernebatur et illustre, vt diuiniorem naturam, qualis Messiae conueniebat, haud difficulter agnosceres. Cf. Ezech. 8, 2; Dan. 7, 9; 10, 6. quae expressisse videtur noster. Imagines a poeta selectae

ἔριον λευκὸν, ὡς χιών· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς
15 φλὸξ πυρός· καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκο-
λιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι· καὶ ἡ φωνὴ
αὐτοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 15. Πεπυρωμενοι. Pro eo habent πεπυρωμενῳ, quod ad χαλκολιβανῳ referendum est, Syrr. Arabb. Aeth. Vulg. Irenaeus, Cyprian. Primas. manifesto ex correctione, quoniam insolentius dictum videbatur, ignem, quo aes quidem coquitur et ignitur, et pedes candefecisse. Sed non reputabant correctores, voculam ὡς ad mitigandam rem esse additam. Cf. Dissertat. exeget. ad Apocal. quaedam loca, praeside Storrio desensa Tubing. 1795. Bengelius, qui vulgatam lectionem seruat, in Gnomone tamen alteram πεπυρωμενῳ probat. Cf. c. 2, 18.

ctae et alibi satis frequentatae sunt (vid. Wetsten.) nec nisi splendorem indicant, quo coruscabat figura omnis: proinde nec de canitie, senectutis debilitatisue signo, nec de pontificum cidari lanea alba etc. cogitandum erit.

v. 15. Χαλκολιβανος. Vox noua, efficta, vti videtur, a poeta ipso, vt maius quid et pedestri sermone sublimius sonaret, quam χαλκος; id enim exprimit. Petiit autem hanc terminationem vel ab Hebraeo לבן *albus, candens,* vel a κλιβανος *fornax,* vnde et χαλκοκλιβανῳ legere suadet Salmasius, vel a λειβεσθαι *fluere,* sicuti fluit stillatque aes liquefactum, vel a monte Libano, vel ab alia re nescio qua, quae forte menti obuersabatur. Perperam igitur nouum metalli genus hic indicatum esse suspicantur alii. Suidas χαλκολιβανον. ειδος ηλεκτρου, τιμιωτερον χρυσου. Cf. Bochart. Hieroz. P. 2, p. 871 et 883 sq. Utut sit, constat, duo momenta exprimere voluisse poetam, firmitatem pedum graduumque, quibus, vt Messiam decebat, ingrediebatur, et splendorem, qui in coelesti natura fulgebat. Cf. infra c. 10, 1; Dan. 10, 6. At vero non oculis humanis solum grauia sunt numina, quotiescunque apparent mortali generi, sed et auribus, quas nimio fragore obtundunt vocis, quae refert vel tubae clangorem, supra v. 10, vel ferarum mugitum c. 10, 3, vel strepitum concionis

αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν· καὶ ἔχων ἐν 16
τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτά· καὶ ἐκ τοῦ
στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευο-
μένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ
δυνάμει αὐτοῦ.

Καὶ

cionis Dan. 10, 6, vel ſonitum commotarum undarum, vt h. l. Qui tamen ὕδασι πολλοῖς indicatam eſſe arbitrantur populorum multitudinem, vti infra c. 17, 15, quia ad omnes terras propagandum ſit verbum et doctrina Meſſiae, nimium profecto argutantur.

v. 16. Αστερας ἑπτα, vel *ſeptem annulos*, vel *vnum annulum ſeptem gemmis, aſtrorum inſtar micantibus diſtinctum.* Ῥομφαια, quod paſſim in Apoc., vti et Luc. 2, 35. et apud LXX, occurrit, eſt oblongum genus gladii, ad armamenta Thraciae pertinens. Heſych. Θρακιον αμυντηριον, μαχαιρα, ξιφος η ακοντιον. Eiusmodi gladius, et quidem anceps, διστομος, veluti lingua ex ore promiſſus, vim orationis et grauitatem indicat, et h. l. et infra c. 19, 15, ad morem Hebraeorum. *Pirke R. Elieſer* in Jalkut Rubeni part. 1, fol. 52, 1. "incepit illi maledicere gladio, qui in ipſius ore eſt." Cf. Jeſ. 11, 4; Hebr. 4, 12. — Caue autem ad noſtrum recti et pulchri iudicium exigas imaginem, quae, etiamſi Hebraico poetae apta videbatur et ſatis iucunda, at nobis neutiquam poterit approbari. Sed ea, quae per ſe nobis diſplicent, deformiora redduntur picturis illis, quae Meſſiam h. l. delineant, elata dextra, ſeptem ſtellis circa digitorum apices diſperſis, enſemque ex ore ita prominentem, vt capula, quae exſors ipſa ſecandi eſt, terram contingat, quum nulla alia poetae fuerit mens, quam delineare linguam, quae tanquam enſis ancipitis mucro ex ore promineret, cf. prol. p. 92. Ἡλιος. Solita omnibus fere poetis imago, ad ſummum ſplendorem ſpeciei auguſtae indicandum Matth. 17, 2. Eſt autem ſol in ſumma δυναμει, quum e medio coelo fulget. Jud. 5, 31, ad quem locum *Midráſch* in Jalkut Simeon. 1, fol. 55, 41. de Moſe et Aarone loquitur: "ſplendor facierum erat tanquam ſplendor ſolis."

17.

17 Καὶ ὅτε εἶδον αὐτὸν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας
αὐτοῦ ὡς νεκρός· καὶ ἔθηκε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ ἐπ'
ἐμὲ λέγων· μὴ φοβοῦ, ἐγώ εἰμι, ὁ πρῶτος καὶ ὁ
18 ἔσχατος, καὶ ὁ ζῶν καὶ ἐγενόμην νεκρὸς, καὶ
ἰδοὺ ζῶν εἰμὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ ἔχω
τὰς

VARIAE LECTIONES.

v. 18. Post αιωνων lectio recepta addit Αμην, quod tamen deest in AC, 1 ap. Alt. 1 ap. Birch. Copt. Aeth. Arm. Arab. polygl. Vulgat. Iren. Orig. Cyprian. Andr., probantibus, quia ex consueta

17. Accidit vati, quod accidere solet mortalibus, quotiescunque numina conspiciunt. Cf. Dan. 8, 18; 10, 8. 9. quae vtique imitatione expressisse noster videtur (cf. Actor. 9, 4.): sed perinde ac Daniel confirmatur sibique redditur suauissimo alloquio. Εγω ειμι noli iungere cum insequentibus: nam qui conspecto numine coelesti tanquam moribundi in terram procubuerunt, profecto parum ex animi deliquio emergent, vbi eum, cuius numine viso omnibus artubus contremiscunt, affirmantem audiunt, numen adesse, coelestibus virtutibus insigne, et mortalibus adspectu graue. Sed post ειμι interpungas, exibitque sensus idem, qui est Matth. 14, 27; Jo. 6, 20. vbi iisdem vocibus μη φοβ. nectuntur haec. Sens. "Ego sum vester ille Messias, tam impensis precibus vestris expetitus." Iam cumulantur diuina, quae vbique Messiae carmen attribuit, praedicata. Addita ea h. l. suspicatur Eichhornius, vt metus Joanni eximeretur, omnisque dubitatio, quia forma prorsus alia apparuit, quam ea, qua indutus Joannem in deliciis habuerat Jesus. Sed praestat, opinari, eum in finem esse haec adiecta, vt fidem facerent Joanni, spem, quam fouebant homines christiani, fore vt redeunte Messia omnibus eriperentur tormentis, haudquaquam vanam esse et irritam: siquidem ipse instructus sit virtutibus satis amplis, vt eis succurrere possit velitque. Πρωτος και εσχατος, id. qu. Α και Ω supra v. 8, qui omni tempore suis praesto est, Matth. 28, 20; Jes. 48, 12. ad sequentia autem ζων, νεκρος

τὰς κλεῖς τοῦ Θανάτου. καὶ τοῦ Ἅιδου. Γράψον 19
οὖν ἃ εἶδες, καὶ ἅ εἰσὶ, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι
μετὰ

fueta doxologiarum formula irrepfiffe videtur, Millio, proleg. 685, Wolfio, Griesbachio. Erasmus Schmidius fufpicatur, legendum effe ὁ Αμην: q. d. ego, qui ειμι ὁ Αμην, qui fum αληθινος, vt c. 3. 14.

Ibidem. Του θανατου και του ᾁδου. Inuerfe leguntur in textu vulgari: cuiusmodi inuerfiones, quod h. l. femel monuiffe fufficiat, idemtidem recurrunt, vt c. 2, 3. 19. 21; 3, 16; 4, 5; 5, 6; 6, 3. 8. 12. 13. 15; 9, 6; 11, 6. 7; 12, 3. 10. 15; 13, 1. 12; 14, 9. 11; 16, 2. 18; 17, 2. 4. 13. 17; 18, 4; 19, 8; 20, 9; 21, 2; 22, 13 etc.

κρος haec refpicere non crediderim: neque cum Wetftenio ad humiliorem celfioremque Jefu naturam haec retulerim.

v. 18. Ζων — αιωνων. Haec ex vita fua terreftri, morte, refufcitatione et aeterna gloria Meffias in mentem vati reuocat. Τας κλεις του θανατου και ᾁδου. Claues funt potentiae fymbola et emblemata, vnde Judaei loquuntur de clauibus ciborum, pluuiae, fepulchrorum, refurrectionis, palatiorum, fterilitatis mulierum etc. vid. loca e Rabbin. ab Eichhornio huc allata. Cf. cap. 3, 7; 9, 1; 20, 1; Jef. 22, 22. Proinde qui claues mortis et Orci manibus gerit, poteftate fe gaudere indicat, et praecipitandi in Orcum, et ex Orco in vitam reuocandi, quos velit. Eiusmodi claues veterum mythologia et Plutoni attribuebat: at vero ex Judaeorum opinionibus eaedem Satanae competebant: fed eo debellato eripuit easdem fibique vindicauit Meffias. Omnia haec ad folatia miferis chriftianis, qui in tanta temporum difficultate quotidie mortem timebant, addita videntur, q. d. "me inuito nemo vos trucidabit, et quoscunque voluero in vitam reuocare valeo."

v. 19. Apparuerat Meffiae fpecies; et defiderii impetum fedauerat. Quid maiori effe poterat folatio et Joanni, et qui eum fequebantur, coetibus Afiaticis? quidue firmiorem reddere et certiorem fpem, fore, vt, cuius figuram iam oculis obambulantem viderat, ex impro-

20 μετὰ ταῦτα; τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, οὓς εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς. Οἱ ἑπτὰ ἀστέρες ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι, καὶ αἱ λυχνίαι αἱ ἑπτὰ, ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί.

Τῷ

improuiso adueniret ipse, et cum eo meta laborum omnium. Sed monendi antea erant afflicti christiani, ne nimiam in aduentu eius fiduciam collocarent: quia grauis ille et perniciosus futurus sit omnibus, et illis quoque ipsis, qui Christi nomen professi, animo tamen et vita parum dignos se honore consortii cum Christo comprobassent. Itaque litteris consignare, quae apparebant, vates iubetur, et singulis ecclesiis ea tradere, quae opus erant. Ἃ ειδες spectant ad imaginem Messiae hucusque descriptam. Ἃ εισι (noli percelli inusitatiore sermone, pro quo Graecis dicendum erat: ἃ εστι) quid *significent* ea, quae vidisti (id iam explicare aggreditur v. 20): και ἃ μελλει γινεσθαι spectant ad aduentum Messiae ipsum, oblata oculis poetae forma praefiguratum, nec non ad omnes illas rerum vicissitudines, quas in isto aduentu euenturas carmen inde a cap. 6. canit, quae nondum quidem viderat vates, quae tamen mox ob oculos ponenda erant.

v. 20. explicat τα: ἃ εισι. Admodum frequentata fuit apud veteres, et apud sequiores Iudaeos quoque, ratio ac methodus docendi per symbola et emblemata, vt ex Ezechiele, Daniele, Zacharia, Cebetis tabula etc. patet. Plutarch. de garrulit. ait: οἱ δε συμβολικως ανευ φωνης ἃ δει φραζοντες, ουκ επαινουνται διαφεροντως; Sed et sensus eiusmodi emblematum et significatus adiungitur, vt in Cebete, Daniele, Zacharia, parabolis J.C. Errant igitur, qui parum decere pictorem rati, subscribere picturae, quid indicatum velit, istiusmodi loca serius appicta opinantur, vid. prol. p. 90. Μυστηριον *res occulta quaeuis, arcana, non nisi initiatis*, μεμυημενοις, *cognoscenda*, haudquaquam autem vulgo profano: ergo et *sensus, significatus occultus*, qui sub aliqua re latet. Ita h. l. et infra c. 17, 7, et apud Iustin. mart. in dial. c. Tryphone: το μυστηριον

του

Τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησίας γράψον· CAP. II. 1
τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ

VARIAE LECTIONES.

v. 1. εν Εφεσω. Lectio recepta Εφεσινης. Similis varietas v. 8. 18; cap. 3. 14.

του προβατου, ὁ το πασχα θυειν εντεταλται ὁ θεος, τυπος ην του Χριστου. Eſt autem h. l. caſu accuſatiuo poſitum. Αγγελοι. Ita apud Hebraeos vocabantur ſummi ſacerdotes, quaſi internuntii inter Deum et homines (perinde apud Aegyptios), vnde cum tot aliis tranſiit ad Chriſtianos. "In Synagoga Hebraeorum olim fuit, hodieque eſt miniſter, qui dicitur שליח צבור, *nuntius ſive legatus eccleſiae*, cui delegatum eſt munus praelegendi, orandi et docendi. Vitringa de Synag. Vet. lib. 3, p. 2." Schöttg. hor. hebr. et talmud. ad h. l. p. 1089-1094. Eundem ſenſum voci αγγελοι nonnulli et 1. Tim. 3, 16. ineſſe male exiſtimant. Doctores autem et antiſtites illuſtriore et ſatis iucunda imagine aſtrorum apud Iudaeos expreſſos eſſe, iam ex Daniele c. 12, 3. liquet. — Haud abſimili imagine ſub candelabrorum effigie repraeſentari poterant eccleſiae ipſae, quia chriſtianorum illi coetus virtute et exemplis quaſi lumine praeire debebant caeteris Aſiae incolis. Phil. 2, 15. Sed in his, quae explicat interpres ipſe, ſubſiſtendum, neque plura, quid cidari, ſtola, balteo etc. indicetur, ſubtilius quaerenda.

Cap. II. Quae adhuc vniverſe iniunxerat Meſſias, v. 11. 19. 20, iam ita mandat, vt ad ſingulas illas eccleſias ſeptem ſeorſim reſpiciatur: quibus quidem interponendis de ſublimiore carminis noſtri natura detractum aliquid eſſe negari nequit. Sed vix aliter potuit auctor, vt qui non vatem ſolum ſed et epiſtolographum ſe exhibet, vti et ex fronte et calce libelli liquet. Nolimus ergo indignari, ſeptem his epiſtolis apocalypticis (ita enim vocantur) interpellari nos, nec ſtatim ad ſplendidum illud theatrum accedere poſſe, quod c. 4. inſtruitur. Neque enim vel his iniucunde afficimur, ſiquidem non tam epiſtolas legimus, quam oracula, haudquaquam pedeſtri oratione expoſita: et res ipſa commendabit amorem tenerri-

δεξιᾳ αὐτου, ὁ περιπατων ἐν μεσῳ των ἑπτα λυχνιων

nerrimum Messiae erga suos, qui in omnibus his alloquiis id agit, vt admoneat coetus Asiaticos, ita viuere, vt spes, quam de propinquo suo reditu conceperant animo, ne fallat, eaque in grauius malum vertant, quae malorum finem fore et solamen sperabant. Venturum se utique: sed et in poenam et vindictam venturum; nec Iudaeorum solum gentiliumque, sed et christianorum, qui spreuissent salubria bene sapienterque viuendi consilia. Recitata igitur hic invenies tum quae laudi singulis coetibus, tum quae crimini vertebantur: atque ex eis, quae his septem ecclesiis dicuntur, et aliae ecclesiae e. gr. Colossensis, Hierapolitana etc. ea poterant deducere et sua facere, quae ipsis conueniebant. Sequuntur autem eodem ordine, quo supra c. 1, 11, vbi vide: atque si αγγελοις, episcopis ecclesiarum, inscribuntur, ecclesiis ipsis traditae et dicatae sunt, sicuti exercitus alicuius duci acceptum fertur, quodcunque milites bene maleue gerunt: in quo argumento probando multus est Eichhornius in Commentar. p. 58-64. — Sunt qui suspicentur, *post* elaboratum carmen has epistolas concinnatas fuisse a poeta et h. l. insertas, vel omnibus apographis omnes, vel singulis singulas tantummodo, prout huic illiue ecclesiae mittebantur exempla. — Plura praemonere hic nil attinet: exponentur ea in Excursu 1.

---

a) *Oraculum ad Ephesios c.* 2, 1-7. Ephesus, Asiae proconsularis metropolis, nemini facile ignota: atque et de ecclesia christiana ibidem collecta plura comperta sunt ex Act. 19 et 20. et epistola prima ad Timotheum, ad quam vid. prolegomena nostra. Vexatam eam falsorum magistrorum artibus fuisse, et ex illis locis et ex nostro hoc colligimus: sed nil egerunt ii, neque a fide et perseuerantia dimouerant christianos homines. Id laudi vertitur coetui: crimini autem, quod amoris et mansuetudinis christianae fuerit negligentior.

v. 1. Τῳ αγγελῳ εκκλησιας, i. e. *ecclesiae ipsi.* Perinde et Ezechieli iniungitur a Joua, singulos populos alloqui. E. gr. Ezech. 25, 3; 27, 3; 28, 2; 29, 2; 31, 2; 32, 2 etc. Quod si antistitem,

λυχνιῶν τῶν χρυσῶν· οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ 2
τὸν κόπον καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ
βαστάσαι κακοὺς, καὶ ἐπείρασας τοὺς λέγοντας
ἑαυτοὺς ἀποστόλους εἶναι καὶ οὐκ εἰσὶ, καὶ εὗρες
αὐτοὺς

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Λεγοντας. Ita pro φασκοντας, quae eſt lectio communis, exhibent ABC pluresque ap. Wetſt. et Gr. 5 ap. Mt. 7 ap. Birch. Verſſ. Syr. Arabb. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. Lectio φασκοντας innoluit ſenſum iactationis, gloriationisque, quum noſtra ſit ſimplicior, adeoque ex praecepto Griesbachiano (praefat. Vol. I. p. LXII) praeferenda. Praefertur itaque a Wetſt. Griesb. Beng. aliisque rei criticae peritis. Sed apud plures teſtes deeſt vox ειναι. — Pro επειρασας lect. commun. in forma media habet επειρασω.

tem, qui vtrum tum Timotheus fuerit an alius parum conſtat, h. l. non επισκοπον, πρεσβυτερον etc. ſed αγγελον ſalutatum audimus, recordemur, et in his epiſtolis ſublimius quid ſpirare orationem, quod ad caeterum librum accommodatum ſit, in quo omnia angelis ſunt referta. Ταδε λεγει (ad modum prophet. Hebr. כה אמר יהוה) ſc. ὁ Χριστος, ſed pro proſaico hoc et hic et vbique alibi periphraſtice, ex imagine cap. 1, 13. adumbrata, exprimitur Meſſias. Κρατων plura exprimit quam εχων 1, 16. ſcil. *cuſtodientem, conſeruantem:* "qui antiſtites eccleſiarum in manu ſua cuſtodit et ſollicite obſeruat:" haud abſimili imagine, ac Exod. 13, 9; Deut. 6, 8; 11, 18; Jeſ. 49, 16. Περιπατων c. 1, 13: *qui inter candelabra obambulat*, i. e. qui eccleſiis ſuis ſemper eſt praeſto: imagine alia, ſed eundem ſenſum exhibente. Exod. 34, 9; 2. Cor. 6, 16. Conuenit autem haec periphraſis eccleſiae Epheſinae conditioni, innuitque Meſſiam vbique locorum praeſentem inter ſuos (Matth. 28, 20.) eorumque vitam et mores obſeruantem.

v. 2. Vox εργα videri poſſet *moleſtiam* indicare ſyn. κοπος, vt Hebr. 4, 10. Sed ob 2, 19; 3, 1. 8. 15, vbi non iungitur vocabulis moleſtiam ſignificantibus, exprimit potius *mores, facta omnemque vitae rationem*, chri-

3 αὐτοὺς ψευδεῖς, καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ ἐβά-
στασας διὰ τὸ ὄνομά μου καὶ οὐ κεκοπίακας.
Ἀλλ'

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Textus communis habet: και εβαστασας και ὑπομονην εχεις (inuerso ordine, vide supra ad 1, 18) και δια το ονομα μου κεκοπιακας και ου κεκμηκας. Exemplo hoc fit, plura interpretationis caussa addita esse, veluti h. l. κεκμηκας a sciolo aliquo, qui *succumbendi* notionem in verbo καμνειν quidem latere sciebat, sed noluit eandem et in verbo κοπιαζειν quaerere. Breuior tamen et insolentior lectio praeferatur, comprobata per AC pluresque alios ex vtraque familia ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 4 ap. Alt. 6 ap. Birch.

christiano homine vel dignam, vel indignam h. l. prius. Miror in Koppianis schedulis τα εργα referri ad multitudinem negotiorum, quibus occupatus et districtus erat episcopus: quam opinionem indubie postea missam fecit vir acutissimus. Κοπος, *studium* et *ardor*, quo ad aliquam rem incumbimus, h. l. ad profligandos pseudoprophetas. Eodem spectat et ὑπομονη, quod per hendiad. expressum cogitari potest, q. d. κοπος ὑπομονης fere vt 1 Thess. 1, 3; Hebr. 6, 10. Κακους *genuinae doctrinae adulteratores.* Phil. 3, 2: cf. mox v. 6. Hos tanquam ζυγον, βαρος βαστασαι (Act. 15, 10. cf. Arrian. Epictet. Lib. I. c. 3: ουδεις, σου την οφρυν, superbiam, βαστασει,) ου δυνῃ (ion. inusitatius pro δυνασαι). Πειραζειν forma actiua (non media, vid. Var. lect.) inter alia est: *explorare, sub examen vocare.* Frustra quaeritur, ex quanam haeresi prodierint falsi illi magistri: forsan e Joannis baptistae discipulis: Act. 18, 25 sq. 19, 2. 24. 25. aut εκ των περι Ὑμεναιον και Φιλητον 2. Tim. 2, 17, aut ex eis, qui vanis et inutilibus disceptationibus, quas in epist. ad Tim. exagitat P., oblectabantur omnino. Libros nonnullos de his impostoribus conscriptos, qui tamen in historia ecclesiastica curatius examinandi videntur, h. l. affert Eichhornius.

v. 3. *Sed istorum artibus omnibus parum a fide genuinae meae doctrinae adhibita et perseuerantia moveris.* Nota duplicem antanaclasin: nequis βαστασαι et tamen εβαστασας: adhibes quidem κοπον, sed tamen non

κοπιας

4 Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας. Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, 5

κοπιας i. e. *defatigaris*, infolentiori fenfu, quum alias κοπιαν fit *laborem impendere*, et καμνειν *fuccumbere labori et defatigari* (cf. Var, lect.), pro quo tamen et κοπιαν ponitur interdum, Matth. 11, 28; 1. Cor. 4, 12; Jo. 4, 6. et apud LXX. paffim 2. Sam. 17, 2; Jef. 40, 28; Jerem. 17, 16.

v. 4. Αγαπη πρωτη interpretatur Eichhornius de lenitate et manfuetudine, qua falforum doctorum machinationes primo quidem tulerit, fed poftea nimis acerbam fe in eis damnandis et a confortio J. C. excludendis gefferit ecclefia. Non placet; quia erga fecus docentes nec lenitas et manfuetudo commendatur, nec feueritas coercetur vsquam in N. T., imo in eos inuehuntur N. T. fcriptores vel maxime, tam nofter, c. 13. c. 19, quam alii, et Paulus ipfe, qui et fi αγαπην 1. Cor. 13. commendauerat vel maxime, quoad fecus docentes tamen ab ea aberraffe videbitur, Phil. 3, 2; 1. et 2. Tim.; 2. Theff. 1, 6. etc. Adde quod ipfe Meffias odio fe habere eiusmodi veteratores profitetur infra v. 6. laudatque Ephefinos, quod eosdem oderint et ipfi. Nec magis placent, quae Koppianae fchedulae de nimia fuperbia epifcopi Ephefini fufpicantur, qua elatus curam gerere ecclefiarum, itaque αγαπην adhibere neglexerit. Intelligatur vero h. l. de omni re, qua amor proximi et caritas inter homines chriftianos fefe exferit, veluti de erogandis inter pauperiores beneficiis et id genus aliis, vt infra v. 19, vbi cum διακονια iungitur; eritque illud πρωτη ad tempus, feu tale quid, quod praeftiterant Ephefini antea, referendum, vt ex fequentibus patet: forfan et ad dignitatem huius praecepti 1. Cor. 13, 13.

v. 5. Ποθεν πεπτωκας, *quam grauem omnique ciui chriftiano commendabilem virtutem iam neglexeris*. Ita latin. *cadere* adhibetur a Cicerone, ad Attic. 4, 6. Ouid. Metam. 2, 329; "magnis tamen excidit aufis." Senec. Troad. 266. Lectio εκπεπτωκας ex correctione originem duxiffe videtur. Πρωτα εργα pro εργα πρωτης αγαπης. Ob voc. εργα *liberalitatem erga egenos* etc. in animo habuiffe Joannem crediderim. Κινησω. Imagine vtitur fimili illi, quae per πιπτειν exprimebatur,

κας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον·
εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι τάχει, καὶ κινήσω τὴν
λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετα-
6 νοήσῃς. Ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα
τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 5. ταχει abeſt ex AC, Copt. Aeth. Vulg. patribusque nonnullis latinis. Legitur et εν ταχει, et Eraſmus, Steph. Millius, Bengel. ediderunt ταχει. Lect. rec. eſt ταχυ.

tur, *candelabrum tuum aliorſum transferam*, i. e. "non te, ſed pro te aliam vrbem eccleſiae meae nomine dignam praedicabo." Erat autem vel ſummum ſcelus, vel extremae neceſſitatis opus, vaſa ſacra loco ſuo mouere. Herodian. 6, c. 1, 6. Senſ. "Veniam equidem citiſſime, prout venturum me ſperatis, at vero non in ſolatium miſeriarum, nec ad participes vos regni reddendos: imo potius ea, quae nunc vobis honori ſunt, vobis auferam." Koppianae ſchedulae, quae cuncta nonniſi epiſcopis dicta volunt, ſenſum inesse credunt: "primariam epiſcopatus ſedem Epheſo aliorſum transferam." Nemini facile id probabitur. Sed errant et illi, qui huic noſtrae imagini inhaerendo vim diuini verbi cum candelabro conferunt, quod tamen hic non diu. verbum, ſed chriſtianorum hominum congregationem exprimit.

v. 6. Ἀλλα. *Quamquam. Wiewohl, indeſſen.* Τουτο εχεις. Varie admodum a Graecis vſurpatur verbum εχω. Lucian. dialog. mort. Nireus et Therſites: ἐν μεν ηδη τουτ' εχω: hoc vnum iam *intelligo*, *aſſequor*, ſo viel habe ich ſchon los, ſchon weg. Hoc loco τουτο εχεις erit: hoc habes tibi proprium et quaſi tuum, quod alii non habent: ſo viel haſt du vor andern voraus: Poteſt tamen dictum quoque eſſe pro κατεχεις: *denjenigen Ruhm indeſſen behältſt du, wie geſagt.* Νικολαΐτων. Poeta, qui per omne carmen figurate loquitur, eatenus quoque in his epiſtolis ſibi conſtat, quod vitia nonnulla illorum hominum nomine notat, qui eiusmodi vitiis infames fuerant. Tali modo c. 2, 20. 23. vitam diſſolutam libidine et idolorum cultu deteſtandam Jeſabeliticae vitae (1 Reg. 21) nomine perſtringit, eos autem qui falſa et

τῶν νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ. Ὁ ἔχων οὖς 7
ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις·
"τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς
ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ μου."

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 7. *Εν τῳ παραδεισῳ.* Lect. recept. habet *εν μεσῳ του παραδεισου.* Noſtrae fauent, vtpote inſolentiori, ABC pluresque vtr. fam. ap. W. et Gr. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch. 4 ap. Mt. Origen.

Ibid. *το: μου* poſt *θεου* e textu vulg. abeſt: ſed adeſt in eisdem fere teſtibus. Expunctum eſt ab eis, qui diu. J. C. naturam eo additamento labefieri credebant. Sed neminem offendat, ait Arethas, quod Jeſus h. l. Deum nominat *meum Deum*, qua re diuinae Chriſti naturae nil detrahit eius defenſor Joannes, ſiquidem Joannes Jeſum eadem dicentem inducit quoque Joh. 20, 17. — Eadem fere obſeruatio valet infra de Cap. 3, 2.

et a chriſtianismo aliena docendo ſeducere animos et in transuerſum agere annitebantur, confert cum Bileamo c. 2, 14, cf. Numer. c. 22 ſq. Erunt ergo Bileamitae nil aliud niſi *ſeductores*, *falſi magiſtri*, omnimoda fraude circumuenientes. Hoc autem loco maiorem artem ſectatur poeta: ſiquidem etymologiam nominis בִּלְעָם (a בלע, ܒܠܥ, بلغ, *vicit*, *ενικησε*, et עָם *populus*, *λαος*) graece reddit, (vti et c. 9, 11; 12, 9; 20, 2 etc.) effingitque nomen quaſi-proprium, ſatis frequens, *Νικολαος*, quod nil indicat aliud, niſi fraudulentum magiſtrum, qui artibus ſuis circumuenire et ad falſam doctrinam ſeducere ſatagit, votique compos redditus quaſi *νικα τον λαον* ſimplicium chriſtianorum. Ita rem ſe habere, viderunt iam permulti intt., in quibus eſt et Wetſtenius. Hinc indicare licet, quidnam exiſtimandum ſit de ſecta Nicolaitarum, quam hinc, praeeunte Irenaeo, adu. haer. 2, 27. (cf. Euſeb. H. E. 3, 29; Actor. 6, 5.) exſculpſit haereſiologia: de qua tamen quae ſuſpicati ſint et ſtatuerint viri docti, hiſtoriae eccleſiaſticae copioſius exponenda linquimus. Cf. Eichh. Comment. P. 1. p. 74-81, et Münscher *einige Vermu-*

 thun-

8 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίας γράψον·

thungen über die Nicolaiten Apoc. 2, 6. 15. in Gabler *Journal für theol. Litter.* 1803, St. 1. p. 17 sqq. Fortasse tamen non multum erramus, si inter falsos magistros eminuisse Ephesi quendam suspicamur, nomine Nicolaum, quem hac ipsa arte grauissime perstrinxisse se laetatur poeta, quod eius nomen eundem sensum involuere demonstrat, qui inerat nomini Bileami, quod summo odio auersabantur pii Jovae cultores. Saltem nil insoliti erat Judaeis, eiusmodi sensus ex nominibus exsculpere, sicuti in V. T. subinde factum legimus.

v. 7. Ὁ εχων — εκκλησιαις. Epiphonemate hoc ad verba magistri ipsius Matth. 11, 15; 13, 9, 43. expresso consignatur epistolarum apocalypticarum vnaquaeque, ad modum versuum intercalarium, e. gr. Virg. Eclog. 8; Catull. carm. 62. 63 etc. in quo et ipso elucet sublimius quid et poeticum. To πνευμα vel *ego ipse*, το πνευμα εχων, quod et post meum discessum contuli in discipulos meos, Jo. c. 14. 15. 16. vel: singuli eorum 7 spirituum, a quibus salutantur 7 ecclesiae Asiae c. 1. v. 4, singulis ecclesiis acclamant; vt adeo vnum quaeuis ecclesia πνευμα habere dicatur proprium et quasi suum. Inde a ὁ νικων afferuntur verba πνευματος. Subaudi: Dicit autem πνευμα haec: Ὁ νικων vel *purus, iustus* omnino, vid. Eichh. vel speciatim, qui *constantem* se gerit in re christiana et perseuerantem, nec falsorum magistrorum artibus, vti apud Ephesios, nec miseriarum molestiis, vt infra v. 11, a fide christiana aberrat. Ξυλος ζωης. Praemia, quae victoribus pollicetur Messias, sunt gaudia in futuro regno coelesti, ad quod inaugurandum rediturus erat. Sed et illa, vti Messias ipse, qui loquitur, periphrastice vbique exponuntur ex imagine regni istius cap. 21. 22. delineata, h. l. ex c. 22, 2. 14. ad Genes. 3, 22. expressa. Imago ipsa Rabbinis frequentatissima. *Jalkut Rubeni* fol. 19, 2: "Deus — animam educit in paradisum eique gustandum praebet arborem vitae." Cf. Schöttg. ad h. l. copiosissime disputantem.

---

b) *Oraculum ad Smyrnenses*, v. 8 - 11. Smyrna, Joniae vel Aeoliae celebris vrbs, Strabonis aetate pulcerrima totius Asiae, commerciis

γράψον· τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς
ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησεν· οἶδά σου τὴν θλῖψιν 9
καὶ τὴν πτωχείαν (ἀλλὰ πλούσιος εἶ) καὶ τὴν
βλασφημίαν ἐκ τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι
ἑαυτοὺς

VARIAE LECTIONES.

v. 9. Legitur vulgo Οιδα σου τα εργα και την θλιψιν, quod eſt in plerisque codd. ſed inuectum videtur, ne huius eccleſiae ſolius εργα omiſſa eſſe viderentur. Abſunt autem τα εργα και ex AC, 1 ap. Mt. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Non tamen auſus eſt Griesbachius, perinde ac Bengelius, e textu proſcribere voces.

merciis et nauigatione admodum florens, ſed et ob luxum morumque licentiam ſatis infamis. Quonam tempore, quoue auctore fundata ibi primitus ſit eccleſia chriſtiana, parum conſtat. Ex pauperiorum claſſe collecta ea videtur, ſiquidem ditiorum moribus parum fauebat Chriſtianismus. Scimus, ei praefuiſſe quondam Polycarpum, Euſeb. Hiſt. Eccleſ. 4, 15; Irenaeus adv. Haereſ. Lib. 3. c. 3: fortaſſe eo ipſo tempore, quo haec a poeta conſignabantur, fortaſſe et ſerius. Multis miſeriis afflicta videtur eccleſia a Judaeis, vnde ad conſtantiam excitatur; nil tamen crimini ei vertitur, quo contra chriſtianos mores peccauerit.

v. 8. Ὁ πρωτος — εζησεν. Periphraſis Meſſiae, ex cap. 1, 17. 18. huic potiſſimum loco apta, vbi id agebatur, vt ſolamen adhiberetur Smyrnenſibus, probis et caſtis, ſed Judaeorum maleuolentia et inuidia laceſſitis. Quod tamen de Aeſculapio apud Smyrnenſes in magna veneratione habito, qui et ipſe e mortuis ad vitam rediiſſe dicebatur, affert Wetſtenius, argutius dictum videtur, quam verius.

v. 9. Πτωχειαν de vera paupertate intellige cf. 1 Cor. 1, 26: πλουσιος autem de divitiis πνευματικοις et coeleſtibus, Matth. 6, 20. Pariter et 2 Cor. 6, 10. Βλασφημια criminatio, obtrectatio, ſyn. λοιδορια, Matth. 15, 9; Marc. 7, 22; Col. 3, 8. Ιουδαιους. Honorificum, ſicuti Iſraelitarum, Act. 2, 22 ſq., ita et Judaeorum nomen, inuolvens notionem populi, qui laudat Jovam יהודה ex ידה et יה. Cf. Jeſ. 44, 2; Deut. 32, 15. et alia nomina, quibus gloria-

ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ Σα-
10 τανᾶ. Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν· ἰδοὺ
μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν,
ἵνα πειρασθῆτε· καὶ ἕξετε θλίψιν ἡμέρας δέκα.
Γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέ-
φανον

gloriabatur populus, e. gr., Jo. 8, 39. Συναγωγη pro λαος, vt קהלא pro עם Levit. 16, 17. Nec facile fortioribus dicteriis verberari et profligari poterat Judaeorum fastus: cf. Jo. 8, 44; Matth. 3, 9.

v. 10. Εξ ὑμων מִכֶּם, sc. πολλους. Ὁ διαβολος: pater, principium et fons omnium malorum, quae aduersus pios christianos excitantur. Pro Judaeis, τεκνοις διαβολου (Jo. 8, 44.), dictum esse illucescit. Φυλακη. pars pro toto, omnis generis miserias exprimit, quibus a Judaeis cruciabatur ecclesia Smyrnensis, Ἱνα πειρασθητε. *vt carcere, vinculis, mortisque periculo ad deserenda I. C. castra moueamini.* Id enim discrimen vulgo indicatur in N. T. voce πειραζειν etc. Matth. 26, 41; 1. Tim. 6, 9. Και ἑξετε quidem θλιψιν, sed nonnisi ἡμερων δεκα, i. e. *ad breue tempus.* Dan. 1, 14; Actor. 25, 6; Terent. Adelph. 5, 1, 36. Quotiescunque magnas clades indicunt vates, maturum quoque earundem exitum ominantur; Jes. 26, 20; 54, 8. etc. Grauioribus omnino prae aliis miseriarum fluctibus mersos fuisse Smyrnenses, hinc colligitur, suffragantibus eis, quae historia tradit: siquidem narrante Eusebio, H. E. 4, 15. Polycarpum episcopum, instigantibus Judaeis, vti solebant (Act. 13, 50; 14, 2; 17, 5 sq.), viuum cremarunt Smyrnenses. Αχρι (vel μεχρι) θανατου, non eo sensu, quo vulgo vsurpari solet, *vsque ad extremum halitum* sed: *etiamsi vitae periculum subeundum sit,* Phil. 2, 8; Hebr. 12, 4. Στεφανον ζωης, Jac. 1, 12; 1. Petr. 5, 4. *vitam aeternam*, quam, tanquam coronam et praemium ob bene exantlatos labores tibi porrigam iustissimus brabentes. Cf. ad 2. Tim. 4, 8. Symbolum hoc aeternae beatitatis, e ludis Graecorum petitum, Judaeis quoque vsurpatum fuisse, e Rabbin. locis ad h. l. demonstrat Eichhorn. — Sens. "Macte vero ista constantia: ita pergite, Smyrnenses, et gaudio vobis atque solatio erit reditus meus."

v. 11.

φανον τῆς ζωῆς. Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ 11
πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις· "ὁ νικῶν οὐ μὴ
ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου."
Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ ἐκκλησίας 12
γράψον· τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν
δίστομον τὴν ὀξεῖαν· οἶδα, ποῦ κατοικεῖς, ὅπου 13
ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ, καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου,
καὶ

v. 11. Cf. ad v. 7. *Ου μη αδικηθη*. Alia praemiorum periphrasis ad Smyrnensium calamitatem apposita, q. d. *αδικεισθε* quidem ad mortem vsque a Judaeorum inuidia, sed non *αδικηθησετε εκ του θαν. δευτερου*, de quo vide plura infra ad c. 20, 6. cuius loci si iam hic rationem habere velis, sensus exibit: "quicunque miseriarum mole non opprimitur, neque ad defectum sollicitatur, et ipse honore *αναστασεως πρώτης* habebitur dignus: neque adversus eum quidquam valebit *θανατος δευτερος*."

c) *Oraculum ad Pergamenos*, v. 12 - 17. Pergamus, nobilissima quondam regni Attalici sedes, celeberrima illa bibliotheca satis illustris. De ecclesia christianorum ibi collecta parum aut nihil constat. Similia perpessi videntur, ac Smyrnenses: sed grauius et acerbius. Nam quum Ephesini falsorum magistrorum fraudibus, Smyrnenses Judaeorum vi et criminationibus angerentur: ecce Pergamenos vtrumque malum inuasit. Et Judaeorum quidem inuidiam ferebant constanter: at nimis facilem fraudibus doctrinam J. C. adulterantibus aurem praebuisse videntur.

v. 12. *Ὁ εχων την ῥομφ.* periphrasis ex cap. 1, 16. huc apprime quadrans: scilicet immedicabile vulnus, quod inflixerant *ψευδοπροφηται*, ense erat recidendum.

v. 13. *Ὁπου κατοικει ὁ Σατανας*. Ante *ὁπου* subaudi: *εκει, ibi dico, vbi* etc. Summo splendore apud Pergamenos celebrabantur gentilium sacra: et templorum magnificentia, pomparum multitudine, ludis, diebus festis, conciliis, in quibus de rebus ad sacra totius Asiae deliberabatur etc. eminebat vrbs; vnde

καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν
αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς, ὃς ἀπεκτάνθη
14 παρ' ὑμῖν, ὅπου ὁ Σατανᾶς κατοικεῖ. Ἀλλ'
ἔχω

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Εν αἱς Αντιπας. Locus multa lectionis varietate inſignis. Scribitur et Αντειπας, et pro eo, ex coniectura forſan ſed antiquiore, αντειπας, *quibus contendiſti cum martyre meo*, vt nominatiuus per anacoluthon pro datiuo poſitus habeatur.

vnde regia quaſi ſedes ſuperſtitionum ethnicarum, haud abſurde dici poterat: ſed, quoniam illas Judaeorum pietas auerſabatur vel maxime, grauiore et acerbiore vocabulo ſalutatur θρονος, non της ειδωλολατρειας, ſed του Σατανα, principis illius daemonum malorum, qui religiones gentilium imperio ſuo moderatur, vid. ad 1 Tim. 1, 20. Arethas ad h. l. θρονον του Σατανᾶ τον Περγαμον καλει, ὡς κατειδωλον ουσαν ὑπερ την Ασιαν πασαν. Cf. Spanhem. de praeſtant. numismat. diſſert. 9. c. 4. Sunt tamen, qui vocibus his notatum eſſe velint inprimis cultum Aeſculapii, patrii Pergamenorum numinis, Martial. Lib. 9, epigr. 17; Statius ſyluar. Lib. 3, 4, 23. Atqui ita delineabatur huius numinis effigies, vt baculum teneret, cui circumuolutus erat anguis: Pauſanias in Corinthiacis c. 27. de Epidauro, vrbe Aeſculapio ſacra: καθηται (ſc. Ασκληπιος) επι θρονου, βακτηριαν κρατων, την τε ἑτεραν των χειρων ὑπερ κεφαλης εχει του δρακοντος. Jam quia ſub ſerpentis imagine apud Judaeos pingebatur Satanas (Apoc. 12): idcirco Pergamum, in cuius templis vbique conſpicuus erat ſerpens, θρονον Σατανα nuncupatum volunt. Neque id a fide abhorret. Sed et quae ſupra vniuerſe dicta ſunt, eodem redibunt. Κρατεις etc. *firmum te et conſtantem in conſeruanda fide chriſtiana exhibes*. Ea cuſtodiendi ſignificatio verbo ineſt et c. 2, 25; 3, 11. Poſt και ſubaudi ὁμως, *nihilo tamen ſecius*. Verbo κρατειν ex aduerſo opponitur αρνεισθαι, vti c. 3, 8; 2. Tim. 2, 12. Cf. ad 1. Tim. 5, 8. Ante: εν ταις ἡμεραις lectio recepta addit και vt ſit ſenſus: in *ipſis adeo* diebus illis etc. Αντιπᾶς, nomen martyris, de quo haud plura innotuerunt, quam de Zacharia, Barachiae filio

ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαὰμ, ὃς ἐδίδασκεν τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φαγεῖν εἰδω-

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Pro βαλειν A habet βασιλει, vt ad Βαλακ referatur. Sed codex Alexandrinus *solus* paruae admodum aut nullius est auctoritatis. Ad declinandam phrasin insolentiorem βαλειν σκανδαλον effictum videtur.

filio, Matth. 23, 35, nisi fabulas in menologiis veterum relatas amplecti malis. Sed crebrius erga Christi asseclas ad mortem vsque saeuiisse Pergamenos, testatur Euseb. H. E. 4, 14. Sens. "Haud me fugit, in quam difficili loco sis constitutus, quantoque in discrimine relinquendae et prodendae fidei verseris: atque si nihilominus constantem te et tenacem propositi exhibuisti, summa vtique laude dignus mihi habeberis."

v. 14. Sed parum sedulum te et cautum praebuisti in effugiendo altero illo malo, quod ecclesias infestare solet; imo vero insidiis fraudulentorum magistrorum circumveniri te passus es. Ολιγα per litotem dictum, sensu: *grauiter de te conqueror.* Εχεις pro ανεχεις, *sustines, toleras, quid quod in sinu quasi foues.* Κρατουντας *obsequium praestantes,* imitantes, ita Marc. 7, 3; 2 Thess. 2, 15. Διδασκειν τινι Hebraism. Job. 21, 22; 2. Paral. 17, 9, vt adeo non ferenda sit lectio recepta, quae accusatiuum iungit. Σκανδαλον βαλειν ex Hebraismo. Vti dici potest ειναι εις σκανδαλον, ita et dicetur ποιειν, διδοναι, βαλλειν σκανδ. Similiter vsurpatur βαλλειν Matth. 25, 27; 10, 34, coll. Luc. 12, 51. Cf. Jos. 23, 13; Judic. 8, 27; 1. Sam. 18, 21. Φαγειν ειδωλοθ. και πορνευσαι, interesse festis, epulisque sacris gentilium, dissolutissimisque, qui in eis obtinent, moribus se committere: cf. plura ad Actor. 15, 20. Eiusmodi autem vita licentior vocatur διδαχη Βαλααμ, (de quo vide Num. c. 22 sqq. cf. supra ad v. 6.), quia is ex constanti Judaeorum traditione auctor fuit Balaco, Moabitarum regi, vt festo Baal Peori epulisque sacrificalibus interesse permitteret et Israelitis, Num. 25, 1 sqq. Falsos magistros nomine Bileami Judaeis

15 εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι· οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν νικολαϊτῶν, ὃ μισῶ.
16 Μετανόησον οὖν· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ πολεμήσω μετ᾽ αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός
ὁμοίως μου.

VARIAE LECTIONES.

v. 15. ὃ μισω est lectio communis, quam retinet recensio Bengeliana. Sed pro eo ὁμοιως legitur in AC, et multis aliis vtriusque familiae ap. Wetst. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Alt. 7 ap. Birch. Syr. Copt. Slav. Vulg. Areth. Editt. Complut. Plantin. Genev. probantibus Grotio, Bengelio in Gnomone, Wetst. Griesb. Matth. etc. Millius tamen lectionem communem defendit. Caeterum illud ὁμοιως ab aliis ad praecedentia refertur, ab aliis ad sequentia.

Judaeis inuisissimi compellari, supra ad v. 6. est annotatum. Iam vero *vel* omnium omnino in doctrina christiana errorum auctores, vt apud Ephesinos v. 6, Bileamitae vocari poterant, seu Nicolaitae, quocunque tandem errore lapsi essent, idque si placuerit, τα: ὁς εδιδασκε — — πορνευσαι non nisi exornandi amplificandique loci caussa videbuntur addita esse, *vel* illi potissimum errores designantur, quibus vitam dissolutiorem, familiarioremque in epulis sacrificalibus cum paganis consuetudinem non dedecere hominem christianum sibi persuadebant: quod si praetuleris, hac potissimum licentia peccasse videbitur ecclesia Pergamena, vt credere par est, vtpote inter medios festorum sacrorum gentilium strepitus vitam degens. Eiusmodi sententiam non video, cur ad argutias reuocet Eichhornius p. 98. — Caeterum et ad 2. Petri 2, 15; Judae v. 11. respexisse noster videtur.

v. 15. Repetuntur querelae a Messia, vt appareat, quantopere ista vita offensus sit. Και συ, sicuti Ephesini, supra v. 6. Νικολαϊτων, i. e. Βιλεαμιτων, seu Βαλααμ, vid. ad v. 6. Ὁ μισω, ibid. et var. lect. In his igitur prorsus diuersos se ab Ephesinis exhibuerant Pergameni.

v. 16. Σοι. In tui poenam et interitum vertet aduentus meus, quem desideras. Πολεμειν μετα τινος id. qu. κατα τινος;

μου. Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα 17
λέγει ταῖς ἐκκλησίαις· "τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ
τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ
ψῆφον

VARIAE LECTIONES.

V. 17. Δωσω αυτῳ του Μαννα. Plenior est lectio recepta δ. α. φαγειν απο τ. Μ. Sed praeferatur breuius et durius, fauentibus testibus plurimis, ABC cum aliis multis ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 1 ap. Alt. 5 ap. Birch. Copt. Aeth. Vulg. probb. Mill. proleg. § 508., Wetst. Griesb. etc. — Paullo post pro οιδε textus communis habet εγνω. — Nam κεκριμμενον pro κεκρυμμ. vitio scripturae deberi videtur, vid. proleg. p. 109.

τινος, c. 12, 17. Quod si autem contra fraudulentos magistros pugnabat, aduersarium se exhibuit et christianis, quos alloquitur, istos doctores suscipientibus. Vulgo et his minis ad historiam Bileami alludi creditur, in qua et ipsa ensibus pugnatur, Num. 22, 31; 25, 5; 31, 8: eiusque opinionis ipsum Herderum fuisse miramur: sed rectius monent alii, Eichhorn., schedulae Koppianae etc. historiam Bileamiticam hinc iam relinqui a poeta. Neque ad Pergami situm, munitissimum quidem, sed a Messia tamen facili opera expugnandum hic respici credas.

v. 17. Audiamus, qua periphrasi circumscribatur hic sententia simplex: "ciuem regni mei coelestis eum reddam." Δωσω αυτῳ του Μαννα. Coelestia gaudia sub conuiuii imagine adumbrari nouimus, c. 3, 20; Matth. 8, 11 sq.; Luc. 13, 28. 29; 14, 15; 22, 15-18 sq. *Vajikra Rabba* sect. 13, fol. 156, 4: "Deus praeparaturus est αριστον seruis suis iustis temporibus Messiae." *Schemoth rabba* sect. 25; "Tempore futuro facturus est Deus Israeli panem, et illi accubabunt et comedent in horto Edenis." In eo conuiuio autem vescentur dapibus, quae immortales decent, Manna Jo. 6, 31 sq. (fere vt ambrosia cum nectare Olympii) Ps. 105, 40; 78, 24. 25. *Tanchuma in Jalkut Sim.* fol. 73, 4. "Cuinam vero Manna iam praeparata est? Iustis in saeculo futuro. Quicunque credit, dignus est, qui illud comedat." Sed illud Μαννα h. l. dicitur κεκρυμμενον. Namque statuerant Judaei, vrnam illam, quae continebat Manna in de-

ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.“

Καὶ

deserto collectum, cum arca foederis aliisque rebus sacris vel tempore Iosiae regis, vel, qua tempestate imminebat vrbis per Nabuchodonosorem expugnatio per Jeremiam prophetam fuisse absconditam: sed Messiae tempore futurum, vt reperiatur denuo hominibusque appareat. *Ioma*, fol. 52, 2: traditio est, cum absconderetur arca, abscondita sunt cum illa vasculum mannae etc.;“ *Tanchuma* p. 83, 2: „haec est vna ex tribus rebus, quas Elias Israelitis restituet: nempe vrnam Mannae etc.“ Plura loca videsis ap. Wetst. et Schöttg. Apprime quadrat imago, quasi dicatur: istud manna melior eis digniorque cibus erit, quam epulae sacrificales. — Pergit in imagine poeta: και δωσω α. ψηφον λευκην. Nimirum, vt in triclinium illud superorum ad comedendum manna coeleste admitteretur christianus ciuis, opus ei fuit tessera, seu lapillo, cui inscriptum erat eius aut nomen, aut mores, quod dignum se gesserat ciuitate christiana, fere nostrum *Einlaßbillet*. Ista tessera dicitur λευκη, quod est summi splendoris signum, teste Hesychio παροιμια εστι των ευδαιμονως ζωντων (felicitatis symbolum) cf. c. 19, 14. et alibi. Et quod inscriptum erat nomen, exprimebat fere ὁ ἁγιος τῳ θεῳ και τῳ αρνιῳ, aut simile quid. Καινον erat id nomen, siquidem antea nonnisi Jonae sacer erat pius homo (קדוש ליהוה), iam vero non Jonae solum, sed et Messiae. Ὁ ουδεις οιδε, *cuius vim et momentum nemo mortalium capit, nisi qui illo nomine ornatus est et ipse.* 1. Cor. 2, 9; Phil. 4, 7; infra Apoc. 19, 12. Ita commodissime explicabitur locus, quamquam Langius ad tesseras in comitiis vsitatas, alii ad illas respiciunt, quae in iudiciis adhibebantur, cui inscriptum erat *absoluo, condemno* etc. alii ad tesseras, quas Olympionicae accipere solebant: cf. Schol. ad Pindar. Olymp. 7, 159.

---

d) *Oraculum ad Thyatirenos*, v. 18 - 29. Hactenus celebriores vrbes: iam oppidum minus celebratum; Thyatira, Lydiae vel Mysiae vrbs, inter Pergamum et Sardes sita. Plin. Hist. Nat. 5, 29. Stephanus, citante Wetst. Θυατειρα πολις Λυδιας, ἡ προτερα Πελοπεια, απο Σελευκου,

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας 18
γράψον· τάδε λέγει ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς
ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες
αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· οἶδά σου τὴν ἀγά- 19
πην, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν
ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου τὰ ἔσχατα πλείονα
τῶν πρώτων. Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι ἀφεῖς 20
τὴν γυναῖκα Ἰεζάβελ ἡ λέγουσα ἑαυτὴν προφῆ-
τιν,

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Αφεις. Ita pro lect. rec. εᾳς in ABC pluribusque vtr. fam. ap. Wetft. et Gr. 4 ap. Mt. 7 ap. Birch. Edit. Complut. etc. Areth. Epiphan. Et in eis, quae fequuntur, admodum varie legitur. Noftram i. e. Bengelianam recenfionem fequuntur et Wetft. et Griesb. Vulgaris lectio mitigat anacoluthi afperitatem, habens την λεγουσαν — — διδασκειν και πλανασθαι. — Poft γυναικα addit recenfio Griesbachiana σου, probante Matthaeio, apud quem omnes id exprimunt.

λευκου, — ὃς ακουσας, ὁτι θυγατηρ αυτω γεγονε, την πολιν εκαλεσε θυγατειρα. Hodie a Turcis vocatur *Akhiffar* i. e. caftellum album. Cf. Actor. 16, 14. Tenuis admodum videtur fuiffe coetus chriftianorum ibi collectus, et poftea forfan diffipatus: certe quo tempore Alogorum fecta florebat, nulla ibidem fuit ecclefia: cf. prolegom. p. 18. Virtus et bona opera chriftiana laudi ducuntur ecclefiae: perftringitur tamen nimia licentia et in moribus diffolutis et effrenis ferendis facilitas.

v. 18. Periphrafis Meffiae repetita ex cap. 1, 14. 15. nec nifi regiam potentiam, fplendoremque auguftiffimum indicans, qualis decebat υἱον Θεου, Meffiam.

v. 19. Διακονια de *fuftentatione* pauperiorum, vt figno αγαπης et πιστεως chriftianae, et h. l. et fexcenties alias in N. T. intelligendum.

v. 20. Αλλ' εχω κατα σου. vid. fupra v. 14, vnde et h. l. textus communis addit ολιγα, alii πολυ vel πολλα. Αφεις pro vfitatiori αφιης. Eft enim pro αφιημι et αφεω, εεις, εἷς. Cf. Marc. 1, 34. Signi-

τιν, καὶ διδάσκει καὶ πλανᾷ τοὺς ἐμοὺς δούλους,
21 πορνεῦσαι καὶ φαγεῖν εἰδωλόθυτα. Καὶ ἔδωκα
αὐτῇ χρόνον, ἵνα μετανοήσῃ, καὶ οὐ θέλει μετα-
νοῆσαι.

Significat inter alia *permittere*, *sinere*, *impune ferre*, Matth. 23, 15. et sexcenties alias in N. T. Jung. autem vel cum πορνευσαι, et resolue ἡ λεγουσα in ἡ λεγει, vel absolute dictum puta το αφεις, et infinitiuos πορνευσαι etc. ad πλανα etc. refer. Verborum structuram in carmine nostro adsperiorem esse, nolumus repetere. Ιεζαβηλ, mulier Sidonia, regis Achabi vxor, idololatria, scortatione aliisque facinoribus admodum perniciosa et abominanda pietati Judaeorum, 1 Reg. 21 sq.: 2 Reg. 9. Hinc quaelibet mulier in honoris alicuius fastigio posita, sed morum lasciuia infamis aliisque pestifera satis conuenienti symbolo *altera Iesabel* poterat compellari. Eiusmodi mulier nefarias artes sub religionis specie (ἡ λεγουσα προφητιν ἑαυτην ειναι) in vrbe exercuisse videtur, atque si genuina est vox σου post γυναικα, indicabit: *quam in ecclesia tua habes et foues, quae inter vos artes suas exercet.* Quaenam tamen ea fuerit, num Lydia illa πορφυροπωλις, Act. 16, 14, an vxor episcopi, quem solum hic compellari a Messia volunt nonnulli etc., e. gr. Koppianae schedulae, frustra et incassum disceptatur. Nec desunt, qui omnem ecclesiam, quae tanquam γυνη episcopi haberi possit, hic taxatam esse male existimant. — Sed audiamus iam, ad quaenam flagitia compellat, scil. εις το πορνευσαι και ειδωλοθ. φαγειν. Quae quum eadem et in prioribus ecclesiis essent animaduersa, apparet, illud malum potissimum insedisse ecclesias Asiaticas, eiusque auctores v. 6. et 15. quidem, forte quia aliquis nomine Nicolaus praeiverat, Nicolaitas seu Bileamitas esse nuncupatos (vid. notata ibidem) hic autem, quia mulier lasciua facem praetulerat, Jezabelitas. En tibi non binarum sectarum nomina historica, sed bina emblemata vnius eiusdemque adulterationis et ψευδοπροφητειας, Thyatiris tamen eo grauioris, quod speciem religionis praetexere haud erubescebant nefariis stupris. Eiusmodi autem mulieres pestiferas crebro se praestitisse hominibus, historia docet, quae de Priscilla, Maximilla,

νοῆσαι ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς. Ἰδοὺ βάλλω 22
αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς
εἰς θλίψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν
ἔργων αὐτῆς. Καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ 23
ἐν θανάτῳ· καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι,
ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας· καὶ
δώσω

VARIAE LECTIONES.

v. 22. Αυτης posterius. Ita pro lect. rec. αυτων BC aliique ap. Wetst. et Griesb. 4 ap. Mt. 3 ap. Alt. 7 ap. Birch. Edit. Complut etc. Syr. Ar. Aeth. Vulg. Areth. Tertull. Durior lectio praeferatur.

milla, Quintilla, prophetiſſis Montanicae ſectae ſemina ſub Antonino Pio ſpargentibus loquitur; vid. Erasm. Schmid. ad h. l.

v. 21. 22. Βαλλω praeſens tempus, ad indicandum, citiſſime euentura eſſe haec, pro futuro βαλῶ, quod in quibusdam legitur. Βαλλειν επι κλινην eſt phraſis Syriaca: morbum immittere. vid. Eichh. ad h. l. nec Hebraeis inuſitata, 2. Sam. 13, 5, nec Graecis, quibus, qui morbo decumbit, κλινοπετης dicitur. Xenoph. Hellen. 5, 4, 58. Conuenientiſſima hac phraſi vtitur noſter, quaſi dicat: lectum tuum μοιχειας in lectum νοσουντων conuertam.

v. 23. *Isque morbus, in quem eos coniecturus ſum, erit lethalis.* Τεκνα pro eis dicitur, qui viam aliquam ſectantur, Matth. 11, 19; 2. Tim. 1, 2; 1. Joh. ſaepiſſime. Θανατῳ vel mortem omnino exprimit, vt ſit pleonaſtice dictum, vel mortem ex morbo contagioſo, peſti etc. inſecutam: ita LXX. דֶּבֶר vertunt per θανατος, Ezech. 33, 27; 14, 19. Caeterum morbum hunc, indeque ſecuturam mortem pro poena quauis, quae extremam perniciem allatura ſit, poſitam eſſe, vel vocabulo θλιψις indicatur, quod generalius quid exprimit: nec credo metaphoram lethalis morbi a poeta ſelectam fuiſſe, niſi nefarii ſcortationis thalami mentione facta ad lectum infirmorum delapſa fuiſſet cogitatio. Reſpexiſſe porro et in his continuandis videtur nonnullis poeta ad Jeſabelis poſteros, quos et ipſos morte, licet

24 δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. Ὑμῖν
δὲ λέγω τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις, ὅσοι οὐκ
ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν
τὰ βάθεα τοῦ Σατανᾶ, ὡς λέγουσιν· οὐ βαλῶ ἐφ'
ὑμᾶς

licet non contagione morbi, sed violenta periisse refertur 2. Reg. 1; c. 9, 24; 11, 6. Nolimus tamen subtilius in singulas imaginum partes penetrare, dicendo, vti Jesabel illa 2. Reg. 9, 32-37. ex fenestra sit proiecta, ita hanc Jesabelem proiectum iri in lectum infirmitatis etc. quod exsculpsisse miramur ipsum Herderi ingenium. *Και γνωσονται* etc. expressa sunt ex Ps. 7: 9. 10; 26, 2; Jerem. 11, 20; 17, 10. alibi, ex vsu loquendi hebraico. Cf. Act. 1, 24. Ea autem de caussa fortasse addita haec videntur, vt indicetur a Messia, se ipsum haudquaquam aeque facile, ac homines Thyatirenos, decipi posse ab eis, qui simularent religionis studium, et sectarentur flagitia.

v. 24. *Διδαχη* praeter doctrinam indicat quoque *vitam* et *mores*, doctrinae, quam imbibimus, principiisque, quae in nobis iacta sunt, consentaneos. Sic *διδαχη των Φαρισαιων*. *Οἱτινες — ὡς λεγουσι.* Idem exprimitur aliter: Sens. *seu, vt ipsorum illorum,* qui non sunt *τεκνα αυτης*, Jesabelis, sed ei adversantur, *vocabulis vtar*. Videntur ergo permulti Thyatirenorum tantopere exsecrati fuisse vitam istam dissolutam, ex consortio cum epulis gentilium exortam, vt eiusmodi principia vocarent *βαθεα Σατανᾶ*. Credendi autem sunt id nomen eis indidisse, quia ipsi istiusmodi vitae sectatores arctiorem suam et mysticam cum religione rebusque eo pertinentibus consuetudinem *βαθεα του Θεου* (1. Cor. 2, 10. *βαθος* omne obscurum et immensum, quod vulgaris hominum intellectus assequi nequit) forsan nuncupauerant. De Gnosticis saltem tradit Irenaeus Lib. 2. c. 38. 39. mysteria sua vocata ab eis fuisse *profunda Dei*. Pari modo et qui Thyatiris turbauerant ecclesiam, mysteria sua sacrosque et arcanos conventus, in quibus tamen Bacchanalia viuebant, eodem nomine honorifico videntur salutasse. Quibus respondentes puri et simplices christiani: egregia vero *βαθεα* videntur exclamasse, imo *βαθεα του Σατανα*, Eph. 6, 11; 2. Cor. 2, 11; 11, 3. Apparet autem ex

ὑμᾶς ἄλλο βάρος· πλὴν ὃ ἔχετε κρατήσατε, 25
ἄχρις οὗ ἂν ἥξω. Καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν 26
ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν
ἐπὶ τῶν ἐθνῶν (καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ 27
σιδηρᾷ, ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρί-
βεται), ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός —
μου· καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν. 28

ex his, vulnera illa. quibus laborabant ecclesiae Asiaticae, licet eodem errore et fraude inflicta, grauissima tamen fuisse et perniciosissima in vrbe Thyatirenorum, et in mysteria arcanaque sacra abiisse, quibus praesidebat mulier. Βαρος explicat Eichhorn. cum aliis *praeceptum*, sensu hoc: *alia officia vobis non iniungam*, siquidem leges et praecepta sub imagine oneris vel iugi frequentissime sistebantur, Act. 15, 10. 28. Nescio tamen, quomodo id contextui possit aptari. Atqui et *culpa* et *poena ob culpam subeunda* sub oneris imagine sistuntur, Ies. 53, 3 sqq. Erit ergo *βαρος poena*, *βαρος ὑμων poena ob culpam vestram*; *βαρος αλλο poena ob culpam alterius*. Sens. "Alienae culpae (eorum, qui nefandis istis mysteriis initiantur) reos vos non agam."

v. 25. 26. 27. Εργα μου ex oppos. των εργων της Ιεζαβελ v. 22. Ὁ νικων δωσω αυτῳ. Anacoluthon, qualia identidem recurrunt in libro nostro, atque vel nemine monente incurrunt in oculos. Cf. Glass. Philol. sacr. Lib. 3. tractat. 1. can. 28. p. 446. Praemia constantiae, sedes in futuro Messiae regno et consortium cum imperio eiusdem, Matth. 19, 28; 2. Tim. 2, 12., amplius iam et ornatius afferuntur, sicuti et infra c. 3, 21. sed aliis figuris. Ραβδῳ σιδηρᾳ ex Ps. 2, 9. ex vers. LXXvirali, quod tamen non tam *crudele* et *superbum* imperium declarare videtur, quam *validum firmumque*, et ad *certas regnandi leges haud facili opera labefactandas* reuocatum; sed et *aduersus hostes seuerum et implacabile*. Ὡς καγω, sicuti et mihi eiusmodi erga aduersarios seueritatem exercere in futuro regno traditum et concessum est Ps. 110, 1; 1. Cor. 15, 25. Similia vid. Luc. 22, 29.

v. 28. Αστηρ πρωϊνος, *Lucifer* summo nitore fulgens. Cum eo confertur splendor et

29 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς
ἐκκλησίαις.

Cap. Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας
III. 1 γράψον· τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ ἑπτὰ πνεύματα
τοῦ

et maiestas regnantis Messiae Apoc. 22, 16: sicuti omne magnum celsum et splendidum cum eo comparari solebat, e. gr. Jes. 14, 12. Iam δωσω αυτῳ τον αστερα, vel per anacoluthon dictum erit pro δωσω αυτον (i. e. θησω, ποιησω αυτον), vel astrum ipsum positum est pro splendore astri: *attribuam illi splendorem summum, quali fulget Lucifer.* Cf. Matth. 13, 43; Dan. 12, 3. vbi similes coelestis beatitatis figurae adhibitae sunt.

v. 29. In tribus epistolis, quae praecesserant, huic epiphonemati subiuncta vidimus πνευματος verba ipsa: at hic, et in tribus, quae sequuntur, nil additur: erunt ergo πνευματος exhortationes iam in eis, quae dixerat Messias ipse, quaerendae, eo fere sensu: "perseuerate, vt hucusque perseuerastis, in adhibenda fide et constantia: bonoque estote animo: vobis enim et vestro aliquando imperio parebunt, qui nunc opprimere vos allaborant."

---

e) *Oraculum ad Sardianos,* c. 3, 2-6. Sardes opulentissimum quondam Lydiae caput et regia Croesi sedes. De ecclesia Sardiana pauca comperta habemus. In nostro quidem hoc epistolio nec in calamitate subeunda ignauia, nec in ferendis falsae doctrinae magistris facilitas disertis verbis illi crimini impingitur, non tamen ab omni gentilium labe pura, et eadem forte contagione, qua Thyatireni, correpta videtur; certe strenuum virtutis christianae studium et alacritas deest: et torpor quidam et lethargia animum insedit: ex hac itaque ad alacritatem, maioremque in re christiana perfectionem et τελειοτητα hic suscitatur.

Cap. III. 1. Periphrasis Messiae ex cap. 1, 4 et 16. Omnes virtutes summi numinis, quae per 7 πνευματα indicantur, in Messia simul adsunt operanturque, ergo poterat is dici ὁ εχων τα 7 πν.: sed idem et εχει (κρατει, cap. 2, 1.) τους 7 αστερας i. e. bene cognitos et strenue obseruatos habet ecclesiarum praesules. Iam quia το πνευμα vitam indicat, quae non nomine

τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας· οἶδά σου τὰ
ἔργα, ὅτι ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ.
Γίνου γρηγορῶν, καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ, ἃ ἔμελ- 2
λεν ἀποθανεῖν· οὐ γὰρ εὕρηκά σου τὰ ἔργα πε-
πληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ μου. Μνημόνευε 3
οὖν, πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας, καὶ τήρει καὶ
ἔμελλον μετα-

VARIAE LECTIONES.

V. 2. ἔμελλεν. Triplex hic occurrit varietas. Recepta lectio μελλει, facillima et ob id ſuſpecta. Bengeliana, quam nos exhibuimus, εμελλεν, quae eſt et apud Aretham et in quibusdam codd. Sed inſolentiſſima, et contra Graecae linguae leges pugnans (Cf. c. 1, 19. ἃ εστι) eſt εμελλον, quae eſt in AC, 8 aliis ap. Wetſt. et Gr. Vulg. Syr. probante et Bengelio in Gnomone. Praeterea etiam legitur ὃ εμελλες αποβαλλειν in B et 20 aliis ap. Wetſt. et Gr. et Alt. 4 ap. Mt. 6 ap. Birch. Arab. polygl. Complut etc. quam lectionem pari fere probabilitatis honore dignatur Griesbachius. Supereſt et lectio: ἃ (pro καθ' ἃ *ſecundum quae*, i. e. quibus amiſſis) εμελλες αποθανειν.

mine ſolum abſoluitur, ſed agit operaturque, accommodatiore hac periphraſi hic vtitur poeta, vbi in deſidiam Sardianorum et languorem animaduertendum erat. Νεκρος eſt, qui in virtute chriſtiana exhibenda tardum ſe et ſegnem praeſtat, 2. Cor. 1, 10; 4, 11. — Qui ſolis epiſcopis acclamata haec volunt, vocem ονομα, cui ſenſum ineſſe famae (*Ruf*) conſtat, de vero antiſtitis nomine explicant, idque fuiſſe Zoilum, Zoſimum etc. ſuſpicantur, vt vita, ζωη, quodammodo ſit expreſſa. Sed fugiamus nimias argutias.

v. 2. Continuatur imago: *Suſcitare et expergiſcere ex hac tanquam morte*, Matth. 24, 42; 25, 15. Πεπληρωμενα. Πληρωσαι inter alia eſt *ad ſummum perfectionis gradum euehere*, vnde πεπληρωμενος id. qu. alias τελειος, cui et iungitur Col. 4, 12.

v. 3. Ειληφας. Vt διδοναι eſt *tradere, docere*, ita λαμβανειν eſt *diſcere*, quo ſenſu a Paullo vſurpatur frequentiſſime, vti παραλαμβανειν 1. Cor. 11, 23; 15, 3; 1. Theſſ. 2, 13;

μετανόησον. Ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ὡς
κλέπτης, καὶ οὐ μὴ γνῷς, ποίαν ὥραν ἥξω ἐπὶ σέ.
4 Ἀλλ' ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα ἐν Σάρδεσιν, οἳ οὐκ
ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ περιπατήσουσι
5 μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν. Ὁ νικῶν,
οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ οὐ μὴ
ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς
ζωῆς,

2, 13; (Num. 23, 20.); Πως vel aduerbialiter, vt indicet fortaſſe, *quibus ſignis, quoue apparatu a Deo ad chriſt. rel. ſis conuerſus*, vti Paullus Act. 9. (Koppianae ſchedulae ſuſpicantur, epiſcopum eccl. Sard. forſitan fuiſſe Joannis Apoſtoli diſcipulum, et h. l. ab eodem admoneri, quam tenero et vere chriſtiano amore ad J. C. caſtra ſit perductus) vel adiectiue pro ποια: idque praeſtare videtur, ſiquidem aduerbia, ſubſtantiuis addita nonnunquam adiectiuorum ſignificationem induunt, monente Glaſſio philol. ſacra, Lib. III. Tract. 1. Can. 10. p. 408. Ὡς κλεπτης, Matth. 24, 43. 44; 25, 14; Luc. 12, 39. 40; 1. Theſſ. 5, 4; 1. Petr. 4, 15; 2. Petri 3, 10; Apoc. 16, 15. Senſ. "Subitus et improuiſus mei reditus non gaudio tibi erit, ſed percellet te, ſicuti ſubita παρουσια κλεπτου."

v. 4. Ονοματα. Ita pro *hominibus* dicitur et Apoc. 14, 4; Act. 1, 15. Εμολυναν. Omnia peccata, quae in paganis exſecrabantur Judaei, imagine impuritatis adumbrantur, vnde ἀλισγειν, μιαινειν, μολυνειν, vid. Act. c. 10. c. 15. 2. Cor. 7, 1 ſq. Iſto nomine ea exagitabantur apud Judaeos, quibus omnino vita caſta et ſobria veſtibus puris et candidis, et culpa et delicta veſtibus ſordidis comparabantur. *Targum. Coheleth.* IX, 8: "Omni tempore veſtes tuae albae ſint ab immunditie peccati." Cf. Zach. 3, 3. 4. Και, ſupple ουτοι ολιγοι. Λευκοις, vel *puris* et *intaminatis*, vel, quod praeferendum, vt praemii loco addatur quid, *ſplendidis, pretioſis*, qualia erant veſtimenta regiorum: Geneſ. 41, 42; Eſth. 8, 15. Περιπατ. iunge non cum μετ' εμου, ſed cum εν λευκοις, Arrian. Epictet. 3, 22, περιπατειν εν κοκκινοις.

v. 5. 6. Eadem repetuntur. Εν, Hebr. ב. Βιβλος της ζωης, album,

ζωῆς, καὶ ὁμολογήσω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ
πατρός μου καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ.
6 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς
ἐκκλησίαις.

7 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλη-
σίας γράψον. Τάδε λέγει ὁ ἅγιος ὁ ἀληθινὸς, ὁ

ἔχων

album, in quo annotata sunt ciuium regni coelestis nomina ad modum Hierosolymitani illius libri, cui inscripta erant ciuium capita. Periphrasis coelestium praemiorum, ducta ex cap. 20, 12. 15. vbi plura vide. Ου μη εξαλειψω, per litoten dictum: "sedulo cauebo, ne eius nomen pereat, et quotiescunque liber recitatur, et illius nomen ὁμολογησω." Expressa haec ex Luc. 12, 8.

f) *Oraculum ad Philadelphenos*, cap. 3, 7-13. Philadelphia, vrbs Lydiae haud mediocris, ad radices Tmoli montis sita, ab Attalo Philadelpho nomen nacta; hodieque vocata *Allah Schehr*. Et de hac ecclesia, sicuti de caeteris, nil vlterius cognitum, nisi quod parua fuerit, et insidiis Judaeorum periclitata, sed tamen victrix, multorumque adeo aduersariorum conciliatrix: nulla hic censura morum: imo laudes et praeconia. Insolitior in fronte occurrit Messiae periphrasis. Ὁ ἁγιος quidem, quod Deo proprie competit, et ad Messiam, vtpote legatum diuinum, eosque, qui verba eius audiunt, transfertur Jo. 17, 17-20, nec αληθινος insolitum quid pronunciat de Messia, Apoc. 1, 5. 7; 3, 14. Sed quid sibi velint τα: ὁ εχων την κλειδα του Δαυιδ, ita accipias: Fuit quondam Hiskiae temporibus clauiger, seu palatio regio Hierosolymitano praefectus quidam, nomine Eliakim, 2. Reg. 18, 18; 19, 2, qui Jes. 22, 20 sqq. a Joua ipso ad honorificentissimum illud munus constitutus esse dicitur, summisque ornatur encomiis. Is autem quum esset praefectus palatio, in quo regiam olim sedem habuerat Davides, eiusque claues gereret, dicebatur apud Jes. l. c. v. 22. accepisse a Deo κλειδα οικου Δαυιδ, et cum claue et potestatem admittendi in regiam, seu excludenti inde, quoscunque vellet. Pari modo et Jesus Messias,

ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαυίδ, ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς
8 κλείει, καὶ κλείει καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει. Οἶδά σου
τὰ ἔργα· ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμέ-
νην,

VARIAE LECTIONES.

v. 7. Δαυιδ. Pro eo ex cap. 1, 18. Ἀιδου in 2 ap: Wetst. et Griesb. 1 ap. Alt. 1 ap. Birch. Andreas: εν τισιν αντιγραφοις εστιν Ἀιδου αντι του Δαυιδ. Verſ. Copt. exprimit ſenſum της αβυσσου ex cap. 20, 1. Vid. Wilkens Proleg. ad verſ. N. T. copticam. Trillerus, adnotante Bowyero, ſuſpicatur legendum eſſe Τωφεθ, vel Ταφεθ, quod Orcum indicet, atque ex ſoni ſimilitudine a librario mutatum ſit in Δαυιδ. Largiendum ſane, librarios ad iſtiusmodi mutationem inducendam proniores fuiſſe, quoniam in initio cuiusuis epiſtolii fere ex forma cap. 1. delineata deſcribitur Meſſias, atque hic percommode redeunt ea, quae c. 1, 18. leguntur, noſtra autem lectis prorſus inauditum quid exprimit. Sed ob id ipſum praeferenda erit. Rectiſſime obſeruat Matthaei; "κλεις Δαυιδ noua dicendi formula, quae turbauit ſcribas, vt vſitatius e locis ſimilibus arriperent. Accedit, quod ſcriptio ΔΑΔ facile per oſcitantiam librarii mutari potuerit in ΑΔΟΥ." — Ipſa vox κλειν inuſitatiore forma poſita eſt pro κλειδα, quod exhibet lect. recepta.

ſias, poteſtatem habens vel admittendi vel excludendi, quos regno coeleſti aut dignos habuiſſet aut indignos, haud incongrue dicitur habere et ſuis tradere κλειδα της βασιλειας των ουρανων, Matth. 16, 19. Nec quidquam hic exprimitur aliud quam hoc, *qui poteſtatem habet recipiendi in regnum ſuum quoscunque dignos iudicauerit.* Sin quaeris, quo pacto claves regni coeleſtis poeta clavibus palatii Davidici potuerit conferre, reſpondemus: quia menti obuerſabatur locus ille Jeſaiae, quem tantum non verbotenus expreſſit, quia porro Davides quondam in regno ſuo Dei quaſi vices geſſit, regnumque Davidicum tanquam typo praefiguranit futurum Meſſiae regnum, forte et quia iſto Jouae effato Jeſ. 22, 20 ſq. ad ſe trahendo Jeſus Meſſias celſiorem ſe et potentiorem Davide ipſo regem eſſe enunciare voluit, qualem ſe profitetur, locum Pſ. 110, 1. in ſe adhibendo Matth. 22, 43.

v. 8. 9.

νην, ἣν οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν· ὅτι μικρὰν
ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον, καὶ
οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου. Ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς 9
συναγωγῆς τοῦ Σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς
Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ ψεύδονται·
ἰδοὺ ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσιν καὶ προσκυνήσωσιν
ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγά-
πησά

v. 8. 9. *Propter vitam tuam christiana disciplina dignam lubentissime te in regnum meum admitto.* Id effertur Hebraismo redundantiore. Εδωκα (διδοναι pro ποιειν, vt Actor. 2, 19.) θυραν (sc. palatii regni coelestis) ανεωγμενην, i. e. *aperui illam*, idque pro futuro *aperiam*, ενωπιον σου לפניך, i. e. *te adueniente*. Μικραν, quia et numero parua fuit ecclesia, et auctoritate, si comparabatur cum Judaeis ibidem degentibus. Pergit Messias: *sed, quoniam me tibi bene cupere intelligent aduersarii, et ipsorum multi, tuo exemplo permoti, me amplectentur.* Διδωμι et h. l. pro ποιησω, quod statim subsequitur, positum videtur. Ιουδ. συναγ. Σαταν. supra ad cap. 2. Προσκυνησωσιν sc. me verum Messiam. Eadem voce olim exprimebatur accessio gentilium ad Judaica sacra: hic Judaeorum ad christiana. Ενωπιον των ποδων σου, hebraismus notissimus, id indicans, minorem aliquem et inferiorem esse alio, Actor. 22, 3. Potentiores autem Judaei, ad christianam ecclesiam Philadelphenam accedentes, eatenus inferiores se paruis illis christianis profitebantur, quod illis ducibus et auctoribus, meliora amplectebantur, eodem ferme modo, quo similia pollicetur Israelitis Jesaias, c. 60, 14; 49, 23. Και γνωσιν, pro και γαρ. rationem enim affert, cur verum Messiam amplexi sint Judaei. — Hunc, quem ex interpretatione vulgariore deduximus, sensum inesse versiculis vix dubitandum: sed idem et alia via inde eruetur, si θυραν ανεωγμενην διδοναι eodem sensu accipias, quo occurrit Actor. 14, 27; 1. Cor. 16, 9; 2. Cor. 2, 12; Coloss. 4, 3, vt sit: "insigniorem tibi occasionem obtuli, multos, nemine prohibente, ad mea signa transuocandi, en διδωμι σοι πολλους εκ των Ιουδαιων etc. Scilicet *datus* alicui

10 πησά σε. Ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομο-
νῆς μου, κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πει-
ρασμοῦ τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκου-
μένης ὅλης, πειράσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς
11 γῆς. Ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα
12 μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. Ὁ νικῶν, ποιήσω
αὐτὸν

alicui fiue *conceſſus* dici poterit, quicunque eius opera a malo aliquo liberatus aut inſigniori beneficio affectus eſt, Actor. 27, 24: et qui beneficio affecit alterum, dicetur κερδαινειν (quaſi lucro *accipere* oppoſ. διδοναι) Matth. 18, 15; 1. Cor. 9, 19 ſqq.; 1. Petr. 3, 1, ſeu alia eiusdem ſenſus imagine γεννᾳν, Philem. v. 10; 1. Cor. 4, 15, ωδινειν; Gal. 4, 19.

v. 10. *Quia cuſtodiſti conſeruaſtique promiſſam mihi fidem, et ego viciſſim cuſtodiam te et conſeruabo.* Λογον ὑπομονης, *doctrinam meam, quae inter praecepta alia et ὑπομονην iniungit*, (ita enim genetiuus, qui admodum varie vſurpatur, erit reſolvendus) et quidem ὑπομονην μου, i. e. *talem, qualem ipſe praeſtiti*, ſupr. 1, 9. Πειρασμος h. l. *calamitas*, vt Luc. 8, 13; Act. 20, 19; Jac. 1, 12, alibi, id. qu. θλιψις, infra c. 7, 14. Indicatur autem nec h. l. nec cap. 7, 14. certa quaedam perſecutio, ſed omnis illa miſeriarum moles, quae J. C. aduerſariis ſuperuentura tempore reditus eiusdem omni hoc carmine praenunciatur, quae 1 Theſſ. 1, 10. vocatur ἡ οργη ερχομενη. Hinc explicabitur, τους κατοικουντας επι της γης, vt Eichhornius admonet, h. l. et alibi in carmine noſtro, e. gr. c. 17, 8; 13, 8. 14 etc. *aduerſarios rei chriſtianae* exprimere, ſicuti et οικουμενην γην illa loca denotare, quae ab eis incoluntur, et παν εθνος, φυλην, γλωσσαν etc. c. 14, 6. eodem redire. Sed ex contextu, carminisque totius fine et conſilio, non autem ex vocibus ipſis, iſtum ſenſum eliciendum eſſe apparet.

v. 11. Ante ερχομαι in lectione recepta praemittitur ιδου. Λαμβανειν h. l. et infra c. 6, 4. dictum eſt pro αφαιρεισθαι. Στεφανον, ſc. ζωης, ad 2, 10. Bene haec prioribus iunguntur, ſenſu ferme hoc: "et hic πειρασμος non iam longe abfuturus eſt, namque

αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ ἔξω
οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι, καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα
τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ
μου, τῆς καινῆς Ἱερουσαλὴμ, ἡ καταβαίνουσα ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου
τὸ καινόν. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ πνεῦμα 13
λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 12. Ἡ καταβαινουσα. Ad anacoluthon declinandum mutauit lectio recepta in ἡ καταβαινει. Cf. ad 1, 5.

que etc." Ταχυ ad 1, 1: itaque κρατει, *diligenter custodias moneo*, vti c. 2, 25.

v. 12. Homines certi et constantes, quibus confidi potest, vbique fere gentium columnis comparantur. Et quia iidem ad consilia grauiora adhiberi solent a superioribus, omnes, qui ad aliquam rem efficiendam maiori momento pollent, eadem metaphora designantur, e. gr. Gal. 2, 9. Respicit, vt videtur, poeta ad eandem imaginem, quam ex Jes. 22, 20 sq. (Cf. 1. Reg. 7, 15. 21; 2. Par. 3, 15 - 17.) ad Messiam adhibuerat c. 1, 17. 18. vt sit sensus: non solum admittam illos in coelestis regni quasi domum et palatium, sed erunt illi in ea domo quasi columnae et fulcra, quibus domus innitatur. Qui tamen ad crebros terrae motus, quibus conquassari solebat Philadelphenorum vrbs, (Strabo Lib. XII. p. 868. — ουδε τους τειχους εχει πιστους; XIII. p. 931, ου διαλειπουσιν οἱ τειχοι διιστα μενοι etc.) hic respici autumant, nimium profecto argutantur. Ου μη εξελθῃ consequens pro antecedente, εκβληθησεται, quod Matth. 8, 12; 9, 33. a Syro vertitur per [Syriac], *egredi*. Cf. infr. c. 21, 24 - 27; 22, 14. 15. Metaphora tamen, qua στυλος *egredi* dicitur, nostris auribus haud gratior erit simili illa, qua aula eiicienda esse profertur c. 11. 2. aut vrbs de coelo descendit, cf. c. 21, init. Sed nolimus nostra tempora admiscere. Επ' αυτον vel στυλον, quia scil. et apud Hebraeos pariter ac Graecos (Brüning. antt. graec. p. 135 et 311) inscriptionibus ornatae erant columnae, *vel ανθρωπον*,

14 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Λαοδικείᾳ ἐκκλησίας
γράψον· τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς
καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ.
15 Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ οὔτε ζεστός·
ὄφελον

θρωπον, vt missa imagine de columnis repetita nota fronti inscripta indicetur. Erat autem triplex inscriptio aut fronti hominis imponenda, aut infra nomen hominis in columna collocanda (fere vt auctores in librorum a se editorum titulis honores suos indicant): Θεου, καινης Ιερουσ.. et καινον ονομα i.e. ineffabile nomen Messiae c. 19, 12. fere ita: N. N., sanctus Jouae, ciuis nouae Hierosolymae, cultor Messiae.

---

g) *Oraculum ad Laodicenos*, c. 3, 14-22. Laodicea, metropolis Phrygiae Pacatianae, Colossis vicina. Ecclesiae ibi collectae mentio et fit Coloss. 2, 1; 4, 13 sq. vbi vide. Non multum tamen ad ecclesiae statum et conditionem pernoscendam inde discimus, quae, praeeunte epistolio nostro, anceps et incerta fuit, dubitantibus eius asseclis, num Messiam in temporum grauitate confiterentur nec ne, et huc illuc fluctuantibus. Castigantur itaque grauissime.

v. 14. ὁ Αμην. Noua poetae arte substantiue ponitur vox, quae alias adiectiue vel exclamatiue vsurpatur, explicaturque per adiectum graecum. Omnia autem haec praedicata, vtpote diuina, Messiae competunt, supr. ad v. 7, nec non, quod sequitur αρχη της κτισ. i. e. *vel, qui primus e mortuis rediit*, vti c. 1, 5, *vel*, quod praestat, *qui inter omnia primus a Deo est creatus: Jalkut Rubeni* fol. 4, 1: "Ante creationem mundi creauit Deus formam angelorum sanctorum etc." Sens. *ego omni creatura prior et praestantior, et θεῳ συνθρονος*, Jo. 1, 1 sqq. Hebr. 1. *vel* denique, si κτισις omnino dicitur pro καινη κτισις, quo nomine venit christianismus, Gal. 6, 15; 2. Cor. 5, 17. cf. Eph. 2, 15; Col. 3, 10. (vt Israelitarum quondam populus simili, Deut. 32, 6; Jes. 43, 21; 44, 21.); sensus erit: *primus in nouo rerum creatarum ordine, ecclesiaeque meae caput*, fere id. qu. αρχων, Eph. 3, 10; Col. 1, 16. 18; aut αρχηγος, Hebr. 2, 10; 12, 2.

v. 15. *Neque frigidus neque feruidus, sed tepidus*, metaphora haud obscure indicans

ὄφελον ψυχρὸς ἦς ἢ ζεστός. Οὕτως, ὅτι χλια- 16
ρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεστὸς, μέλλω σε
ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου, ὅτι λέγεις· πλού- 17
σιος εἰμὶ· καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν
ἔχω· καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος καὶ
ὁ ἐλεεινὸς, καὶ πτωχὸς καὶ τυφλὸς καὶ γυμνός.
Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πε- 18
πυρω-

dicans dubium hominem et fluctuantem, aut ignauum et inertem, fere nostrum *characterlos*. Eiusmodi homines *intermedii* apud Judaeos dicebantur, בינונים, vt exemplis ad h. l. monstrat Schöttg. cf. Matth. 12, 30; Jac. 1, 8. Senec. tranqu. anim. c. 1; epist. 69. Similiter Solonis leges infamem dicebant illum, qui in seditione nulli se parti addiceret, et Epictet. Enchirid. c. 36: ἑνα σε δει ανθρωπον, η αγαθον η κακον ειναι. Οὑτως, οτι. *Itaque, quoniam*, vid. Glass. phil. sacr. Lib. III. Tract. 5. can. 29. p. 746. Εμεσαι, i. e. *nullo in consortio tecum viuam*, metaphora conuenientissime continuata, quia aqua tepida stomachum mouet et vomitum ciet. Pharisaeismum his verbis in ecclesia illa taxatum esse, arbitratur Hagen, Koppianae autem schedulae et haec non nisi ad episcopum trahunt, qui nimiis opibus elatus male sedulum se in re christiana commendanda praestiterit.

v. 17. Contraria omnia de Laodicenorum ecclesia valebant, quam supra c. 2, 9. de Smyrnensi. Strabo Lib. 12. p. 866. C: ἡ Λαοδικ. μικρα προτερον ουσα; αυξησιν ελαβε — — ἡ της χωρας αρετη και των πολιτων τινες ευτυχησαντες μεγαλην εποιησαν αυτην. Iidem tropi ergo et hic adhibentur, sed contrarie. Cumulantur autem synonyma tam ad diuitias quam ad paupertatem indicandam, et gradationem in eis animaduertere sibi visi sunt intt. Grotius: "Multum est, *diuitem* esse, plus, quum diues sis, adhuc *locupletari*: maximum vero, *nullius rei egere*." In sequentibus συ emphatice legatur et articulus ὁ ταλ. ὁ ελ. intendet notionis vim.

v. 18. Pergit allegoria, nullo sensu alio, quam sicuti Matth. 6, 20. Αγορασαι *comparare tibi*, tropo ex Jes. 55, 1. 2. desumto. Legantur autem τα:

πυρ'

πυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς· καὶ ἱμάτια
λευκὰ, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη
τῆς γυμνότητός σου· καὶ κολλούριον, ἐγχρῖσαι τοὺς
19 ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. Ἐγὼ ὅσους ἐὰν
φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω· ζήλωσον οὖν καὶ με-
20 τανόησον. Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν καὶ
κρούω·

VARIAE LECTIONES.

v. 19 εγχρισαι. Recte ita Bengel. cum Griesbachio, probante Wetstenio, pro textu communi εγχρισον, imperatiuo. Ita AC pluresque ap. Wetst. et Griesb. 1 ap. Birch. Andreas. Est autem non imperatiuus verbi medii, sed infinitiuus verbi actiui diciturque pro εις το εγχρισαι, seu ινα εγχριση, vti et legitur ap. Matthaeium. Ita saepius in libro nostro ponuntur infinitiui, e. gr. c. 10, 9. κολλουριον autem etc. inusitatius scribitur pro κολλύριον, sicuti et

v. 20. pro ζηλωσον insolentior forma ζηλευε legitur in AC aliisque ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 3 ap. Att. 3 ap. Birch. Cf. c. 20, 9. εκυκλευσαν.

παρ' εμου emphatice. Christus enim verissimus est diuitiarum coelestium dispensator, largiturque χρύσιον, quod inter diuitias eminet, Pindar. Olymp. Od. 1, init. et quidem πεπυρωμενον, *igne coctum* Prov. 10, 21. quod vel ad miserias, christ. rel. caussa subeundas spectat, quae purgant mentem, vel, quod satius est, nonnisi *pretiosissimum aurum* indicat. Largitur idem Messias suis et ιματια (missa enim imagine priori aliam sequitur sensu eodem) et quidem λευκα, v. supr. v. 4. Κολλευριον seu κουλυρ. etc. *vnguentum*, quod sanandis oculis lippis illinendo adhibebatur, de quo videantur scriptores medici, Celsus, Hippocr. Dioscorides, Plinius etc. Horat. Sermon. Lib. I.; epist. I, 1, 29: nec Judaeis incognitum, a quibus vocabatur קולורין. Haud ingrata imago: falsa omnia de conditione sua et transversa videbat eccles. Laodic. proinde oculis afferendum erat medicamentum.

v. 19. Ελεγχειν et παιδευειν synonym. *punire*, vt Hebr, 12, 5. vbi perinde ac h. l, expressa videtur sententia Salomo-

κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ
τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω
μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ. Ὁ νικῶν δώσω 21
αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς
κἀγὼ ἐνίκησα καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου
ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί 22
τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

Μετὰ

lomonis Prov. 3, 11. eum in finem, vt mitigetur temperetur que censurae, qua Laodicenos notauerat Messias, seueritas. Ζηλωσαι h. l. vt Gal. 4. 18. *strenuum se et alacrem gerere:* prorsus contrarium languori illi et ignauiae, cuius nota adhaesit coetui: Και μετανοησον, per consequens, nam ita (sc. si inertia exuta sollertiorem te exhibueris) demum μετανοησεις. Vtque id ne negligant, tenerrimi amoris excitantur alloquio.

v. 20. Verba sunt expedita. Respicitur autem vel ad illam metaphoram, qua quicunque quaerunt quid et ambiunt, pulsare ostia et admissionem expetere dicuntur, vt Matth. 7, 7, quae Judaeis familiarior videtur fuisse, vid. Schöttg. ad h. l. vel, vt Eichh. putat, ad morem amantium, qui in sinu dilectissimae sponsae requiescere cupiunt, sicut in Horatio aliisque poetis occurrit saepissime. Neque indigna rei grauitate videbitur imago ista, reputantibus, et alibi, et in hoc carmine passim ciuitatem Christo sacram sub imagine sponsae Messiae nupturae repraesentari, quemadmodum de Jonae cum sancta Hebraeorum gente consortio similia praedicabantur, veluti Ezech. 16. — Post admissionem autem sequetur conuiuium nuptiale, infr. c. 19, 9; Matth. 8, 11. alibi.

v. 21. Praemia victoriae hic pollicetur Messias, similia illis, quae c. 2, 26 sqq. proposuerat: siquidem in regni sui consortium admittet illos et regnandi socios sibi adiunget. Phrases eiusmodi occurrunt et 1. Reg. 22, 10; 1. Macc. 10, 63. Epictet. enchirid. c. 21. ait συναρχειν θεοις: cf. Bruning. Antiqu. Graec. p. 213. 240. Καγω ενικησα, Jo. 16, 33.

Cap.

Cap. IV. 1 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα ἀνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη, ἣν ἤκουσα ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ᾽ ἐμοῦ, λέγων· ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοὶ, ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.

Καὶ

Cap. IV, 1. Hactenus mandata ecclesiis Asiaticis iniungenda. Nihil antiquius habuerat noster, cui suorum et laudes et vitia probe cognita fuerant et perspecta, quam de his commonefacere cives, ne falsa spe lactarentur, reditum Messiae, omnibus aduersariis grauem et metuendum, gratum sibi fore, etiamsi in doctrina et vita digne gerenda negligentiores fuissent. Nec fortiora facile praecepta sua augurabatur fore aut efficaciora, quam si ex ipsius Messiae ore accepisse se eadem affirmasset. Sed his absolutis, mutata scena, prorsus alia rerum facies exsistit: neque a primo tantummodo limine, vt antea, Messiam salutat poeta, sed contemplatur desideratissimum eius aduentum ipsum. Ad tanta autem euenta digniore carmine celebranda maiori profecto apparatu opus erat. Disparet igitur figura, quae inde a Cap. 1, 12. oculis obuersata fuerat, postquam acclamauerat vatem, atque e templi porticibus sursum tulerat. Et vix aliter potuit poeta, si sub figura prorsus alia, scil. agni, Messiam in coelo monstrare mens erat: incongruum enim fuisset, si Messias sub specie hominis ostendisset se ipsum sub figura alia.

En igitur theatrum longe splendidissimum et in coelo ipso instructum, in quem non quidem intrat ipsum poeta, sed proxime tamen ab eo subsistit, vt, quaecunque ibi gerebantur, intueri oculis posset et contemplari. Iam quaecunque hinc vsque ad Cap. 12 de rebus in terra euenturis legimus, in coelo decernuntur, peraguntur, aut inde exeunt. Nec mirum illud, quandoquidem et omnino omnia, quae in terris euentura sunt, ex Judaeorum mente in coelo prius coram coelitum consessu deliberabantur, ostendebanturque (vid. loca Rabb. apud Wetst. et Eichh. ad h. l. et prolegom. Eichh. p. V): et in primis Messias, terrarum gentiumque dominus, ex nullo loco prodire potuit digniore, quam e coelo. Iisdem fere ex caussis, et poetae veteres, quotiescunque in coelestem Iouae regiam

Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδοὺ θρόνος 2
ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον καθή-
μενος·

giam intuentur, Jeſ. c. 6. Ezech. c. 1. c. 10 ſq., theatrum in coelum transponunt. Id autem quomodo a noſtro adornatum ſit, iam licebit contemplari, et delectabimur profecto imagine auguſtiſſima, dummodo noſtram aetatem exuere, atque in iſta tempora et loca nos quaſi inſinuare non grauemur.

Μετα ταυτα, *poſtquam ita allocutus me erat, et haec mihi mandata iniunxerat forma illa, quae Meſſiam repraeſentabat.* Ειδον, *plura vidi, quae monſtrabant rem ipſam, cuius quaſi prologus erat ſcena, in qua hactenus verſabar.* Θυρα ανεῳγμ. Quotiescunque ecſtaſi corripiuntur diuino ſpiritu agitati homines, coelum, vt modo adnotauimus, locus eſt, quem conſpiciunt, Actor. 10; et ſi altius inſurgit phantaſia, ſublimius adeo quid coelo, 2 Cor. 12, 2. Atque cum coelum firmum quid videatur eſſe et ſolidum (רקיע), frangatur id et aperiatur neceſſe eſt, vt conſpici poſſint, quae intus geruntur: inde ουρανος dicitur ανεῳγμενος, Actor. 10, 11; 7, 56. Id iam ex phraſi, antea quoque c. 3, 8. vſurpata effertur per: θυρα ανεῳγμενη εν τῳ ουρανῳ, quod et apud externos ſimiliter effertur Ouid. Met. 1, 172; 2, 4, alibi. "Atria nobilium valuis celebrantur apertis."

v. 2. Ευθεως *eodem temporis momento, quo perſonuerat aures meas vox diuinae illius formae.* Εγενομην εν πν. vid. ad 1, 10. Hinc ergo infit monſtrare ſe vati noua ſcena. Και ιδου θρονος etc. Sequitur deſcriptio aulae ſeu palatii diuini, quod erat in coelo, Pſ. 29, 9. Jeſ. 66, 1. in quo ad regum Aſiaticorum pompam et ſplendorem colluſtrando et veterum poetarum permulti elaborauerant, Jeſ. 6; Ezech. c. 1; c. 10; Dan. 7, 9; 1 Reg. 22, 19. et ſequiores Judaei ſollertiores ſe praeſtiterunt, cf. Schöttg. et memorabilem locum ex *Pirke Elieſer* c. 4. ab Eichhornio ad h. l. exſcriptum. Επι τον θρονον καθημενος ſc. τις, *nec thronus vacuus erat.* Volunt nonnulli, nomen illius numinis, quod occupauerat ſolium, idcirco non prolatum eſſe a poeta, quia et ineffabile ſit, c. 19, 12. et diuulgare talia nefas habebatur: proinde aeque ambigue loquutum eſſe et Ezechielem, c. 1, 26. 28. Mihi tamen iſtud nonniſi ex negligentia ſcribendi videtur

Cap. IV. 1 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα ἀνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη, ἣν ἤκουσα ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγων· ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοὶ, ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα.

Καὶ

Cap. IV, 1. Hactenus mandata ecclesiis Asiaticis iniungenda. Nihil antiquius habuerat noster, cui suorum et laudes et vitia probe cognita fuerant et perspecta, quam de his commonefacere ciues, ne falsa spe lactarentur, reditum Messiae, omnibus aduersariis grauem et metuendum, gratum sibi fore, etiamsi in doctrina et vita digne gerenda negligentiores fuissent. Nec fortiora facile praecepta sua augurabatur fore aut efficaciora, quam si ex ipsius Messiae ore accepisse se eadem affirmasset. Sed his absolutis, mutata scena, prorsus alia rerum facies exsistit: neque a primo tantummodo limine, vt antea, Messiam salutat poeta, sed contemplatur desideratissimum eius aduentum ipsum. Ad tanta autem euenta digniore carmine celebranda maiori profecto apparatu opus erat. Disparet igitur figura, quae inde a Cap. 1, 12. oculis obuersata fuerat, postquam acclamauerat vatem, atque e templi porticibus sursum tulerat. Et vix aliter potuit poeta, si sub figura prorsus alia, scil. agni, Messiam in coelo monstrare mens erat: incongruum enim fuisset, si Messias sub specie hominis ostendisset se ipsum sub figura alia.

En igitur theatrum longe splendidissimum et in coelo ipso instructum, in quem non quidem intrat ipsum poeta, sed proxime tamen ab eo subsistit, vt, quaecunque ibi gerebantur, intueri oculis posset et contemplari. Iam quaecunque hinc vsque ad Cap. 12 de rebus in terra euenturis legimus, in coelo decernuntur, peraguntur, aut inde exeunt. Nec mirum illud, quandoquidem et omnino omnia, quae in terris euentura sunt, ex Judaeorum mente in coelo prius coram coelitum consessu deliberabantur, ostendebanturque (vid. loca Rabb. apud Wetst. et Eichh. ad h. l. et prolegom. Eichh. p. V): et in primis Messias, terrarum gentiumque dominus, ex nullo loco prodire potuit digniore, quam e coelo. Iisdem fere ex caussis, et poetae veteres, quotiescunque in coelestem Jouae regiam

Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδοὺ θρόνος 2
ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον καθή-
μενος·

giam intuentur, Jeſ. c. 6. Ezech. c. 1. c. 10 ſq., theatrum in coelum transponunt. Id autem quomodo a noſtro adornatum ſit, iam licebit contemplari, et delectabimur profecto imagine anguſtiſſima, dummodo noſtram aetatem exuere, atque in iſta tempora et loca nos quaſi inſinuare non grauemur.

Μετα ταυτα, *poſtquam ita allocutus me erat, et haec mihi mandata iniunxerat forma illa, quae Meſſiam repraeſentabat.* Ειδον. *plura vidi, quae monſtrabant rem ipſam, cuius quaſi prologus erat ſcena, in qua hactenus verſabar.* Θυρα ανεωγμ. Quotiescunque ecſtaſi corripiuntur diuino ſpiritu agitati homines, coelum, vt modo adnotauimus, locus eſt, quem conſpiciunt, Actor. 10; et ſi altius inſurgit phantaſia, ſublimius adeo quid coelo, 2 Cor. 12, 2. Atque cum coelum firmum quid videatur eſſe et ſolidum (רקיע), frangatur id et aperiatur neceſſe eſt, vt conſpici poſſint, quae intus geruntur: inde ουρανος dicitur ανεωγμενος, Actor. 10, 11; 7, 56. Id iam ex phraſi, antea quoque c. 3, 8. vſurpata effertur per: θυρα ανεωγμενη εν τῳ ουρανῳ, quod et apud externos ſimiliter effertur Ouid. Met. 1, 172; 2, 4, alibi. "Atria nobilium valuis celebrantur apertis."

v. 2. Ευθεως *eodem temporis momento, quo perſonuerat aures meas vox diuinae illius formae.* Εγενομην εν πν. vid. ad 1, 10. Hinc ergo infit monſtrare ſe vati noua ſcena. Και ιδου θρονος etc. Sequitur deſcriptio aulae ſeu palatii diuini, quod erat in coelo, Pſ. 29, 9. Jeſ. 66, 1. in quo ad regum Aſiaticorum pompam et ſplendorem colluſtrando et veterum poetarum permulti elaborauerant, Jeſ. 6; Ezech. c. 1; c. 10; Dan. 7, 9; 1 Reg. 22, 19. et ſequiores Judaei ſollertiores ſe praeſtiterunt, cf. Schöttg. et memorabilem locum ex *Pirke Elieſer* c. 4. ab Eichhornio ad h. l. exſcriptum. Επι τον θρονον καθημενος ſc. τις, *nec thronus vacuus erat.* Volunt nonnulli, nomen illius numinis, quod occupauerat ſolium, idcirco non prolatum eſſe a poeta, quia et ineffabile ſit, c. 19, 12. et diuulgare talia nefas habebatur: proinde aeque ambigue loquutum eſſe et Ezechielem, c. 1, 26. 28. Mihi tamen iſtud nonniſi ex negligentia ſcribendi videtur

3 μενος· καὶ ὁ καθήμενος ὅμοιος ὁράσει λίθῳ, Ἰάσπιδι καὶ Σαρδίῳ· καί ἶρις κύκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία

tur omiſſum, quae in omni hoc capite conſpicua eſt vel maxime.

v. 3. *Atque, qui ſolio inſidebat igne et luce vndequaque coruſcabat, eratque totus quaſi naturae igneae*, cf. regiam Solis Ouidiano carmine celebratam. Metam. Lib. 2, 1 ſqq. Hanc ſententiam expreſſurus poeta colores mutuatur a gemmis clariſſima luce fulgentibus, quales colores plures adhibet poeta et Cap. 21, vbi de gemmis plura aſſerentur. Ezechielem potiſſimum ſecutus, apud quem Ezech. 28, 13. gemmae ſplendorem et diuitias delineant: cf. Ezech. 1, 26. 27; 10, 1 ſq. H. l. occurrunt nonniſi tres. Ιασπις, gemma, cuius varia genera apud veteres recenſebantur, e quibus excellebat genus rubrum ſeu purpureum, vid. Pſellus περι λιθων δυναμεων, et Braunius de veſtitu ſacerdot. Lib. 2. c. 19. p. 586. Sunt tamen, qui adamantem, omnium gemmarum praeſtantiſſimam, nomine ιασπιδος ſignificatum hic credant, quia c. 21, vti et h. l. ordine primus ponitur, et quia LXX. adamantem יהלם per ιασπιδα vertunt Exod. 28, 8. Utut ſit, gemmarum ſplendidiſſima aliqua, quae fulgore ſuo aciem praeſtringit, indicatur. Σαρδιος ſeu σαρδινος, vti promiſcue legitur, ſcil. lapis, Hebr. אדם, colore purpureo ſeu rubro, cui tamen palloris quid erat admixtum, vt ad carnis humanae colorem accederet, quare et *carneolus* vocatur. Plin. Hiſt. N. 37, 7. extrem. Braun. de veſt. ſac. 2, 8. p. 501 ſqq. Κυκλοθεν, *in circuitu*. Apud LXX vſurpatur 1. Reg. 3, 1; 6, 5. 6; Jud. 2, 14 etc. alias eſt κυκλῳ, Marc. 3, 34. quod et promiſcue legitur. Ιρις, arcus coeleſtis (Ezech. 1, 28.), et omne, quod eius formam et ſpeciem refert et ſplendet, vt adeo et haec nonniſi ad ornandam et amplificandam imaginem ſplendoris addita eſſe exiſtimanda ſint, licet nonnulli, e. gr. et ſchedulae Koppianae, diuinam numinis ſummi gratiam ad Gen. 9, 13. indicatam eſſe velint, et alii illam adeo iridem, quae in effigiebus ſanctorum caput circumdare repraeſentatur, ſatis inſulſe exiſtiment et hic eſſe depictam. Si ſpecialius quid expreſſum eſſe credere placet, ex adiecto ὁμοια σμαραγδινῳ, ſc. λιθῳ id ſignificatum eſſe credas, vt acies oculorum colore rubicundo

ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ. Καὶ κυκλόθεν τοῦ 4
θρόνου θρόνοι εἰκοσιτέσσαρες, καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους
εἰκοσιτέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περι-
βεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ ἐπὶ τὰς
κεφα-

cundo et albicante hebetata, restitueretur, si colore virescenti, qui oculis est gratissimus, mitigaretur et mulceretur pyropi rubor. Est enim smaragdus tanta viriditate, vt omnia iuxta se posita virescere faciat. Plin. H. N. 37, 5; Isidor. Orig. 17, 7, vbi smaragdus ad tertiam dignitatis, gemmarum classem refertur. Sed praeterea et regia dignitas iride indicatur, vt constat ex Velleio Paterc. 2, 59; "cum intraret vrbem (Augustus), solis orbis super caput eius curuatus aequaliter, rotundatusque in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est." Proinde et regia dignitas summi numinis iride exprimitur. Ecce ergo iucundissime delineatam imaginem, et alibi in vtroque Testamento satis crebro obuiam, Deum habitare in luce inaccessa, nec facile posse hominum quemquam nisi cum magno vitae periculo conspicere eundem aut propius accedere. Exod. 19, 18-24; 20, 18; 28, 17; 33, 20; 39, 10; Deut. 4, 11. 12; 1. Tim. 6, 16; Hebr, 12, 18; Jo. 1, 18; 1. Jo. 4, 12. Atque in tanto splendore nolimus subtilioribus argutiis delectari, dicendo veluti, vti existimat JOHANNSEN, Jaspidem et Sardium lapidem idcirco prae aliis a poeta esse selectos, quia ii inter lapides, quibus ornatum erat pontificis maximi pectus, et primo et vltimo loco erant collocati, ad aeternitatem Jouae indicandam etc.

v. 4. Sicuti dynastes, solio insidens, superioribus regni magistratibus, qui ipsi sunt a consiliis secretioribus, circumdatus est: ita et h. l. summum numen cingit senatus coelestis, Εικοσιτεσσαρ. πρεσβυτ. Senioris aetatis homines vbique in senatum adhibebantur, vt זקנים in Synedrio Hierosolymitano, patres apud Romanos, πρεσβυτεροι apud primos christianos etc. Cf. Schöttg. de Hieros. coelest. in hor. Talmud. Tom. I. Cap. 3. p. 1222. Tanto autem honore nonnisi illi digni habiti fuisse videntur, qui de re christiana aut morte aut alia re optime promeruerant: hos ergo sub sena-

5 κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς. Καὶ ἐκ
τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ
βρονταί· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι
ἐνώπιον τοῦ θρόνου †, αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα
† αὐτοῦ

τοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Servat lectionem receptam textus Bengelianus. Sed poſt θρονου addendum αυτου, vt eſt in pluribus vtriusque familiae ap. Wetſt. et Gr. 5 ap. Mt. 3 ap. Alt. et 4 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Verſ. Syr. Arethas, probb. Wetſt. Griesb. etc.

ſenatorum coeleſtium effigie adumbratos eſſe credamus, qua ipſa re eis, qui etiamnum pro re chriſtiana pericula ſubibant, animus addebatur. Cf. cap. 5, 5-9; 7, 13, 14; 20, 4; Luc. 20, 36. Numerum 12 ad tribus Iſraelit. ſelegiſſe poetam liquet: cur tamen eum duplicaverit, ambigunt intt. dicuntque, vel quod totidem praefecti fuerint in vrbe (Ezech. 8, 16; 11, 1.); vel quod 24 ordines ſacerdotum et Levitarum a Davide conſtituti legantur (1. Paral. 24, 25). Sed quidni haec et ſimilia poetae arbitrio linquimus? Sin tamen ratio duplicati numeri vehementius flagitabitur, dicamus, ex altera parte conſediſſe duodecim ex Judaeis, ex altera ex gentilibus quondam ad ſacra J. C. transgreſſos, aut, quod praeſtare videtur, ex vnaquaque tribu duos, alterum a dextra, alterum a ſiniſtra numinis parte. Λευκοις: vel ad innocentiam, qua occubuerunt, indicandam, vel, quod ſatius videtur, non-niſi ad ſplendorem exprimendum, vid. ad c. 3, 4. quia eodem tendunt et, qui ſequuntur, στεφανοι χρυσοι. Herderus ad alba ſacerdotum veſtimenta reſpicit quibus indicatum vult, chriſtianos eſſe ἁγιον Dei ἱερατευμα. — Adde text. receptum ad mitigandam anacoluthorum duritiem, ante εικοσι τεσσαρας inſerere ειδον τους, et εσχον ante επι τας κεφαλας.

v. 5. Φωνη, tonitru, vt קול, Pſ. 29, 3. 4 ſqq. Tonitrua, fulgura, et quae vna adeſſe ſolent phaenomena, ſedem numinis inſigniunt auguſtioremque reddunt, cuius thronus, licet clariſſima luce ſplendens, nubium tamen

τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου ὡς θάλασσα 6
ὑαλίνη ὁμοία κρυστάλλῳ· καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου
καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 6. ὡς ante θαλασσα abest e textu communi, sed inuenitur in A pluribusque vtr. fam. ap. Wetst. et Gr. 5 ap. Mt. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Vulg. Syr. Ar. Copt. Areth. Tertull. Augustin. etc. Saepius ad similitudinem indicandam vocula ὡς in carmine nostro inseritur.

men caligine interdum et spissis tenebris fulgure coruscantibus etc. obuoluitur a poetis; vid. Ex. 19, 16; Ps. 50, 3; 97, 1–6; Dan. 7, 10, et loca plura, in quibus כבוד יהוה carmine celebratur. Similia de Jouis throno ex scriptoribus exteris ad h. l. affert Wetsten. *Pirke Eliefer* 4: "scabellum pedum ipsius sunt sicut ignis et fulgur." — Hinc iam nequit sibi temperare, quin, ad illustrandam coelestis regiae imaginem, et e templo Hierosolymitano, quo celsius quid et splendidius mente concipere nequibant Judaei, nonnulla in coelum transferat; protinusque ibi fulgent septem illa candelabra c. 1, 12, sed non terrestria aut corporea, neque enim iis indiget diuina natura omnia mente sua complectens, verum πνευματικα, illa puta πνευματα 7, a quibus salutem dixerat c. 1, 4; Zach. 4, 10; Sap. 1, 7.

v. 6. Ὑαλινος deriuat. a ὑαλος *vitrum*, *vitreus*, *vitro seu crystallo similis*, *pellucidus*. Pauimentum depingit poeta (cf. Exod. 24, 10), cui impositus erat thronus. Id autem superior seu interior pars erat coeli, firmamenti, רקיע, quae et Gen. 1, 7. dicitur mare supernum. At mare, sicuti aqua omnino, saepissime vitro aut crystallo confertur, veluti Cap. 22, 1. de quo exemplorum farraginem congestam videsis apud Wetst. quapropter et h. l. dicitur ὑαλινη. Alii vertunt: *colorem hyacinthinum referens*, *cuius speciem habet mare: Ein crystallnes oder himmelblaues Meer.* Qui et hic symbola gratiae diu. quaerunt, ex oppos. seueritatis tonitruum etc. nimios se exhibent, perinde ac ii, qui mare aheneum, quod in templo Israelitarum erat conspicuum, hic exprimi credunt. — Iam ornando solio diu. diutius immoratur poe-

 tae

καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα, γέμοντα ὀφθαλ-

tae ingenium, ad imitationem Ezechielis, qui Cap. 1. similia depingit. Ornamenta autem illa et nostro poetae, vti Ezechieli, mirabiles sunt et fabulosae animantium figurae, sphinges, gryphi, quale ornamenti genus, sicuti et illud, quod ex floribus imaginariis ad parietes et supellectilem adhibetur, in terris orientalibus vsitatum fuit et hodiernum est, et ad nostras terras vsque migrauit. Videantur rudera Persepolitana apud *Chardin itinerar. in Persiam* 1, 56; *Niebuhr Reisebeschr. nach Arabien*, T. II. tabula 20 etc. Quid quod et cherubes circum arcam foederis eodem pertinent, cf. *Eichh. Einleit. ins N. T.* B. 2. p. 359. Eiusmodi formas, praeeunte in re simili Iesaia c. 6, 1 sq.; Ezech. 1. et 2. noster diuino throno adiungit; longe tamen praestantior videtur Ezechiele, qui nimis copiosus est, eademque idemtidem repetit. Ζωα, noli vertere *bruta animalia, Thiere*, sed etymologiae vocis inhaerendo *animantia, naturae animantes, lebendige Wesen;* et quidem intelligentes, sicuti depinguntur infra v. 8; c. 6, 1. 3. 5. 7. et prae aliis naturis angelorum instar eminentes, significantesque vim et celeritatem, qua operatur numen, in cuius regno immenso nihil vacuum est aut mortuum. Ea autem ζωα dicuntur γεμοντα οφθαλμων, ad curam vigilem, qua omnia circumspicit numen, indicandam. Cf. Ouid. Met. 1, 624; Eustath. ad Odyss. δ. *Auoda Sacra* 1: "dicunt, angelum mortis esse plenum oculis." Eundem in finem et rotae, quibus insistit thronus diu., oculis obsitae sunt apud Ezech. 1, 5 sqq. Nostris autem animantibus oculos in partibus corporis et anterioribus et posterioribus attribui necesse erat, quia collocata erant ista ζωα εν μεσῳ του θρονου και κυκλῳ τ. θρ., vti et ap. Ezechielem; quod ita explicandum videtur, ac si posterioribus tergi partibus ita impositus fuerit thronus, vt vndequaque prominerent facies, sed nonnisi duae facies a vate conspicerentur. Non valebant itaque omnia circumspicere, nisi vbique in corpore lumina adfuissent. — Possis tamen et suspicari, εν μεσῳ του θρονου (quod quo minus ex Hebraismo positum dicamus pro mero εν θρονῳ, sequentia κυκλῳ του θρονου prohibent) per enallagen satis frequentem

ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. Καὶ τὸ 7
ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον
ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ
πρόσωπον ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον
ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ. Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, 8
ἓν καθ' ἓν αὐτῶν, ἔχον ἀνὰ πτέρυγας ἕξ, κυκλό-

θεν

tem poetis dictum esse ad exprimendam sententiam, *θρονον* fuisse in medio animantium: iamque nil exprimeretur aliud, quam: thronum circumdatum fuisse animantibus, non autem gestatum: idque eo fit probabilius, quod, si gestauerint solium, multi oculorum illorum, quibus obsita erant corpora, fuissent tecti.

v. 7. Non quidem eadem omnibus animantibus erat figura: at in omni tamen exprimebatur quid, quod in suo genere principatum tenet. Irenaeus aduers. haeres. lib. 3. c. 11. §. 8. Και γαρ και τα Χερουβιμ τετραπροσωπα, και τα προσωπα αυτων εικονες της πραγματειας του υιου του Θεου. Το μεν γαρ πρωτον ζωον ὁμοιον λεοντι, το εμπρακτον αυτου και ἡγεμονικον και βασιλικον χαρακτηριζον. Το δε δευτερον ὁμοιον μοσχῳ, την ἱερουργικην και ἱερατικην ταξιν εμφαινον. Το δε τριτον εχον προσωπον ανθρωπου, την κατα την παρουσιαν αυτου φανεροτητα διαγραφον. Το δε τεταρτον, ὁμοιον αετῳ πετομενῳ, την του πνευματος επι την εκκλησιαν εφιπταμενην ουσιαν σαφηνιζον. *Midrasch Tehillim*, 103, 9: "quatuor sunt, qui principatum in hoc mundo tenent. Inter omnes *homo*, inter aves *aquila*, inter pecora *bos*, inter bestias *leo*." *Pesikta in Jalkut Rubeni*, fol. 131, 3: "Vexillum Judae leo, Rubenis homo, Ephraimi bos, Danis aquila." Ex his ergo rationibus has potissimum animantium figuras selegit, sequutus et in his Ezechielem c. 1, 10; 10, 14. Indidem et quatuor euangelistis vulgo appingi solent eaedem figurae. Μοσχος non *vitulum* designat, sed *genus bouinum omnino*, et quidem, qui in eodem fortissimus est, *taurum*.

v. 8. Πτερυγας, vel, vt thronum, si tergo impositum eum credimus, hinc inde mouerent, vel, vt circumvolare possent eundem, si id minus probabitur, vel, vt omnino indicaretur, omnia in rerum natura vitae esse plena,

θεν καὶ ἔσωθεν γέμουσιν ὀφθαλμῶν, καὶ ἀνάπαυ-
σιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς λέγοντες· ἅγιος,
ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἦν
9 καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος. Καὶ ὅταν δώσουσι
τὰ

VARIAE LECTIONES.

v. 9. Pro δωσουσι habent δωσι (vel δωσει) plures ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. et 5 ap. Birch. Dubitant tamen critici e textu proscribere lectionem difficiliorem. Eadem et v. 10. diuersitas, vbi legitur quoque προσκυνουσι, βαλλουσι, praeferente Langio, sed absque idonea testium auctoritate.

-plena, quandoquidem alae, vt oculi, vitae et motus emblemata sunt. Ἐξ; vt ap. Jes. 6, 2. 3. quum Ezechiel nonnisi 4 alas fingat. Sed arbitrio poetae ea relinquenda, nec de caussis quaerendum argutius. Γεμουσι vel γεμοντα, quod textus receptus habet, (cf. dissertat. exegetica in Apoc. quaedam loca praeside Storrio defensa. Tubing. 1795. Sed et varie omnino legitur hic versus, sensu tamen non diuerso.) ad ζωα omnino referendum erit, vt nonnisi repetantur, quae dicta fuerant v. 6, non ad πτερυγας, quae sane incongrua foret effigies, si et alis interposita oculorum lumina velles dicere: nisi cum Eichhornio lumina illa, et h. l. et supra v. 6. non ad scientiam eorum et vigilem curam, sed omnino ad splendorem, quo luminum instar coruscabant, posita esse malimus, quod tamen non placet. Κυκλ. και εσωθ. Et hae voces non ad alas, sed ad omne corpus erunt referendae, indicabitque vox εσωθεν eam partem, quae thronum, in centro quasi collocatum, spectabat, vel si mauis, alvum, versus terram spectantem. Αναπαυσιν ουκ εχουσιν. quia sine intermissione thronum circumuolitant. Vel, si thronum gestatum esse velis, pro simpliciore ου παυονται dicta existimentur et ad λεγοντες trahantur: "probe conscie, summae naturae thronum a se gestari, in laudes eiusdem et praeconia effunduntur," vti Jes. 6, 3. Ὁ ην etc. ad c. 1, 4. — Nolimus autem offendi nec crebris anacoluthis, quae in hoc capite occurrunt, nec imaginibus, nostrae aetati parum congruis, cui displicebit, sum-

τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ
καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων, πεσοῦνται οἱ εἰκοσιτέσ- 10
σαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ
τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνήσουσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους
αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου λέγοντες· ἄξιος εἶ, 11
Κύριε

summum numen celebrari a naturis intelligentibus quidem, sed forma tauri, leonis etc. indutis.

v. 9. 10. *Δωσουσι.* Futurum hoc cum insequentibus ex more Hebraeorum aoristi vicem gerit; pro quo bene graeci scriptores ponunt aorist. 1, *quotiescunque numinis laudem celebrant, cadere solent et adorare* etc. En tribus synonymis cumulatius ornatas laudes, quas Deo canunt. *Βαλουσι στεφανους*, in signum reuerentiae, qua potestati illius subiectos se testabantur. Moris id fuit olim, fere vt nunc arma tradunt et gladios milites capti. *Midras in Jalkut Simoni* 1, fol. 55, 2: "cum Mosen et Aaronem coelesti splendore viderent (reges Orientis etc.), tremor in eos incidit, et sumserunt coronas de capitibus suis, eosque adorarunt." Plutarch. in Lucull. cap. 32: *Τιγρανης το διαδημα της κεφαλης αφελομενος εθηκε προ των ποδων*, cf. c. 36; Tacit. Annal. 15, 2; Xiphilin. in Pompeio p. 6; Cic. orat. pro Sexto c. 27. *Δοξαν — δυναμιν.* Et hic ter cumulata synonyma adsunt, nam *δυναμις*, perinde ac *κρατος*, c. 1, 6, vbi vide, ex Hebr. עוֹז, *laudem* indicat. *Δια το θελημα*, cf. Ps. 148, 5. De plurali verbo cum neutro plur. *παντα* contra graec. lingu. normam vid. et c. 1, 19. — Egregie hic ex senatorum coelestium ore resonat hymnus, quem praecinerant naturae illae mirabiles.

Omni autem capite nil aliud agit poeta, quam vt theatrum, vnde rediturus in terras sit Messias, quam celsissimum se et augustissimum conspexisse testificetur. Quandoquidem enim coelitus in terras descenderat, et in coelos denuo elatus fuerat Messias, et hinc rediturus mox ad suos sperabatur: hoc itaque theatrum instruendum ante omnia, haec scena

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δύναμιν· ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου ἦσαν καὶ ἐκτίσθησαν.

CAP. V. 1 Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 11) Ἦσαν. Ita pro vulgari lectione εἰσιν habet AB. pluresque ap. Wetst. et Gr. 3 ap. Mt. 1 ap. Alt. 4 ap. Birch. Verss. Copt. Arabb. Vulg. Areth. prob. omnibus fere criticis. Εἰσί, *existunt*, facilior lectio, quam ἦσαν, quod indicat *exstiterunt tum, quum crearentur*, seu condita sunt et manent.

scena adornanda erat. Atque in hoc allaborauerat poeta, quum de Messia ipso eiusque reditu in hoc quidem capite ne verbo quidem mentio iniiciatur. Sed propius iam ad rem, quam carmine celebraturus est, ipsam accedit

Cap. V. Vix enim collegerat se poeta ex stupore et admiratione, quae atrium coeleste ingressum occupaverat, sibique redditus erat: en accuratius in summam diu. maiestatis sedem intuendo librum conspicatur, pluribus i. e. septem sigillis munitum, in quo, quae de Messiae reditu pernoscere gestiebat, scripta contineri augurabatur. Neque hoc poetae commentum a Judaeorum cogitandi ratione abhorruit, quorum poetae et Jouae suo eiusmodi libros attribuebant, quales secum habent et consulunt principes; veluti librum, cui inserta erant ciuium nomina, βιβλον τῆς ζωῆς (c. 3, 5; 20, 12; Exod. 32, 32 etc.): alium, cui decreta de vita singulorum hominum rebusque vel secundis vel aduersis erant inscripta, Ps. 139, 16: alium denique, cui inerant, quae de omni genere humano fata constituerant, Deut. 32, 34. Atqui ex his diu. decretis illo quidem tempore longe grauissima videbantur ea, quae de mittendo in terras Messia, de modo ac ratione, qua per eundem beandum sit humanum genus, de gentibus ad eandem felicitatem admittendis etc. opinione, sermone, disputationibus etc. vsurpabantur. Quidni ergo et, quae de *reditu* Messiae ad regnum instaurandum in fatis erant, libris consignata atque apud Deum reposita fuisse

ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά. Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 1. Pro οπισθεν, quae eſt lectio vulgaris, recepta et a Bengelio et a Griesbachio etc., etiam εξωθεν legitur in 17 codd. iunioribus ap. Wetſt. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Alt. 6 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Vulg. Arabb. Copt. Aeth. Arm. Andr. Areth. Oecumen., eundem probabilitatis gradum lectioni aſſignante Griesbachio. Poteſt contra vtramque lectionem diſputari, dicique, οπισθεν inuectum eſſe ex Cap. 4, 6, vt Bengelius, vel ex Ezech. 2, 10, vt Matthaei ſuſpicatur, εξωθεν autem eſſe inſertum, quia οπισθεν duriuscule dictum videbatur, quod tamen eundem ſenſum parit, idemque fere exprimit, quod vulgo nominatur: *in dorſo.*

fuiſſe credimus? At vero arcana ſunt, altiusque recondita, vt diuina decreta omnia, ita et illa, quae ad Meſſiam ſpectant, nec niſi numini ipſi ſeu πνευματι inveſtiganda, vid. e. gr. 1. Cor. 2, 7 ſqq. (qui locus eſt claſſicus); Eph. 3, 9; Col. 1, 26. Proinde et, quae de redeunte Meſſia ſperanda erant chriſtianorum coetui, ſanctiſſimis quaſi inuolucris latent, nec vlli rerum creatarum patefiunt, ne Meſſiae ipſi quidem, nedum eius cultoribus, ſed ſoli Deo cognita ſunt, Matth. 24, 36; Actor. 1, 7. Quemadmodum igitur poetae in throno diuinae gloriae librum conſpicato in promtu fuit, ſuſpicari, hunc eſſe illum, in quo de deſideratiſſimo Meſſiae reditu expoſitum eſſet, ita haudquaquam mirum videtur, ita occluſum illum et ſigillis munitum (Deut. 32, 34; Jeſ. 29, 11.) conſpici, vt ipſi ſoli ad eundem aditus neutiquam pateret, niſi accederet natura diuina, quae recluderet ſigna, et interpretaretur, quae in eodem conſignata perhibebantur (i. e. αποκαλυπτειν, φανερωσαι). Sed proh dolor! nemo coelicolarum reſignando libro parem ſe fatetur; nec ſolus libri adſpectus quidquam prodeſt: proinde obortis lachrymis dolorem teſtatur, ſpem fefelliſſe: at recreatur denuo, conſpicatus Meſſiam ipſum, qui reſignando libro manum adiiceret. Namque ſi liber, ad quem adhuc quidem nemini acceſſus patuit, reſignandus tamen

2 Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα ἐν φωνῇ μεγά-

tamen argumentumque patefaciendum erat, nemini facile in omni rerum natura id largitus fuisse Deus putabitur, quam Messiae ipsi.

v. 1. Βιβλιον non solum *librum* indicat, sed et *documentum* quoduis in tabulas relatum. Appian, Hispan. p. 466, βιβλια εσφραγισμενα (*versiegelte Depeschen*) περιεπεμπε, και εκελευσε ἡμερᾳ μιᾳ παντας αποδουναι. Cf. Schöttg. ad h. l. Επι την δεξιαν etc. prorsus vt in iudiciis ea documenta, de quibus deliberandum est, adsunt, ita hic apparent tabulae, quibus inerant ea, quae de reditu Christi coram senatu coelesti promulganda erant. Εσωθεν, *ex latere recto*, quod εσωτερον redditur, si conuoluitur membrana: οπισθεν *ex latere aduerso*. Litteris ita obsitus erat libellus, vt nil superesset spatii. Ita nonnunquam scribebatur apud veteres, vocabanturque eiusmodi scripta οπισθογραφα. Iuuenal. 1, 6. *liber scriptus a tergo*: cf. Plin. 3. epist. 5; Lucian. in Vitarum Auction. §. 9. Indicatur, et grauissimas esse res, quae in tabulas erant relatae, et ita luculenter descriptas, vt, quod adderes, nil superesset. Sunt quidem, qui post εσωθεν interpungant, et οπισθεν ad κατεσφραγ. referant, sed male: nam indubie Ezechielem expressit noster, qui c. 2, 10. fere eadem habet. Σφραγισι ἑπτα κατεσφραγ. i. e. *firmissime obsignatum*. Sed numerum septenarium verbotenus intelligendum esse, infra ex cap. 6. patefiet. Itaque de forma libri erit dispiciendum, quam sibi finxerit ingenium poetae. Atque hic, quidquid moneat Ill. Eichhornius, cuius mentem hic non plane assequor, iis accedo, quibus membrana vna vtrinque litteris contecta librum ipsum videtur effecisse. Ea autem, circumvoluta ligneolo, circumdabatur septem membranis seu inuolucris aliis, quorum vnum ambiebat alterum, vnumquodque autem et sigillo munitum erat et intrinsecus non quidem litteris sed figuris symbolicis inscriptum. Plura vid. ad c. 6. 1. Nequibat quidem ex hac explicatione *videre* oculis poeta membranam ipsam vtrinque scriptam, sed per prolepsin, vt saepissime alias, nedum in carmine, fieri solet, ait vidisse se librum scriptum, i. e. *librum, quem postea comperit scriptum esse.*

v. 2.

μεγάλῃ· τίς ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον καὶ λῦσαι
τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο ἐν 3
τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὑποκάτω
τῆς γῆς ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό.
Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολὺ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη, 4
ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον οὔτε βλέπειν αὐτό. Καὶ 5
εἷς

VARIAE LECTIONES.

v. 4. πολυ. Exhibuit hanc lectionem Bengeliana recensio, quae est in pluribus codd. Andr. Areth. etc. quum Griesb. retineat lect. receptam πολλα, nostrae tamen eandem probabilitatem concedat.

v. 2. Αγγελον. Hic est primus angelus e multis, quos in scenam producit carmen nostrum, eoque fungitur is munere, vt grauissimas res, sed et praeter Deum nemini cognitas, inesse tabulis demonstret. Μεγαλῃ φωνῃ. Naturae hominibus praestantiores, et maiore corporis vi pollere finguntur, vnde αγγ. ισχυρος, cf. c. 1, 15; 10, 1. et maiorem vocis sonitum edere; supr. ad 1, 10. 15; c. 10, 3 etc. Λυσαι. Ita et Polyaen. strategem. p. 453. Λυειν τα βιβλια.

v. 3. Ουτε επι της γης etc. ex vulgari loquendi modo, Exod. 20, 4; Phil. 2, 10: quae tamen nostris auribus inconvenientius videbuntur dicta, quando nonnisi in coelo res peragitur. Βλεπειν αυτο. Atqui conspiciebatur liber a coelicolis omnibus, Joanne etc.? Sed Eichhornius explicat βλεπειν εις αυτο, *argumentum pernoscere*, id quod nemini contigit: Jes. 14, 27; Jerem. 23, 18. Potest tamen vox βλεπειν indicare *adspicere, intueri*, נבט, Matth. 5, 28; Actor. 3, 4. "Nemo ausus est oculis intueri librum, quem tam grauia orbique terrarum pertimescenda fata continere augurabantur omnes."

v. 4. Πολυ. Siue ita siue πολλα legas, idem est. Luc. 7, 47; Marc. 3, 12; 5, 10; Virg. Aen. 1, 469. "Multa gemens." Fleuit autem vates, quia iam frustra ingressus in curiam sanctam videbatur, spesque, quam conspecto libro conceperat animo, fefellerat; timendumque erat, ne infecta re redeundum esset

εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι· μὴ κλαῖε· ἰδοὺ
ἐνίκησεν ὁ λέων, ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα
Δαυὶδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον καὶ τὰς ἑπτὰ σφρα-
6 γῖδας αὐτοῦ. Καὶ εἶδον ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου
καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυ-
τέρων

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Pro ανοιξαι, quae est lectio recepta, legitur et ὁ ανοιγων, eodem probabilitatis gradu apud Griesb. — Inter καὶ et τας ἑπτα σφραγ. inserit lectio rec. λυσαι, quod tamen in probatissimis deest.

esset sibi ad afflictos coetus christianos, quibus coeleste solatium afferre gestiebat.

v. 5. Εἷς vel pro πρωτος Gen. 1, 5; Apoc. 6, 1; Matth. 28, 1; vel omnino *vnus* e sancto coelitum consessu, arcanorum diu conscius, qui animum reddit vati dicendo: *Messiae contigit, resignare Dei consilia et patefacere.* Is Messias vocatur λεων εκ τ. φυλ. I. quia, vt leo inter animalia, ita Messias inter naturas intelligentes primas obtinet, atque ex tribu Judae, qui Gen. 49, 9. leoni confertur, (vnde et leonis signum vexillo tribus Jud. inerat) procreandus erat, nec e tribu Judae solum, sed speciatim e familia Dauidica, vnde et audit ἡ ριζα Δαυιδ, velut surculus ex accisi stipitis Davidici radice denuo resurgens, vti Jes. 11, 1-11; 53, 2; Apoc. 22, 16. Ita ferme Liu. 26, 41: "fauete nomini Scipionum, veluti accisis recrescenti stipitibus." Hic autem Messias ενικησε, quod ex Hebr. זכה explicatur ab Eichhorn.: *caussam in iudicio obtinuit;* adeoque prae omnibus aliis dignus habitus est, qui resignaret arcanas tabulas. Scilicet in his quidem terris viuens nondum compertum habebat Messias, quando rediturus esset in terras Matth. 24, 36; Actor. 1, 7: at in coelum sublatus precibus et sollicitationibus apud Deum euicit et impetrauit, vt sibi ante omnes patefieret, quibus phaenomenis rerumque euentibus in terris sit rediturus ipse.

v. 6. Id quidem iam compererat vates ex senioribus, Messiam recludendis arcanis Dei consiliis parem esse. Sed nondum conspexerat in sanctis-

τέρων ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτὰ, οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Pro εσφαγμενον ex alia forma inusitatiore legitur in edit. Complut. εσφαγισμένον, quod si ex antiquiore aliquo cod. in illam editionem admissum est, forte ex eodem codice mutabatur in εσφραγισμενον, quod est in tribus ap. Wetst. et Gr. 1 ap. Birch. Areth. — Cf. v. 12. et c. 6, 9, vbi eadem ferme incidunt.

sanctissimo illo senatu Messiam, quem tamen, vtpote Dei in gubernando terrarum orbe socium, in coelo prope Deum adfore recte iudicat. Itaque dum quaerit eundem et inuestigat: circumspicientis oculis en offert se agnus (nam symbolice repraesentandus erat Mess. vt c. 4. numen), et quidem εσφαγμενος, sub cuius effigie non Joannes baptista solum Jesum commendat (is autem Jo. 1, 29. prorsus alia praedicat; ne forte ex hac similitudine testimonium pro Joanne apostolo carminis auctore petas), sed Jesaias, cuius oracula c. 53, 7. menti obuersata videntur. Dicitur autem ὡς εσφαγμεν., vt ὡς, vel ad modum Hebr. כ sit *veritatis* nota, 2. Cor. 5, 20; Jo. 1, 14; Num. 11, 1; Hos. 4, 4, vel *comparationis*, sensu hoc: *non quidem mactatum, sed vulneratum et quidem ita grauiter, vt pro mactato haberi potuisset*. Exprimere videtur voluisse, vt 1 Petr. 3, 18, fin., Jesum Messiam, θανατωθεντα μεν σαρκι, ζωοποιηθεντα δε τῳ πνευματι, vnde non mortis solum emblemata adhibet, vulnera, sed et recuperatae vitae et potestatis, κερατα, quae sunt potentiae symbola, maiestatisque et tutelae, in quam quis suscipit alium, Thren. 2, 3. 17; Ps. 89, 25; 75, 11; Dan. 8, 20. 21; Zach. 1, 18-21. Ita duces exercituum vocabantur קרני מלחמה vid. Wetst. ad c. 13, 1: et Jovi Ammoni cornua, vt maiestatis et potentiae emblemata, attribuuntur. Porro οφθαλμους, sapientiae et intelligentiae indicia. Sed ad summam Messiae dignitatem monstrandam additur, hos oculos 7 nil aliud fuisse, quam πνευματα illa div. c. 1, 4, vbi vide, vt adeo, perinde ac numen ipsum, arcana retegere et in profundissimos rerum

7 τὴν γῆν. Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ
τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.
8 Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα
καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν ἐνώπιον
τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάραν, καὶ φιάλας
χρυσᾶς, γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσ-
ευχαὶ

rerum futurarum recessus penetrare possit mens Messiae. Talem ergo naturam, numini ipsi accedentem proxime, et in coelo locus decebat ab eo proximus. Conspicitur autem a vate εν μεσω (non ex Hebraismo pro εν, sed verbotenus intelligendum) του θρονου etc. i. e. *prope thronum in area illa, quae a senatoribus hemicyclio describebatur.* Ita fere in *Pirke Eliefer* IV., "Schechina Dei in medio est, quum quatuor angelorum catervae Dei thronum cingant, et ipse Deus throno excelso insideat."

v. 7. Hic ergo Messias, post superatas miserias ad diuinam gloriam elatus, ad resignandum librum se accingit, adestque iam exoptatissimum temporis momentum, quo, quae scire et suis patefacere gestiebat vates, ipsi monstranda erant. Sed antequam resignantur tabulae, en noua machinatur poeta, atque

v. 8. omnem regiam coelestem laudibus Messiae implet, quae ab innumero angelorum agmine exceptae propagataeque per omnem rerum naturam resonant. Tanto apparatu dignus erat et Messias ipse, et illud temporis momentum, in quo, quae inde ab aeterno latuerant, euulganda erant. His autem hymnis et praeconiis, eis quibus c. 4. extollebatur numen ipsum respondentibus rata fiunt, quae Paullus de diu. J. C. honore cumulat Phil. 2, 9–11; Hebr. 1, 6; 1. Cor. 15, 27. Κιθαραν legendum non κιθαρας. Ea instrumenta musica in templo Hierof. vsurpabantur. Φιαλας similes illis, quas templo intulerat Salomon, 2. Paral. 4, 1. Copiosissimus in illustranda voce est Wetsten. Ἁι εισι αἱ προσευχ. τ. α. quasi dict. "Nec sine sensu aut indicio erat iste suffitus: sed emblema earum precum, quas in terris pii Dei cultores numini adhibent." Saepissime

εὐχαὶ τῶν ἁγίων· καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν 9
λέγοντες· ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον καὶ ἀνοῖξαι
τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης καὶ ἠγόρασας
ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου ἐκ πάσης φυλῆς καὶ
γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους, καὶ ἐποίησας 10
αὐτοὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ
βασιλεύσουσιν ἐπὶ τῆς γῆς.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 10. Αυτους. Ita pro lectione recepta ἡμᾶς AB multique alii vtr. f. ap. W. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Alt. 7 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Ar. Copt. Aeth. Vulg. pluresque latini, et Andr. (ſed non Areth.) probb. Mill. 1111. Wetſt. Matth. etc. Lectio difficilior praeferatur.

piſſime autem thuri conferuntur preces, Pſ. 141, 2; Mal. 1, 11; Act. 10, 4; infr. c. 8, 3. 4. Cf. Tac. Hiſt. 2, 14.

v. 9. Καινην. Carmina cantabant et hymnos Hebraei ad certas formulas, quarum quaeque ad certam aliquam rem ſpectabat. Quotiescunque ergo nouum quid acciderat, quod erat ſaluti genti, nouum carmen fingendum canendumque erat, Pſ. 33, 3; 40, 3; 46, 1; 149, 1; Jer. 42, 10 etc. *Bereſchith Rabba* 54, 6: "Cum rediret arca e Philiſtaeis, cecinerunt. R. Meir dixit: canticum maris. R. Jochana dixit cecinerunt Deo canticum *nouum.*" Quapropter et hic, vbi de Meſſia terrarum orbi reddendo agebatur, et de puniendis eiusdem aduerſariis, noua cantica canerentur neceſſe erat, quia eiusmodi quid nondum acciderat; neque ergo ex antiquioribus hymnorum formulis vlla huic rei conueniens in promptu erat. Ηγορασας, ex notiſſima illa metaphora, qua redemiſſe nos dicitur J. C. 1. Cor. 6, 20; 7, 23; 2. Petr. 2, 1; Apoc. 14, 3. 4. "Dignos nos iudicaſti, quos in regni tui ſocietatem admitteres, ſiue e Palaeſtina oriundos, ſiue aliunde, ſine gentium diſcrimine." Caue hinc curioſius quaeras, num ſenatus coeleſtis omnis ex eis collectus fuerit, qui ex gentibus quondam, dum viuerent, ad Chriſti caſtra acceſſerant, martyriumque ſubierant: neque enim,

11 Καὶ εἶδον καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀγγέλων πολ-
λῶν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν
πρεσβυτέρων, καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες
12 μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων, λέγοντες
φωνῇ μεγάλῃ· ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον
λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ
ἰσχὺν

enim, si vel solos Judaeochristianos existimas, multum errabis, quoniam vbique gentium, i. e. in omni Asiae minoris regione, incolis ethnicis admixti erant et Judaei, in eisque et nonnulli, qui Christo nomina dederant. Cf. Act. 2, 5 sqq.

v. 10. Cf. supra ad cap. 1, 6; 2, 26. 31. Etiamsi religionis caussa affligimur, trucidamur etc., superiores tamen dignitate sumus aduersariis nostris: cf. c. 20. *Αυτους* legend. non *ἡμας*, neque enim de se solis loquuntur, sed de christianis omnibus: cf. var. lect.

v. 11. Fingit poeta senatorum semicirculum innumera angelorum cohorte in infinitum vsque circumdatum, quae est quasi turba ψυχων in Νεκυια Homerica, quum seniores ipsi ex martyribus sint collecti. Hi senatum, illi concionem populi repraesentant. Caue tamen curiosius anquiras, qui fieri potuerit, vt isto iam tempore tantum christianorum hominum agmen in coelos sit relatum: siquidem nil indicatur, nisi regnum coeleste, innumera incolarum multitudine frequens.

v. 12-14. *Tam bene de orbe terrarum, omnibusque rebus creatis promeruit Messias, vt dignus vtique habendus sit illo imperio coelesti, quod cum eo communicauit Deus.* Cumulatius autem hic exaggerata innuenies diuina praedicata, quae absque dubio synonyma habebuntur; et v. 12 quidem septem se excipiunt, v. 13 autem quatuor. Repetendum id ex doctrina Cabbalistarum, quae decem potissimum virtutes Deo inesse conspicata est (seu decem Sephiroth, *attributa enumeranda*, a ספר), et quidem 7 inferiores, 3 vero superiores, vnde accidit, vt qui encomiis ornabant numen, modo decem omnes pernumerarent, vti 1. Paral. 30, 11. 12, modo septem, vti h. l. et c. 7, 12, modo tres, vt

ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ εὐλογίαν. Καὶ 13
πᾶν κτίσμα, ὅ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς
γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης,
καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, πάντας ἤκουσα λέγοντας· τῷ
καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία
καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα 14
ἔλεγον· ἀμήν, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεσαν καὶ
προσεκύνησαν.

Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὸ ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν CAP.
ἑπτὰ VI. 1

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Post προσεκυνησαν text. commun. addit: ζωντι εις τους αιωνας των αιωνων, quae tamen absunt ex ABC etc. caeterisque fere iisdem testibus vt v. 10, cum Aretha. Ex homoioteleuto v. 13 inuecta aut e c. 4, 9. 10. repetita videntur in codd. lat., vnde Erasmus inuexit. — Paullo ante pro ελεγον legitur et λεγοντα.

vt supra c. 4, 5. 8. 11. modo quatuor, vti hic v. 13. Cf. EICHHORN in Excursu ad h. l. et in *Biblioth.* B. 3. St. 2. p. 191 sqq. HERDER *Maranatha* p. 334, e quibus et nos in Excurs. II. pauca delibabimus. Μυριαδας μυριαδων etc. Ita fere numerum infinitum omnes linguae exprimere solent, vti Dan. 7, 10. vnde expressa haec videntur. Cf. Ps. 68, 17; Hebr. 12, 22 etc.

v. 13. 14. Ex coelo ad omnem rerum naturam propagatur hymnus, et vndique quasi resonat, Phil. 2, 9. 10; Hebr. 1, 6, donec coelestium illarum quatuor naturarum acclamatione Αμην quasi consignatur. Equidem non video, qui altius insurgere, aut sublimiorem se gerere potuerit poeta, qui in his delineandis et nostram adeo aetatem afficiet iucundissime.

Cap. VI. Iam finitis hymnis, silentioque reddito, en adest desideratissimum illud momentum, quo resignatur liber, cuius argumentum pernoscere et cum suis

ἑπτὰ σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων, λέγοντος ὡς φωνὴ βροντῆς, ἔρχου, ἴδε.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 1. ἑπτα abeſt e textu communi, ſed habetur in probatiſſimis, ideoque a rei criticae peritiſſimis recipitur. — Ερχου, ιδε. Lect. recept. et hic et v. 3. 5. 7. exhibet ερχου και βλεπε. Probatior tamen lectio, a criticis praelata ea eſt, ex qua v. 1. 3. 5. 7. vel nil prorſus additur τῳ ερχου, vel ιδε.

ſuis communicare geſtiebat vates. Septem recludenda erant ſigilla, antequam ad librum ipſum ex vtroque latere inſcriptum poterat perveniri. Verum et ſeptem illa inuolucra, quibus circumvolutus erat liber, etiamſi litteris non eſſent inſcripta, neutiquam tamen vacua inveniebantur et inania; ſed expreſſa et figuris hieroglyphicis depicta exhibebant varia emblemata, quae argumentum libri ipſius portenderent. Sed quia nonniſi omina ſunt eorum, quae e libro ipſo patefacienda erant, male ſedulos profecto ſe praeſtiterunt, qui et in hiſce figuris ad certos rerum praeteritarum futurarumue euentus reuocandis deſudarunt, nec multo prudentiores, quam ſi anquirere voluiſſent, quid futurum indicatum ſit figuris in clypeo Achillis, Aeneae etc. apud Homerum, Virgiliumue fabrefactis. Fingas itaque tibi, ſeptem involucrorum illorum ſingulorum partem interiorem exhibuiſſe figuras (nam ſigillo ipſi easdem impreſſas fuiſſe audacius ſuſpicareris), quarum ſingulae, prout recluſa erant ſigilla, comparuerunt, indicantes, quam graues rerum viciſſitudines in libro annunciatae eſſent ipſo. Nec veremur, ne in blaſphemiae crimen incurramus, dicendo, ſimilia haec eſſe figuris iſtis, quas in fabula Machethi incantationibus ex aheno producit Shakeſpearius. Quaenam autem emblemata conſpecta ſint, et in proleg. p. 74 indicatum eſt, et ſtatim videbimus: id tamen praemonemus, quatuor priora inuolucra breuioribus ſymbolis fuiſſe ornata, at quintum et ſextum longioribus, quoniam libro ipſi propiora, haud incommode copioſius indicabant futurarum rerum calamitatem. Septimum autem inuolucrum nil quidem continuit, quod emblema-

Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος 2
ἐπ' αὐτὸν ἔχων τόξον, καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος,
καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ.

Καὶ

blematis loco adpictum fuerit, ſed librum cingebat ipſum, ad quem ſymbola tetenderant omnia. Incurret in oculos, de quatuor ſigillis prioribus breuius eſſe expoſitum, quam de tribus poſterioribus, quemadmodum et infra c. 8, vbi tubis clangitur, prioribus quatuor tubis breuiſſime, at tribus poſterioribus diutius immoratur vates. Ad artificia poetica id referendum eſſe nemo negabit; cauſſaque, quae nobis videtur probabiliſſima, ſuo loco exponetur, et de perilluſtris EICHHORNII ſententia, quam vberiori ad h. l. excurſu demonſtrauit, a nobis in excurſu II. diſputabitur.

v. 1. Μιαν, ἑνος, i. e. πρωτην, πρωτου, vid. ſupra ad c. 5, 5. Ἑνος εκ των τεσσαρων ζωων. Illae naturae hic et Meſſiae miniſtras ſe exhibent. Obſerua gradum dignitatum in aula coeleſti. 1) Deus ipſe, ad modum deſpotarum Aſiaticorum tranquille throno inſidens, nec quidquam omnino operatus, ne vel turbetur quies, vel peragatur quid, quod ſumma maieſtate ſit indignius. 2) Meſſias, proximus a rege ſummo, et quaſi ſecundas ferens (fere *Groſsvezier*). 3) Quatuor illae naturae ſublimiores, quae numini ſunt a ſecretiſſimis. 4) Πνευματα, c. 1, 4. et angeli, et in eis ipſis infiniti dignitatum gradus, ſeptem tamen prae omnibus eminentes. Et quia coeleſte et diuinum omne maius quid eſt rebus humanis, vox quoque, qua loquuntur coeleſtes, e. gr. angeli c. 5, 2, et h. l. quatuor illae animantes, humana longe eſt altior, conferturque tonitru, ad 1, 15; 4, 5. Ερχου, ιδε, ſolennis formula eorum, qui ad animum attendendum excitant, Ezech. 8, 9, et apud Talmudiſtas, vid. Eichhorn. ad h. l.

v. 2. Priora quatuor emblemata equis (potentiae celeritatisque ſymbolis) inſigniuntur colore vario, quam imaginem Zachariae debet noſter, vid. Zach. 1, 8 - 11. et c. 6, 1 - 6. Verſu 2 victoriam adumbratam conſpicimus; nec fauſtius facile, et quod laetiora Joanni portenderet, prodire poterat primum emblema. Eſt autem victoriae ſignum ἱππος λευκος:

 neque

3 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν δευτέραν,
4 ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου λέγοντος· ἔρχου. Καὶ
ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυῤῥὸς, καὶ τῷ καθημένῳ
ἐπ'

neque enim ad variandum ſolum colorem ſe accingit poeta, ſed ſinguli colori ſenſum quendam ſubeſſe vult, id quod absque argutiis licebit ſuſpicari. Albi ſaltem equi victoriae ſemper effigiem repraeſentabant, Serv. ad Aeneid. 3, 537; quare et in bello duces equis albis inſidere amabant, id quod immenſa exemplorum farragine ad h. l. teſtatur Wetſt. et Caſtor quoque et Pollux epitheto λευκοπωλοι ornabantur. Cf. infra c. 19, 11-13. Επ' αυτον καθημενος duriuscule dictum pro επ' αυτῳ κ. quod et textus receptus exhibet. Porro στεφανος, notiſſimum victoriae ſignum, 2 Tim. 4, 8. Xenoph. Helſen. Lib. I. c. 2. στεφανος γεραιρει τους νικωντας. Exempla congeſſit plura Wetſt. Νικων (pro νενικηκως). Και ινα νικ. *aſſuetus iam victoriis, et ad alias ſe accingens*. Τοξον: vnum telorum genus pro telis armisque omnino huic imperatori tribuit poeta, id quod eius arbitrio linquendum erat. Sed nolimus inde moveri, vt ad certum aliquem victorem, certamue rem geſtam hic alludi credamus, neque ad Artabanum, vt Wetſtenius, neque ad Veſpaſianum, vt Storrius putat, neque ad Arabicam victoriam, vbi τοξοις res conficiebatur (Joſeph. Ant. 18, 5.), quod ipſi Herdero viſum quondam eſt (*Maran.* p. 64). Siquidem nil aliud indicabatur emblemate primo, niſi hoc, victricem fore rem chriſtianam, ſeu victorem abiturum illum Meſſiam, quem ad repoſcendas ab adverſariis poenas rediturum deſiderabat vates. Atque in eandem rem concinunt et quae ſubſequuntur tria ſymbola, id tamen inferentia, non niſi poſt multas variasque clades inſecuturam iſtam victoriam (quorſum et tendunt metaphorae, infra c. 10, 10. adhibitae). Sed illud, quod vniuerſe dicitur *omnis generis clades*, ſingulis ſpeciebus miſeriarum et exemplis indicatur, et quidem iis, quibus publica calamitas et ſtrages exprimi apud Iudaeos ſolebat, *bello*, *fame* et *peſtilentia*, Jer. 14, 12; 21, 7, 24, 10; 27, 8; 32, 36; 34, 17; 38, 2; 42, 17; 44, 13; Ezech. 5, 12; 14, 12 etc. qualia cum ſimilibus aliis in reditu

ἐπ᾽ αὐτὸν ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην τῆς
γῆς, ἵνα ἀλλήλους σφάξωσι, καὶ ἐδόθη αὐτῷ
μάχαιρα μεγάλη.
Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τρίτην, 5
ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος· ἔρχου. Καὶ
εἶδον καὶ ἰδοὺ ἵππος μέλας, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ᾽
αὐτὸν

reditu quoque ſuo euentura et Meſſias ipſe auguratus fuerat, Matth. 24, 6-8; Marc. 13, 7-9; Luc. 21, 9-11, et hic ſignificat noſter.

v. 3. 4. *Bellum.* Εξηλθε: *apparuit* equus, in interiore membranae parte depictus; fere, vt κληρος τινος εξερχεσθαι dicitur apud Homerum, quoties ſorte iacta nomen illius, quem ſors protulit, *apparet.* Πυρρος, *rufus* ad colorem ſanguinis, qui in bellis effunditur, indicandum, vti et ſtella Martis ſubrubro colore in coelo fulget. *Rabbi Salomon* in Zachar. 1, 8: "Equus rufus indicat poenas per gladium et ſanguinem." Absque argutiis dicta haec velim. Εδοθη ſcil. poteſtas, vt in carmine noſtro frequentiſſime vſurpatur. Cf. ad c. 1, 1. Λαβειν pro αφαιρεισθαι, vt ſupra 3, 11; Matth. 25, 26, vnde της γης, ab ειρηνην pendens, ſenſum iam abſoluit, nec erat, quod textus receptus faciliorem redderet lectionem exhibendo εκ της γης. Qui certa quaedam rerum euenta indicata hic volunt, reſpiciunt ad plures tumultus ante bellum in Judaea exortos (Joſ. Ant. 18, 14; 20, 2. Bell. Jud. 2, c. 12. 13. 14 etc.), in quibus et id genus aliis diiudicandis etiamſi nobis ſecus videatur, faciliores tamen erimus interpretibus iſtis, eamque dabimus veniam, vt concedamus, facile potuiſſe fieri, vt poeta, qui imagines ſemel harum rerum adhibere vellet, ex rerum iam geſtarum ſibique cognitarum hiſtoria easdem exprimeret. Sed haudquaquam plura his, et ne haec quidem niſi aegre largimur.

v. 5. 6. *Fames.* Μελας. Macie confectum aptius poſuiſſet, ſed exprimendus erat color, adeoque nolimus quaerere ſubtilius, quo pacto fames *nigra* poſſit appellari, niſi omnium malorum ſignum colorem nigrum eſſe dicere malueris, cf. Suidas citatus h. l. a Wetſtenio. Ζυγος, *libra, ſtatera, trutina,* Aelian. Var. Hiſt. 10, 6.

Appo-

6 αὐτὸν ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ
ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων λέ-
γουσαν· "χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες
κριθῆς δηναρίου," καὶ "τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον
μὴ ἀδικήσῃς."

Καὶ

Appositissima imago hominis contracta fronte annonam parcissime appendentis. Εν μετῳ των τεσσ. ζωων. Nescit poeta, vndenam ista vox, num ab vna quatuor illarum naturarum mirabilium, an ab angelorum aliquo, an a Messia, seu numine adeo ipso: primum tamen fidem proxime accedere videtur. Χοινιξ mensura frumenti, duos sextarios, totidemque libras capiens, quantum ad victum vnius diei sufficiebat, vnde Athenaeo Deipnos. Lib. 3. p. 90. E dicitur ἡμεροτροφις. Cf. Herodot. Lib. 7. c. 231. Aelian. V. Hist. 1, 26. a vorace muliere 4 χοινικας quotidie absumtas fuisse refert. Δηναριος. Tantum pro improbo vnius diei labore accipere solebant mercenarii, Matth. 20, 9 sqq. Magna ergo annonae caritas (quum in Sicilia integer modius, sedecim χοινικας complectens, pro denario veniret. Cic. Verr. 3, 81), vbi vix suam, nedum familiae, vitam mercede sua sustentare valuit mercenarius. Commune frumentum, quod κατ' εξοχην vocatur σιτος, erat *triticum*, nunc tamen et κριθη, vilissimum frumentum, *hordeum*, militibus pro tritico in poenam dari solitum, iubente temporum necessitate ad victum adhibebatur, idque et ipsum magni veniebat pretii. Acclamantur haec voce coelesti ei, qui bilancem manu tenet, vt sciat, quantum appendere liceat aes soluentibus. Αδικειν et de *vastandis* terris, frugibus etc. adhibetur, id. qu. βλαπτειν, λυμαινειν, Thucyd. 2, 71 etc. cf. Apoc. 7, 2. 3; 9, 4. 10. 19; 11, 5. Sed nescio, quomodo id iniungi potuerit homini equo insidenti, quum non tam hominum vis, quam anni tempestas αδικησαι τον σιτον, penuriamque frumenti creasse fingatur. Suspicor itaque αδικησαι sumendum esse sensu vulgari, *iniuriam afferre*, et ante ελαιον etc. subintelligend. κατα, vt homini illi, qui tristi et seuera fronte res ad victum pertinentes dispensabat, acclamatum sit: "quod attinet ad oleum, vinumque, quorum vsus est ad delicias, non αδικησης sc. homi-

Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρ- 7
την, ἤκουσα τοῦ τετάρτου ζώου λέγοντος· ἔρχου.
Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρὸς, καὶ ὁ καθή- 8
μενος ἐπάνω, ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος, καὶ ὁ Ἅιδης
ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ
τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν
λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς.

Καὶ

homines: nil detrahas eis, quae acceperant pro ſuis quisque nummis ſemper: at quod attinet ad σιτον, vitaeque neceſſitatem, parciſſimus ſis et cautiſſimus." Non enim placet, quod Stolzio videtur, interdictum eſſe hac acclamatione, ne quis hominum, inopia frumenti ad extrema redactus, vinetis olivetisque damnum inferat. Id enim hominibus omnibus, non equiti acclamandum fuiſſet. Sunt autem bina hic mandata, eidem acclamata homini, particula και diſtincta: et in vtraque breuitas imperatoria conſpicua. — Atque et hic, etiamſi hiſtoria varia enumeret, quae his indicari credere poſſis (Joſ. Ant. 20, 2. 3; Actor. 11, 28), eorum tamen, quae ſupra ad v. 4. diximus, memores ſimus.

v. 7. 8. *Peſtis.* Χλωρος, color *giluus, luteus, ſubpallidus,* Servius ad Georg. 3, 83. Ariſtot. in Rhetor. iungit χλωρον και αναιμον. Eſt color cadauerum, qualis et occupat eos, qui terrore, metu etc. percelluntur, vnde in Homero ſexcenties legitur: υμε δε χλωρον δεος ειλε. Figura inſidentis non delineatur: ſed nomen exprimitur, Θανατος, i. e. *peſtis*, vt infra 18, 8. Ita vocem דֶּבֶר, *peſtem*, vertunt οἱ LXX, Exod. 5, 3; 9, 3; Deut. 28, 21. ſupr. ad 2, 23. Hunc Θανατον, tanquam regem Orci et dominum, ſequebatur Orcus ipſe, i. e. magna vmbrarum caterua, quae principi ſuo quaſi comites adhaerebant. Pſ. 18, 5. 6; 49, 15; Job. 38, 17. — Longius iam in exornando loco moratur, ſtatimque voci θανατος generalior mortis adhaeret notio, quae abſumit mortales gladio, fame, peſte, aut ope ferarum, quae in eiusmodi temporum anguſtiis multiplicari ſolent non ſine hominum pernicie. Το τεταρτον (μερος) i. e. *magnam partem*, vt c. 8, 7 etc. το τριτον.

9 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα,
εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν
ἐσφαγ-

τριτον. Codex Alex. pro ὑπο των θηριων legit και το τεταρτ. των θηρίων, vt et in feras saevitura clades annuncietur.

v. 9. Hactenus victricem quidem fore rem christianam, sed multa demum strage victoriam redimendam esse, indicauerant emblemata. Quae iam sequuntur quinto et sexto inuolucro inscriptae imagines, quo propiores sunt libro ipsi, eo copiosiores fiunt, et a breuitate, qua priores expressae fuerant, recedunt. Nam quum ad priora quatuor contemplanda prouocatus esset a singulis illis quatuor ζωοις, plura autem istiusmodi ζωα non iam superessent, liberum erat poetae, relicta hac via, in tribus sigillis, quae sequebantur, explicandis aliam sequi. Fert autem poetae voluntas, et de *tempore* παρουσιας J. C., quando iam diutius is retardatus esse videbatur, nec non de phaenomenis naturae eundem praesagientibus quaedam exprimere, tum vt consoletur christianos, tum quia eiusmodi naturae phaenomena eo tempore vere in istis locis apparuerant. Hinc quintae huic membranae imago inscripta erat, qua de tempore, quo ad has rerum conversiones efficiendas rediturus sit Messias, monetur vates, tranquillo id et composito animo exspectandum esse: sextae denique v. 12 sqq. signa coelestia et portenta insunt, quae praecessura et proximum rerum grauissimarum aduentum indicatura praedixerat Jesus. Atque etiamsi loquentium hic voces exprimantur, v. 10. 11. 16. cf. v. 6, nil tamen nisi depictas imagines hic indicari a poeta opinamur, quemadmodum et, qui figuras in clypeo Herculis, Achillis expressas canunt, plura figuris indicata fuisse exponunt, quam, si rem cum puluisculo velis excutere, figuris delineari poterit. Eiusmodi enim licentia danda vtique est poetis. Proinde imago repraesentat Θυσιαστηριον, altare, ad cuius pedes prostrata sunt sanctorum martyrum corpora, qui victimarum instar animam efflauerant, 2 Tim. 4, 6; Phil. 2, 17. Malunt alii, repraesentari hic martyres, in praemium martyrii sub altari sepultos. *Aboth* 26. "Quicunque sepelitur in terra Israelis, perinde est, ac si sepeliretur sub altari: quicunque autem sepelitur

ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν
μαρτυρίαν, ἣν εἶχον, καὶ ἔκραξαν φωνῇ μεγάλῃ 10
λέγοντες· ἕως πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ
ἀληθινὸς οὐ κρίνεις, καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν
ἀπὸ

VARIAE LECTIONES.

v. 9. Post μαρτυριαν additur του αρνιου in B et 16 aliis ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch. Edit. Complut. etc. Syr. Ar. Andr. Areth. Sed explicationis caussa videtur additum esse. Vnus ap. Birch. pro μαρτυριαν legit εκκλησιαν.

pelitur ſub altari, perinde eſt, ac ſi ſepeliretur ſub throno gloriae S. D. Jer. 17, 12." Illud autem θυσιαστηριον, quod memoratur c. 8, 3; 9, 13 etc., ex alio figmento additur, et conſpicitur in coelo ipſo: hoc noſtrum autem nonniſi in charta eſt depictum: quare nolimus confundere vtrumque. Cf. Hartwig Apol. der Offenb. Joh. Th. 1. p. 243. Itaque nec, quae ex Rabb. h. l. affert Wetſt. etc., quadrare huc videntur. Ψυχας: neque hic argutius quaeras, quo pacto animas depictas in tabula videre potuerit vates. Fuerunt cadauera, aut, ſi mauis, eiusmodi figurae λεπται, quales animabus attribuunt poetae, e. gr. Homer. in Νεκυια Odyſſ. Δια τον λογον του Θεου. *quia contra gentilium ſuperſtitiones, Iudaei οντες, vnum Iouam venerabantur:* και δια την μαρτυρ. *et quia huius veri et ſummi numinis cultum ingenue erant profeſſi*, vel, ſiue addideris του αρνιου (vid. Var. lect.) ſiue ſubaudieris, *quia Iudaei erant illius ſcholae, quae Jeſum Chriſtum ſectabatur.* Cf. ad c. 1, 2. Non Zachariam ſolum, Barachiae filium, Matth. 23, 35: nec Stephanum, Act. 7, Jacobum, Act. 12, nec de quibus Joſeph. Ant. 20, 9, 1. narrat, ſed innumeram illam Judaeorum et chriſtianorum gregem, qui exardeſcente belli flamma, Caeſareae, Scythopoli etc. miſere iugulati erant, poetae obuerſati eſſe videntur et cauſſa fuiſſe, cur hanc potiſſimum imaginem vidiſſe ſe fingeret. Cf. Jo. 16, 2; Matth. 24, 9. ad imitationem Zachar. 1, 12 ſqq. Cf. 1 Macc. 6, 22.

v. 10. Iam vindictam diu implorant; quo commento noli putare contra ethicam chriſtia-

11 ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ ἐδόθη
αὐτοῖς ἑκάστῳ στολὴ λευκὴ, καὶ ἐῤῥέθη αὐτοῖς,
ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον, ἕως πληρωθῶσι καὶ
οἱ σύνδουλοι αὐτῶν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ
μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 11. πληρωθωσι. Vario legitur. πληρωσωσι est in B multisque all. ap. W. et Gr. 5 ap. Mt. 3 ap. Alt. 7 ap. Birch. Arab. Andr. probb. Griesb. Matth. Suppleatur ἑαυτους, vel ἀριθμον. — Vtrumque recedit a lectione recepta, quae in medio verbo habet πληρωσονται.

christianam a poeta peccatum fuisse, nec c. 19, 17 sqq. Μεγαλη, quia eorum magna erat multitudo, et quia scelus in eos commissum gravissimum erat et acerrimam diu. vindictam flagitabat: alioquin apud poetas graecos non μεγαλη, sed λεπτη et λιγυρα est animarum vox. Cf. Hebr. 12, 24. — Εκδικειν *vlcisci*, alias εκζητειν, דרש, Genes. 9, 5; Deut. 18, 19; 32, 43; Luc. 18, 3. Απο pro vulgatiori εκ, quod et legitur in nonnullis, probb. Wetst. et Griesb. Cf. infr. 18, 24.

v. 11. Λευκη (Lect. vulg. και εδοθησαν ἑκαστοις στολαι λευκαι) *splendida*, seu *pura*, vt extracti quasi viderentur ex cruore et sanie. In consolationis pignus haec traduntur, vti Zach. 3, 3. 4. cf. supra c. 3, 4. 5. 18. Sed vltio diu. ipsa moratur. Πληρωθωσι, siue passiue, siue actiue aut medie legas, semper exprimit verbum Hebr. כלה, quod finem et consummationem rei indicat. *Bava Bathra* fol. 121, 1: "completi sunt mortui" i. e. ad vnum omnes perierunt. Spectat autem hoc ad Iudaeorum opinionem, vindictam diuinam non statim post prima delicta insequi, sed morari, donec certa quaedam quasi mensura impleta sit. Matth. 23, 32. Ex his quidem parum solatii repetere poterant coetus christiani, quibus carmen dedicatur, verum neque id dissimulat vates, liberationem quidem proxime instare affirmans, sed idem addens, per magnam demum rerum asperitatem ad astra enitendum esse.

v. 12.

Καὶ εἶδον, ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, 12
καὶ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο
μέλας, ὡς σάκκος τρίχινος, καὶ ἡ σελήνη † ἐγένετο
† ὅλη ὡς

VARIAE LECTIONES.

v. 12. Post σεληνη addendum est ὁλη, quod habetur in pluribus codd. vtr. fam. ABC, 13 aliis ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 3 ap. Alt. 4 ap. Birch. Vers. Syr. Ar. Aeth. Copt. Arm. Vulg. Andr. Areth. et latinis quibusdam.

v. 12. Sextum sigillum recludendum iam erat: neque id librum quidem ipsum continebat, sed ei tamen erat proximum. Nullo ergo emblemate conuenientiore ornari potuit membrana, quando figuris ornanda erat et ipsa, quam quo indicarentur phaenomena illa, quae, vtpote proxime imminentium omina, praecessura cecinerat Jesus, Matth. 24, 29; Marc. 13, 24. 25; Luc. 21, 25; cf. Jes. c. 24; c. 34; Ezech. 32, 7-9. Simul bene iunguntur haec eis, quae modo expresserat poeta: siquidem ostenta haec indicio sunt certissimo, ratas fore preces, quibus vindictam diuinam flagitauerant martyres. Sunt autem haec persimilia istis, quae describuntur c. 8, 7-12, sed, ne eadem absque ratione repetita credas, ita diuersa, vt hic quidem in tabula depicta oculis poetae obuersentur omina: ibi autem in rerum natura ipsa eadem contigisse dicantur. Σεισμος. Ita praedixerat Jesus, et quidem τας των ουρανων δυναμεις σαλευθησεσθαι: protinusque in signis coelestibus cernitur, quid effecerit iste motus, cf. Jes. 24, 18. Μελας, scil. densa caligine, quae haud abesse solet, eiusmodi phaenomenis euenientibus. Τριχινος σακκος. Sacco atrisque vestimentis et caeterae gentes induebantur et Judaei, quoties luctum testaturi erant: pariter h. l. et Sol ipse: τριχινος autem, *cilicinus*, ex hircorum pilis confectus, summam nigredinem indicat. Eurip. Phoeniss. v. 328: ηλλαξα ταυτα τριχινα ενδυματα, vbi Scholiastes: τα σκοτια, εκ παραλληλου, αντι του τα μελανα. Eandem vocem adhibent LXX in Zach. 13, 4, quem expressisse videtur noster. *Succa* fol. 29, 1: "Si facies solis est similis sanguini,

13 ὡς αἷμα, καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν
εἰς τὴν γῆν, ὡς συκὴ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς,
14 ὑπὸ ἀνέμου μεγάλου σειομένη. Καὶ ὁ οὐρανὸς
ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, καὶ πᾶν
ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν.
15 Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ
οἱ

guini, venit gladius in mundum, si sacco, sagittae famis." Σεληνη — αἱμα: atris nebulis obsita luna colorem sanguineum referebat, Joel 3,,4; 2, 10. 11; Curtius: Lib. 4, c. 10. — Eiusmodi autem signa mala et infausta omnia portendere et apud Judaeos, et vbique gentium credebantur. Jes. 13, 10; Artemidor. Oneirocrit. Lib. 2, c. 36.

v. 13. Sed, quod pessimi omnium esset ominis, ipsa astra e coelo deiiciebantur: tantus erat procellae impetus. Et haec ita fore auguratus erat Jesus Matth. 24, 29: ad Nahum. 3, 12. autem respexisse poetam vix arbitror. Ολυνθος, *immatura ficus*. Hesych. *το μη πεπαμμενον συκον*. Theophrast. hist. plantar. Lib. 3. c. 8. *Συκη, και τα ερινα τα προαποπιπτοντα, και ει τινες αρα των συκων ολυνθοφορουσι.* Facile existimabitur, quantus tremor homines, qui salutem rerum ab astris pendere credebant, occupauerit, vbi eadem de coelo delabi vidissent.

v. 14. *Quid multa? omnes res creatae fugam moliri videbantur*. Bipartito autem Judaeorum poetis diuidebatur rerum natura omnis, in coelum, puta, et terram. Vtraque igitur pars disparuit: primo coelum. Id quia pannum refert, globo terrestri superne quasi circumvolutum, haud incongrue dicitur abscissum fuisse horrendis istis motibus, et libri seu membranae instar, quae ligneolum ambit, conuolutum euanuisse, seu ex spatio amplissimo in angustissimum locum coarctatum esse. Expressa ex Jes. 34, 4. Similia et in libris Sibyllinis: — *ὁποταν Θεος αιθερι ναιων Ουρανον ειλιξει, καθαπερ βιβλιον ειλειται.* Legitur autem et *ἑλισσομενος*, sensu eodem. Sed praeter coelum et terra fugam capessit. Ex *των τοπων εκινηθ.* Plin. Lib. 6. epist. 16. de terrae motu: *omnia quasi emota sedibus suis*.

v. 15. At quorsum fugient homines, si coelum cum terra disparet, refugiumque negat?

οἱ χιλίαρχοι καὶ οἱ πλούσιοι καὶ οἱ ἰσχυροὶ καὶ
πᾶς δοῦλος καὶ ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς
τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων,
καὶ λέγουσι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις· πέσετε 16
ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ
καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς
τοῦ ἀρνίου· ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς 17
ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ τίς δύναται σταθῆναι;

Καὶ

gat? Quantam iſtos inuadere trepidationem putabimus? et quidem omnes homines, ſine ordinum diſcrimine? Poſterius effert per ſingula deſcendendo, ita tamen, vt ſuperioribus hominum ordinibus (varie illi leguntur, ſed ſenſu eodem), atque, vt videtur, Romanis maxime, vt qui Judaeo nomini prae omnibus eſſent inuiſi, interitum auguretur: neque enim *αρχιερεις*, *γραμματεις*, *τετραρχας*, affert, ſed *βασιλεις*, quibus gentilium pariter ac Judaeorum ſuperiores exprimit, *μεγιστανας* (גדולים, *magnates*, frequentiſſime apud LXX, in N. T. nonniſi h. l. et c. 8, 23. et Marc. 6, 21. occurrentes), *χιλιαρχους*, ordinem militarem apud Romanos, qui procuratoribus comites adhaerere ſolebant, Actor. 25, 23, et cum eis ob ſuperbiam violentiamque in primis erant inuiſi. Nulla autem ſalus miſeris, quapropter ipſa terra abſcondi et cum eadem diſparere deſiderabunt, exclamabuntque, vt ſolent, qui de ſalute prorſus deſperant, Jeſ. 2, 10. 21; 1 Sam. 13, 6; Jud. 6, 2.

v. 16. Tantus vero eos inceſſerat pauor, tantaque trepidatio, vt exire quaſi ex eorum ore viderentur verba illa, quae in hac temporum calamitate exclamaturos eſſe mortales olim auguratus fuerat Jeſus Luc. 23, 30. Et eiusmodi quidem trepidationem pictura, quam hic poeta contemplatur, exprimi vtique poſſe, nemo dubitabit.

v. 17. Tempus, quod ad vindictam ab aduerſariis exigendam conſtituit Joua, *ημερα Κυριου*, ſeu, vt h. l., *ημερα της οργης αυτου*, dicitur, vid. loca V. T. ad c. 1, 10. laudata: et quoniam ſumma ira me-

Cap. VII. 1 Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρα-
τοῦν-

metuendus Joua incedit, nemo hominum eius adspectum ferre, aut loco stare valebit: omnia in fugam praecipitantur, Nahum 1, 6; Mal. 3, 2. — Videntur haec, quae v. 17 leguntur, verba esse poetae ipsius, quibus iudicium suum interponit, dicendo: "neque aliter accidere potuit: trepidandum erat mortalibus, fuga capessenda, namque advenerat etc." — Caeterum quod de sigillis quatuor prioribus monitum est, nonnisi imagines, futurarum rerum indices, eis contineri, ad nullam autem rem specialiorem, quae futura credenda sit, revocanda ea esse, idem et hic valebit: non tamen admodum dissentientes nos habebunt, qui has potissimum imagines idcirco selectas a poeta volunt, quia similia iam in Judaea accidisse aut credita fuisse fama comperet. Jos. Bell. Jud. 6, 5, 3; 7, 31. Cf. de vexationibus procerum Jos. Bell. Jud. 2, c. 14. 15 sq.

Cap. VII. Reclusa erant, praeter vnum, sigilla omnia: et fatis iam superque ex symbolis, quibus ornata erant inuolucra sex, compererat vates, grauia et funesta fore, quae in libro continerentur ipso, et quidem aduersariis nominis christiani omnibus, siue Judaicam illi siue ethnicas religiones profiterentur (nam quae adhuc sunt delineata, ad vtrumque genus spectant). Et gentilium quidem interitum haud moleste ferebat: sed et Judaeos sibi dilectissimos iisdem miseriarum fluctibus absumtum iri, dolebat vehementissime. Atque, tametsi erroribus flagitiisque diu vindictam sollicitasse et hos haud diffitebatur, nequit tamen ferre terrorem, qui occupabat cogitantem, omnem gentem Judaicam, cuius terram tum iam ingressum erat hostile agmen, exitio consumi posse. En igitur poetam suae genti timentem vel maxime, atque et hic, vbi instabat libri ipsus resignatio, longiores moras nectentem, si forte tantam cladem canerent fata. Meliori saltem gentis suae parti veniam precatur: nec frustra numen implorat, sed impetrat, vt salua illa et sospes e publica strage euadat. Neque aliter fieri poterat: siquidem Jesus ipse cecinerat, clades, quibus funestus aduersariis futurus sit reditus, τοις εκλεκτοις neutiquam pestilentes fore, Matth.

24,

τοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς, ἵνα μὴ
πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσσης,
μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον. Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγε- 2
λον ἀναβαίνοντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα
σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος, καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ

24, 24. 31. Nullo autem pacto huius rei mentio negligenda erat: nam sine illa carmen, quod in solamen suorum canere suscepit, metu eos et terrore perculisset. Itaque quum iam accinxissent se diu. ministri ad infligendas poenas, et peragenda ea, quae ex libro iam iam soluendo iussa exspectabant, en alius intercedit diuinus minister, vetans, vllam prius inferre manum, quam segregati a scelestis fuerint pii Jouae cultores. — Quibus imaginibus haec adumbret poeta, iam videamus.

v. 1. Et primo quidem, quoniam omnem rerum naturam conquassatam pictura sigilli sexti repraesentauerat, metaphorae huic inhaeret poeta, et a ventorum violentia repetit calamitatem generi humano inferendam. Ventis autem, vt Graeci Aeolum, ita Judaeorum daemonologia angelos praefecerat, et quidem quatuor, ad quatuor ventos cardinales: itaque et in quatuor plagis sedes eis assignabantur. Saepius ea indicantur a poetis vett. Jer. 49, 36; Dan. 7, 2; Zach. 6, 5; 2, 6 etc. *Raschi* ad Job. 39, 6. De his ergo angelis h. l. cogitandum erat, non de quatuor archangelis Michaele, Raphaele, Gabriele, Uriele, nec de quatuor angelis mortiferis, Asafele, Samuele, Azaele, Mahafaele, vt quidam intt. h. l. inferunt. Hos angelos, ventorum praesides, quasi vtero clausos tenere ventos poeta fingit, iamque in eo esse, vt reclusis carceribus eos emittant. Sed cohibentur: intercedunt alia, et c. 8, 6. demum, recluso sigillo septimo, quum omnibus rite prouisis tuba signum datum esset, e carceribus emittuntur. Ἵνα μη πνεῃ etc. i. e. *ne impetus eorum perniciem afferat rebus creatis*, id quod per singula descendendo exprimit poeta, infr. c. 9, 14. Longe aliter schedulae Koppianae: *ne vel leuissima aura temperaret aestum, quo angebantur mortales*, quod tamen nec contextui nec v. 2. aptum videtur.

τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις, οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι
3 τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, λέγων· μὴ ἀδική-
σατε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα,
ἄχρι σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν
4 ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἤκουσα τὸν
ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων, ἑκατὸν τεσσαράκοντα
τέσσαρες χιλιάδες ἐσφραγισμένοι ἐκ πάσης φυλῆς
5 υἱῶν Ἰσραήλ. Ἐκ φυλῆς Ἰούδα δώδεκα χιλιά-
δες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ῥουβὴν δώδεκα
χιλιά-

v. 2. 3. Sed interceſſit angelus, meliores Iouae cultores a publica ſtrage immunes ſeruandos eſſe clamitans. Vbique gentium erant diſperſi ii (Jac. 1, 1.); ergo omnium quatuor plagarum praefecti adeundi erant, iisque intentiſſima voce, vtpote ventorum praefectis, acclamandum: *parcite*. Et ne hoc quidem munus alii bene poterat iniungi, quam ex angelorum cohorte alicui, in quibus in theatrum producendis hinc iam liberaliſſimum ſe exhibet poeta. Indubie in fingendis his illa ante oculos poeta habuit, quae J.C. praeſagierat Matth. 24, 31; Marc. 13, 27, quaeque hic tantum non ad verbum expreſſa inuenis, quaſi dicere voluiſſet: "tum vero rata et effecta cerneres ea, quae Chriſtus praedixerat, fore, vt e quauis terrarum plaga meliores et ἐκλεκτοὶ ſeruarentur." Progreſſus autem erat, qui interueniebat angelus, ex Oriente, vnde omnia magna et mirabilia producuntur cap. 13, 11; 16, 12. manu ſua ſigillum tenens, cui impreſſa erat nota eiusmodi fere, qualis occurrerat c. 2, 17; 3, 12; cf. 14, 1. *ſanctus et conſecratus Iouae et Meſſiae* etc. Ea nota frontibus inuſta arcebat perditorem angelum, vt quondam in Aegypto inſperſus poſtibus ſanguis, Exod. 12, 12, 13. Compoſuit ſe hic noſter ad Ezech. 9, 4. eſtque petita imago a conſuetudine, pecora, mancipia etc. in fronte nominibus herorum notandi. Cf. Kopp. ad Gal. 6, 17. Ἀδικησετε, ſupra ad c. 6, 6. Δουλοι Θεου ſunt *pii* Jovae cultores, Judaei, ſiue Chriſtum ſectati ſint, ſiue minus, cf. c. 1, 2.

v. 4-8.

χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Γὰδ δώδεκα
χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ δώ- 6
δεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Νεφθαλὶμ
δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Μα-
νασσῆ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς 7
Συμεὼν δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς
Λευὶ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς
Ἰσαχὰρ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυ- 8
λῆς Ζαβουλὼν δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ
φυλῆς Ἰωσὴφ δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ
φυλῆς Βενιαμὶν δώδεκα χιλιάδες ἐσφραγισμένοι.

Μετὰ

v. 4-8. Omisit poeta interponere haec ferme: "quae quum verba prolocutus esset angelus, descendit cum aliis in terras, et τοις εκλεκτοις notam illam salutis impressit, reque peracta in coelum rediit," aut simile quid. Eiusmodi membra interiecta saepissime omittuntur in sermone prophetico. Sed audisse se ait vates a redeunte angelo numerum eorum, qui signatis frontibus ab interitu erant vindicati: eumque ita exprimere studet, vt per singulas populi quondam Israelitici tribus, quibus etiamnum delectabatur Judaica gens (Jac. 1, 1), sigillatim decurrat. Parum iucunde, fatemur, afficit haec carminis pars, sicuti et in Homero catalogus nauium minus delectat: proinde homoioteleuton illud εσφραγισμενοι, quod toties repetitum offendit aures, omittitur in oratione media, nec nisi primo et extremo loco exprimitur in codd. nonnullis. Ex qualibet autem tribu 12000, ideoque omnino 144000 nota illa signati fuisse finguntur, suntque illi numeri 12, seu $12^2 = 144$ ex Judaeorum more expressi, cf. Excurs. 2: atque vel nihil omnino innuunt, sed soli poetae arbitrio debentur, vel, si expressum eis aliquid esse malueris, exprimere videntur rationem, seu proportionem, in qua pii Jonae cultores ad omnem Judaeorum intra et extra Palaestinae fines degentium numerum versentur; indicantes, vt videtur, pauci-

9 Μετὰ ταῦτα εἶδον καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν
ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἐδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους
καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν, ἑστῶτες
ἐνώπιον

paucitatem illorum, qui, quum omnes fere pestilenti sidere afflasset saeculi genius, εν μεσῳ γενεας σκολιας και διεστραμμενης praestiterant se αμεμπτους και ακεραιους και αμωμητους (Phil. 2, 15). Nulla in hoc recensu mentio fit tribus Daniticae (in cuius locum successit Manasses), quia ista tribus in crimen idololatriae, quae nostro poetae ante omnia erat inuisa, incurrerat, de quo plura in Excursu 3 dicentur.

Animaduertamus hic mirum poetae studium; quippe qui, παρουσιαν Ιησου ad effigiem eorum, quae praesagierat magister ipse, Matth. 24 etc. carmine celebraturus, sedulo cauet, ne quid, quod grauioris in ista παρουσιᾳ momenti habendum videretur, omittatur aut intercidat. In grauissimis autem habenda erat et salus των εκλεκτων, Matth. 24, 22. 31, quam qua arte carmini suo, ad imitationem eorum, quae Mosis quondam tempore in Aegypto contigerant τοις εκλεκτοις Exod. 12, intexuerit, hinc potest cognosci.

Peccare autem videmur, si imaginis, quae omnino et vniuerse spectata apta profecto apparebit et satis concinna, partes singulas sollertius inuestigamus, disceptando, num paucitas an multitudo expressa sit numero; aut quaerendo, num Judaeochristiani tantummodo illi, qui liberati vrbis obsidione Pellam confugerant, Euseb. H. E. Lib. 3, c. 5; Joseph. B. J. 2, 22. an omnes Judaei, pii Jouae cultores, intelligantur. Vtrosque permiscere videtur poeta: namque *pios* Judaeos J. Christum in posterum tandem aliquando amplexuros esse et ipsos augurabatur. Id tamen memento, 144000 istos ex omni terrarum parte, vbi quidem degebant Judaei (Matth. 24, 31 etc. Jac. 1, 1), colligendos esse, atque in vita terrestri adhuc conseruandos. Atque eodem numero inclusos indubie voluit poeta meliores et ex illis, qui in ecclesiis Asiaticis sibi dilectissimis degebant, vt et hoc solatio mulceret tristitia affectos. Sed proh dolor!

v. 9. non omnibus *antea* licuit esse tam felicibus: imo permulti iam ceciderant, et nobile J. C. martyrium morte sua

ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, περιβεβλημένους στολὰς λευκὰς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν

sua erant professi. Quorum animae, quum eos, qui in terris adhuc sospites viuebant, tempestati imminenti ereptum iri cognouissent, sibi ista quidem non contigisse reputant: haud tamen inuident fratribus salutem; imo meliorem dudum sortem se nactos esse profitentur, quum recepti sint in sedes coelestes. — Ita equidem explicauerim prioribusque iunxerim ea, quae sequuntur, longius recedens a sententia illustr. Eichhornii, qui capite septimo omni tanquam episodio, seu, vti ex dramatico loquendi genere vocat, exodio, id contineri existimat, seruandos esse meliores i. e. christianos, e Judaeis v. 1-8, et e gentibus, v. 9-17 collectos: cui tamen hypothesi multa, quae iam occurrere videbimus, minus congrua videntur, ne dicam, omnem carminis ex mente viri illustrissimi dispositionem, pace tanti viri dixerim, artem maiorem regularumque logicarum sequaciorem exhibere, quam a vate, carmen propheticum exhibituro, exspectari poterat.

Ὃν ἀριθμῆσαι. ex opposito definiti numeri 144000. Intelligit autem omnes, qui *inde ab omni tempore* siue e Judaeis, siue ex Christianis, vel e Judaismo vel gentilismo conuersis, mortem pro vero Jouae ad Mosis seu J. C. praecepta cultu oppetierant. Namque et priores illi haud incommode cultores του αρνιου, Messiae, dicuntur, v. 14. 17, quia, licet Jesum Messiam oculis non viderant in terris, attamen futurum Messiam sancte coluerant, eundemque nunc in coelo conspiciebant. Cf. Jo. 8, 56. Horum autem, quam infinitus numerus! qui ab Antiocho Epiphane etc., qui Matth. 23, 35 sqq., et inprimis qui nouissime, exardescente bello Jud., vbique gentium erant trucidati, ergo et εκ παντος εθνους etc. cf. supra ad c. 5, 9.

Obseruemus iam, quomodo gaudia sua testificantes illos inducat poeta, ita dico, vt quasi scenopegiae festum in coelo celebrare videantur, gratias Deo referentes, liberatos se, vt maiores quondam ex Aegypti seruitio, et ereptos esse, persecutorum superbiae. Περιβεβλημενους, anacoluthon cum ἑστωτες, nam lectio περιβεβλημενοι emendationi originem debet. Στολας λευκας i. e. *splendidas*, supra c. 3, 4. 5. 18; 5, 11.

10 χερσὶν αὐτῶν, καὶ κράζουσι φωνῇ μεγάλῃ
λέγοντες· ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ
ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ ἀρνίῳ.
11 Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι ἑστήκεισαν κύκλῳ
τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν τεσ-
σάρων ζώων, καὶ ἔπεσαν ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ
τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ
λέγον-

5, 11. Φοινικες. Palmae tempore festo tabernaculorum a Judaeis gestabantur, Leuit. 23, 40, cum laude et celebratione Jouae, Pf. 118, 25; Joseph. Ant. 3, 10, 4. Buxtorf. Synag. Jud. c. 21.

v. 10. Ἡ σωτηρια. Pertinet haec vox, vti et κρατος (ad 1, 6) ad eas, quibus celebrare solebant virtutes diuinas (vid. supra ad c. 5, 12), nil aliud, vt videtur, indicans, quam *laus Deo sit*. Ita occurrit infra c. 19, 1. et in antiquo benedictionis in ecclesia catholica hymno, *salus, decus, virtus quoque sit et benedictio.* Si tamen *liberationis conseruationisque* notionem expressam esse credere malueris, ita explices: Σωζεσθαι et seruari omnino est, et seruari eo, quod vel peruersitati saeculi (Act. 2, 40), vel miseriis, quibus humana vita angitur, eripimur et in coelestes transferimur sedes, 2 Tim. 4, 18. Hinc σωτηρια et liberationem indicat omnem, et illam quoque, quae morte piis Dei cultoribus contingit, quatenus ab inuidia persecutorum tuti aeterna per eam felicitate afficiuntur; quo alludit fortasse Paulus Phil. 1, 19. 28. Quod si placebit, sensus h. l. erit: "ἡ σωτηρια sc. ἡμων, beneficium, quod morte et accepta inde beatitate aeterna nobis contigit, nemini acceptum ferimus alii, quam Deo et Messiae. Vterque enim saepissime in N. T. vocatur σωτηρ. Ita autem canere poterant et qui longe ante Messiae tempora subierant martyrium: curae enim cordique Messiae fuerunt et illi, siquidem eiusdem aduentum impensissimo desiderio dudum exspectauerant, Hebr. 11, 2. 39. — Caeterum in hac celebratione numinis respicitur forte ad Hosianna illud et Hallelujah, quod in tabernaculorum festo canebatur. Pf. 118, 25.

v. 11.

λέγοντες· Ἀμήν· ἡ εὐλογία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ 12
σοφία, καὶ ἡ εὐχαριστία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις
καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
αἰώνων· ἀμήν. Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν 13
πρεσβυτέρων, λέγων μοι· οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι
τὰς στολὰς τὰς λευκὰς τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν
ἦλθον; Καὶ εἴρηκα αὐτῷ· κύριέ μου, σὺ οἶδας· 14
καὶ εἶπέ μοι· οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς
θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς
αὐτῶν καὶ ἐλεύκαναν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου.

Διὰ

v. 11. 12. Adſtrepit coeleſtium cohors, vt c. 5, 11, et voce fauſtiſſima Amen hymnum conſignat. Perperam autem verſiculi diſtinguuntur, priusque illud Αμην ad v. 11 eſt referendum. — De cumulatis hic diuinarum virtutum laudibus vid. ad. 5, 12.

v. 13. 14. Talia videns vates obſtupeſcit, nec, quorſum ea tendant, intelligere valet: ſed accedit interpres, omnia declarans. Quod autem primo interrogatur vates, dein ignorantiam confeſſus, edocetur, deſumtum eſſe videtur e Zacharia, qui cap. 4. eadem fere via incedit. Απεκριθη, vt Hebr. ענה, *allocutus me eſt*. Θλιψις μεγαλη. Noli de certa quadam perſecutione ſub Nerone, Domitiano etc. cogitare, ſed de cruciatibus omnibus, quibus inde a maiorum temporibus vexati erant pii Jouae cultores et in poſterum erant affligendi, fere id. qu. ωρα πειρασμου c. 3, 10. Ex hac miſeriarum mole autem ερχεσθαι dicuntur, ſcil. in ſedes beatorum, fere vt 1 Cor. 15, 35. εκ των μνημειων ερχεσθαι dicuntur mortui. Sin voce ερχεσθαι indicatum velis, eos *recens* mortuos coelumque ingreſſos eſſe, intelligendi erunt ii, qui ſub initium belli Judaici vbique locorum trucidati erant: illa enim θλιψις, ſi fides habenda eſt Joſepho, profecto, ſi qua alia, iure meritoque vocanda erat ἡ θλιψις μεγαλη. Επλυναν. Sub intellige: "et iure meritoque huc transferuntur: nam puros ſe ab omni labe et intaminatos ſeruarunt;" metaphora, ſupra iam, c. 1, 5; 3, 5 etc. adhibita, nobis tamen

15 Διὰ τοῦτό εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ καὶ
λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ
αὐτοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου σκηνώσει
16 ἐπ' αὐτούς. Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν,
οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα·
17 ὅτι τὸ ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου ποιμανεῖ
αὐτοὺς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς πηγὰς
ὑδάτων,

VARIAE LECTIONES.

v. 17. ζωης pro recepto ζωσας habet A cum pluribus aliis ex vtraque familia ap. Wetst. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Alt. 5 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Ar. Aeth. Arm. Vulg. Areth. Cypr. probb. Mill. 1111, Wetst. Griesb. etc. — Vulgaris lectio ex Andrea in textum videtur inuecta esse, et asperior praeferenda erit.

men ingratiore, vt qui sanguine dealbatum quid adspernabimur. Nullo sensu commodo legitur et επλατυναν. Intelligit, vt videtur, Judaeos et Judaeochristianos, qui nec vi nec illecebris ad gentilium ἀλισγηματα adduci se passi sunt, e. gr. 2 Macc. 7. cf. Lactant. Mort. persec. 10. 11.

v. 15. Εν τῳ ναῳ λατρ. tanquam ἱερεις, ad 1, 6. Maius quid et beatius cogitare nequibant Judaei religionibus auitis addicti, quam versari in templo Hierosolymitano. Quod si itaque in templo coelesti id perpetuo concedebatur, quid felicitatem istam excedere diceres? Σκηνωσαι *habitare*, *commorari*, Jo. 1, 14; Apoc. 12, 12; 13, 6; 21, 3. adhibitum fortasse, quia scenopegiae festum menti inhaerebat. Sed pro σκηνωσει μετ' αυτων c. 21, 3. fortius h. l. dicitur επ' αυτους, vt vmbra simul exprimatur tentorii, quae ab ictibus solis tuetur. "Deus et illos sub vmbram tentorii sui (ita coelum, Jouae domicilium, ex lingua Orientalium, quibus vmbra in summis bonis ponebatur, vocatur saepissime) recipiet." Jes. 4, 6; 25, 4. 5. Sunt et qui כבוד יהוה, *gloriam*, seu *nimbum*, qui circum numinis caput radiare credebatur, significatum velint, e. gr. Hagen etc.

v. 16. 17. Nouus ornatus a poeta additus, petitusque ex eis, quae in terrarum Orien-

ὑδάτων, καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Cap. VIII. 1
Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο

Orientalium torridis plagis in maiori ponebantur felicitate; ex imitatione Jes. 55, 1; 49, 9. 10. et Pf. 23, 2. Ἀνα μεσον. ad c. 5, 6. Πηγαι ὑδατων ζωης, oppof. turbidae aquae cisternarum. Forte ad morem refpicitur, ex quo vltimo fcenopegiae die folennis fiebat aquae libatio. Ἐξαλειψει. Cf. infr. 21, 4. omnes miferias, quae luctum illis et lachrymas in vita terreftri largiffimas excitauerunt, remouebit, cf. Jef. 25, 8.

Et ita quidem commodiffime mihi procedere videtur interpretatio verfuum 9 - 17. Nam fi cum Eichhornio chriftianos gentiles hic indicatos credere velis, qui ex communi omnium mortalium clade fofpites emerfuri fint, id primo offendet, quod, fi incolumes feruabantur, in terra tamen, i. e. in vita manebant, adeoque non bene iam tum ingreffi fedes coeleftes dici poterant. Tum miros habebit nos, poetam ad gentilium beatitatem adumbrandam imaginibus vfum effe, ex Hebraeorum cultu, fcenopegia etc. ductis. Sed nec credo, poetam noftrum, qui aduerfus paganos omnino inimiciffimum fe gerit in carmine omni, iam nunc eodem felicitatis gradu dignos indicaffe gentiles, quo Judaeos. Quapropter aegre fubfcribere poffumus fententiae Eichhornii, caeteroquin fummi interpretis. Sed nec Langii fententia magis placet, qui infinito illo agmine v. 9. illos 144000 ipfos expreffos effe fufpicatur. Quin exiftimamus, omnes pios Judaeos et Judaeochriftianos (vtrumque enim a poeta noftro confunditur), qui vsque ad fua tempora pro vero Jouae et Meffiae cultu occubuerant, hic in fedibus coeleftibus confpici, quibus fubobfcure indicabatur, fore, vt et in pofterum, redeunte Meffia, etiamfi plurimi Jouae cultores non tangerentur plaga, multi tamen miferiarum illarum fluctibus, qui omnem terrarum orbem inundaturi fint, obruerentur.

Cap. VIII. Sed his tanquam per epifodium interiectis redit poeta, vnde egreffus fuerat, et capite 8, quod arctiffime iungendum erit capiti 6, recluditur fignum inuolucri

2 ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον. Καὶ εἶδον

cri extremi, nulla quidem pictura emblematica ornati, sed continentis librum ipsum vtrinque scriptum, cuius argumentum grauissimorum funestissimorumque euentuum ferax non ex recitatione cognoscit vates, sed ita, vt, quae in eodem euentura canebantur, peracta statim et effecta contempletur, reditumque Messiae ipsum oculis cernat. Ea perducta carmine sunt vsque ad c. 22, 5. sin malueris, ad c. 22, 17. Ferebat autem secum rediens Messias ex constanti temporum opinione 1) exitium aduersariorum omnium, a cap. 8 — c. 19, et 2) noui regni auspicia c. 20 - 22. Iam vero Jesu Messiae aduersarii, vel *Iudaei* sunt, de quibus poena afficiendis c. 8 — c. 12, vel *pagani*, de quibus c. 13-19. sermo est. Et *Iudaeos* quidem non omnes diuinae vindictae tradit, sed nonnisi peiorem gentis partem (cf. proleg. p. 72), quae Jesum Messiam obstinatissime repudiauerat, et in eius cultores grassata erat crudelissime. De Judaeis enim sermonem hic esse, multa leguntur vestigia, in primis c. 11, etiamsi, de industria ab auctore relicta ea esse, *et via interpretationis monstretur*, Ill. Eichhornio largiri nequeam. Huic tamen Judaeorum genti sibi dilectissimae imminens exitium carmine praenunciare coactus summa tristitia mouetur, cunctanter incedit, alias ex aliis moras nectit, atque, vt et eatenus referat veteres prophetas, ex hac quoque clade meliora tempora proditura auguratur, si commonefacti poenarum seueritate resipuerint peiores et ad meliorem frugem, i. e. doctrinam christianam, redierint. Prorsus alium se gerit, vbi contra paganos insurgit, eorumque internecione exsultat, vti suo loco videbimus.

Atque hoc de ingruente Judaeis calamitate carmen ita ferme exornatur: 1) Conspicit c. 8. v. 1. 2. angelos illos tubis instructos, de quibus cecinerat Jesus Matth. 24. 31. (cf. 1 Thess. 4, 16; 1 Cor. 15, 52). 2) Antequam illi classicum canunt, alia mora intercedit; preces pro meliori Judaeorum et Judaeochristianorum parte interponuntur: quo facto omnia ad cladem infligendam properant v. 3-6. 3) Clades ipsa, cuius descriptio ita incedit: a) tubis quatuor clangitur, et vere in rerum natura accidunt ea, quae, vt futu-

εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ
ἑστήκασι, καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες.
Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τοῦ 3
θυσιαστηρίου, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν, καὶ ἐδόθη
αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευ-
χαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ
χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου. Καὶ ἀνέβη ὁ 4
καπνὸς

futurorum malorum omina, praecessura indicauerat pictura sigilli sexti, v. 7-12. b) indicatur, subsequuturam esse cladem ipsam, et quidem triplicem v. 13. c) clades illa triplex ipsa infligitur c. 9 — c. 11, et quidem α) prima c. 9, v. 1-13. β) altera, v. 13-21, et γ), noua denuo mora interiecta, c. 10, 1-11, 14, δ) tertia c. 11, 15-19, et tandem d) salus, et incrementum rei christianae inde sequitur c. 12. De quibus singulis suo loco plura monebimus, quae accommodata videntur.

v. 1. Σιγη. Tantus coelites, quum argumentum voluminis comperissent, occupauerat pauor, vt subito obmutescerent, et ad exsequenda diu. iussa temporis exiguum spatium sibi exposcerent. Ἡμιωριον *minimum tempus* ap. Menandrum, teste Polluce 1, 71.

v. 2. caussam tanti stuporis declarat. Σαλπιγγες. Tubarum clangor indicium et adventantis regis Jes. 27, 13. Matth. 24, 31, et poenarum publice infligendarum, belli et vltionis exigendae: Num. 10, 2. 9; Jos. 6, 4; Jer. 4, 19; Joel 2, 1; 1 Thess. 4, 16. Quae de angelis tuba clangentibus omnino dixerat Jesus Matth. 24, 31. ea *septem* angelis speciatim attribuit noster, et quidem τοις ἑπτα, *illis* puta septem, qui ex omnibus eminent, et inter ministros summi numinis, vt quondam Artaxerxis, Esth. 1, 10; cf. Esr. 7, 14. primas tenebant. Cf. ad c. 6, 1. *Targum. Ionath.* ad Gen. 11, 7: "Dixit Deus septem angelis, qui stant coram illo: venite nunc etc." Iisdem 7 angelis c. 15, 1. aliud iniungitur ministerium. His autem ἐδοθησαν tubae ab vno e sacro consessu, qui ex pavore animum collegerat.

v. 3. 4. Preces nouae pro salute meliorum intercedunt, ne forte frustra illi nota signati

καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.
5 Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν

signati videantur, c. 7, 1–8. Eae preces tanquam suffitus per angelum ad thronum maiestatis summae afferuntur, de qua metaphora Judaica plura diximus ad Actor. 10, 4. Cf. Eph. 5, 2. Θυσιαστηριον. Monitum est ad c. 4, 5, poetam, ad exornandum theatrum coeleste, et ex Hierosl. templo mutuatum esse instrumenta varia. Sed oblitus erat poeta iam tum, cap. 4, monere, et altare in coelo a se conspectum esse: quod tamen ex artificio poetae in coelum translatum e templo esse et ipsum, ex nostro loco (non autem ex c. 6, 9, vbi vide) discimus. Expressit autem haec ex mente Judaeorum. *Chagiga* fol. 12, 2: "coelum, — vbi — templum et *altare* exstructum est, et vbi Michael princeps magnus stat et sacrificium offert." Cf. Schöttg. de Hierosl. coelesti. Cap. 2. §. 7. in hor. hebr. p. 1215. Δωσῃ *dare* pro *apponere* (iung. c. επι το θυσιας.) Hebr. נתן et שׂוּם promiscue vsurpantur. Λιβανωτος, vt λιβανος, est *thus*, 1 Par. 9, 29. h. l. pro *thuribulo*, quod alias θυμιατηριον dicitur, Hebr. 9, 4. catachrestice positum est. Ταις προσευχαις. Impedit datiuus, et varie explicatur: 1) pro εν seu συν προσευχαις, (cf. Lamb. Bos ellipf. graec. p. 375, et Jensii Lectiones Lucianeae p. 134; 283 sq. Apoll. Rhod. Argon. I, 425. 823), vt ἁγιοι ipsi preces fundere, iisque angelus tanquam choragus cum suffitu adstare dicatur. 2) θυμιαματα illa angelus dicitur dare precibus ἁγιων, i. e. bonum odorem eis conciliat, seu efficit, vt Deo gratae sint et acceptae. 3) Legere suadent alii προσευχας, iamque expeditissima sunt omnia: inter multum suffitum arae imponit angelus preces, easque tanquam sacrificium Deo offert. Potuit autem vel ex προσευχαις, v. 4, iam antiquitus deprauata esse lectio; vel, si προσευχαις genuinum esse praetuleris, pro προσευχας dictum erit, pertinebitque ad sermonis inconstantiam et asperitatem, quam in carmine nostro damnarunt multi. Και ανεβη ὁ καπνος etc. Sens. *Et gratae Deo fuerunt preces: iisque annuit ipse.*

ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐγένοντο βρονταὶ καὶ
ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ σεισμός.
Καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, οἱ ἔχοντες τὰς ἑπτὰ 6
σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς, ἵνα σαλπίσωσι.

Καὶ

ipſe. Contrarium habetur in *Targum.* in 2 Par. 33, 13. "Orante Manaſſe, omnes angeli, praefecti aditibus portae orationis in coelo, ſtatim abeuntes clauſerunt ei omnes aditus — et cancellos coeli, ne exaudiretur oratio eius."

v. 5. Sed idem angelus, qui tam benignum ſe praeſtiterat ἁγίοις, acrem quoque ſe et ſeuerum exhibet erga aduerſarios, κατοικουντας την γην, thuribulo non thus, ſed ignem et carbones infundens, non, vt odor ſuauis in coelum; ſed ignis in terram deſcendat, non vt concilietur Deus, ſed ad acriorem vindictam excitetur. Βρονται — σεισμοι, in omen et ſignum malorum, quae iam eſſent ſubſecutura. Aliter ſchedae Koppianae: "in ſignum, exauditas Deo eſſe preces:" Jo. 12, 28. 29, cf. Jeſ. 6, 6; Ezech. 10, 4, et ſaepe apud profanos. Quod tamen contextui minus aptum videtur.

v. 6, Altiſſimum hucusque ſilentium: Quieuerat inde a c. 7, 1; c. 8, 1. ventorum tempeſtas, carcere quaſi incluſa: ſic voluerat numen: ſic iuſſerat eius interpres c. 7, 2. 3. Sed vix clangitur: en erumpunt, omnemque naturam ruina complent. Canunt autem angeli *ſeptem*, pariter ac ſupra ſeptem ſigilla recluſerat Meſſias. Atque, vt ibi per quatuor illas mirabiles naturas, priora quatuor emblemata breuius deſcribuntur, et quae ſequebantur vberius, ita et hoc loco: quae tubis quatuor prioribus provocantur clades, exponuntur breuiſſime, longe vberius caetera, quia ſcil. ſicut ibi quatuor ζωων, ita h. l. quatuor angelorum ventis praefectorum (c. 7, 1.) rationem habendam eſſe credidit poeta. Iam quae ex prioribus quatuor tubis exeunt mala, eius ſunt generis, vt ex ventorum impetu et rabie contigiſſe exiſtimari queant, et exhibent futurae ſtragis peſſima omina, perſimilia illis, quae legebantur c. 6, 12, ita tamen diuerſa, vt ibi phaenomena naturae apparitura eſſe pictura demonſtretur, hic autem ea in rerum natura vere apparentia contueatur poeta, partim omina futurorum, partim mala ipſa quaſi praeuia. Adhibuit

7 Καὶ ὁ πρῶτος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ
πῦρ μεμιγμένα ἐν αἵματι, καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν
γῆν· καὶ τὸ τρίτον τῆς γῆς κατεκάη, καὶ τὸ
τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος
χλωρὸς

VARIAE LECTIONES.

v. 7. Και το τριτον της γης κατεκαη. Non leguntur haec in textu communi, sed adsunt in A pluribusque vtr. fam. ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 5 ap. Alt. 6 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Ar. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. probb. Mill. proleg. §. 1358. Wetst. Griesb. Matth. Ob homoioteleuton e textu vulgari videntur excidisse.

hibuit hic colores imagini suae poeta, petitos tam ex plagis, quae Aegyptum invaserant, Exod. c. 7 sqq.: cf. Ps. 11, 7. quam forte et ex iis, quae vere acciderant suis temporibus. Sed sedulo cauendum erit interpreti, ne ad singula descendat, et quid eis indicatum sit, anquirat curiosius. Nil continetur v. 7-12, quam *omnis generis calamitas publica*; vid. Eichhorn.

v. 7. *Grando cum imbribus et fulminibus.* Expressa haec videntur ex Exodo c. 9, 22-25, cf. Ps. 78, 47. 48. Εν αιματι i. e. *cum pluuia rubicundo colore sanguinem referente.* Eiusmodi phaenomena in rerum natura accidere notum est, sed caussas physicas hic parum curabit interpres, quia poeta, siue ad has caussas respexit siue minus, nil sibi vult, quam bellum, sanguine et igne infestum portendere. Κατεκαη (Thom. Magist. κατεκαυθη Αττικον· κατεκαη Ἑλληνικον) pro κατεφθαρη omnino. Quod enim vastationis genus igni et fulguri soli competit, id hic meteoris omnibus attribuitur. Το τριτον quod aliquoties in carmine nostro occurrit, v. 8. 11. 12; c. 9, 15. 18; c. 12, 4; Zach. 13, 8. *magnam partem* innuit: cf. Excurs. 2. Locis, quos in hanc rem e Rabbinis appositissime hic affert Eichhorn., addo *Bereschith* 68, 17: "manum, quae depulit tertium mundi, tu quaeris depellere?" Quicunque certos rerum euentus significatos hic esse volunt, inuenient hic saeuitiam procuratoris Gessii Flori, sub quo bellum coeperat, conflagrationem aedium

χλωρὸς κατεκάη. Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος 8
ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη
εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς
θαλάσσης αἷμα, καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν 9
κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχὰς,
καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρησαν. Καὶ 10
ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ
οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας καιόμενος ὡς λαμπὰς, καὶ
ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς
πηγὰς τῶν ὑδάτων. Καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος 11
λέγεται ὁ Ἄψινθος, καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῶν
ὑδάτων εἰς ἄψινθον, καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων
ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν.
Καὶ

aedium pontificis maximi, regia e Agrippae, caedes, quibus Scythopoli, Caesareae etc. Iudaei misere iugulabantur. Cf. Jos. B. I. Lib. 2. cap. 13—cap. 18; Lib. 7. c. 8.

v. 8. 9. *Aqua in sanguinem mutata*, ex Exod. 7, 20. 21. Id effectum reddit poeta ope montis ardentis atque in mare praecipitati, cuius flamma rubere aquam et quasi sanguinem referre fecit: vnde effinxisse imaginem videtur poeta. Similia apud Jerem. 51, 25, nec absimilia multum, quae de rupe, Phaeacensium portui per Neptunum obiecta, commentus est Homerus Odyss. lib. 13. Plautus Mercat. Act. 3. Sc. 4. v. 32. "Montes tu quidem mali in me ardentes iam dudum iacis." — Caedes in ora maritima factas esse indicatas male credunt nonnulli. Jos. B. I. Lib. 2. c. 18; 3, c. 15–17. Cf. Hammond. ad h. l.

v. 10. 11. *Aqua amara*, vid. Exod. 15, 23, vbi amaritudo aquarum Israelitis in deserto admodum molesta erat, et ad calamitatem publicam referebatur. Vtque amaritudinem illam, quae oculis nequit cerni, visam a se et conspectam memorare posset, nouum quid comminiscitur poeta, et stellam e coelo delapsam se fingit vidisse. Quippe summum ad res hominum secundas adver-

12 Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐπλήγη
τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης,
καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον
αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς,
καὶ

versasue momentum stellis inesse credebatur: quanto magis earum vim putamus reformidatam fuisse, si infesto impetu e coelo in terram delabebantur, cf. cap. 9, 1. Accedit quod et in aquas summum stellis momentum attribuebatur. *Moed Katon* fol. 25, 2: "Quum moreretur Jacob, visae sunt stellae in mari," i. e. in mare a coelo delapsae, quod pessimi erat ominis. Καιομενος ὡς λαμπας: cometam significare videtur poeta, respiciens forte ad eandem, quae bellum Judaicum praenunciauerat. Certum autem genus cometarum lampadum nomine veniebat, Senec. Nat. Quaest. 1, c. 15: et epitheton καιομενος bene conuenit cometis. Sed quo maiorem ad exitium afferendum vim stellae illi inesse declararet poeta, nomen ei indit, quod et omen haberet. Ὁ Αψινθος, nomen proprium masculinum, ab ἡ αψινθος, *absinthio*, herba illa amarissima et in Palaestina frequentissime obuia. Voluit autem non amaritudinem solum exprimere poeta, sed amaritudinem venenatam et mortiferam, de qua loquitur Targ. Jonath. ad Deut. 29, 17, qualis fuit colocynthis 2 Reg. 4, 40. Obseruandum, omnia, quae hactenus enumerabantur mala, lapsu esse prouocata, vnde probabile fit, repetiisse poetam has clades ab impetu ventorum c. 7, 1, e carceribus iam emissorum. Similiter incedit carmen c. 9, 1; 18, 21, alibi. Cf. Jes. 14, 12; Dan. 8, 10. Caeterum sunt qui Eleazarum pontificis max. filium, taxatum hic esse volint, de quo Joseph. B. I. 2, 17.

v. 12. *Signa coelestia obscurantur*, vel ad modum tenebrarum Aegyptiacarum, Exod. 10, 22, vel vt indicetur, omina illa, quae in tabula depicta conspexerat poeta c. 6, 12 sq. iam in rerum natura vere contigisse. Funestissimi autem exitii signa haec sunt, Matth. 24, 29; Jes. 13, 10; 24, 23, sicut splendor astrorum indicium summae felicitatis, Jes. 30, 26; Horat. 4. Od. 5. Το τριτον, *magna pars*. Ἱνα σκοτισθῃ. Ἱνα ecbaticως dictum. Legitur hic varie, sed sensu eodem. Obscuratio autem illa

καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως. Καὶ εἶδον καὶ ἤκουσα ἑνὸς 13
ἀετοῦ πετομένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ
μεγάλῃ: οὐαὶ, οὐαὶ, οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς
γῆς ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν
τριῶν ἀγγέλων τῶν μελλόντων σαλπίζειν.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Αετου. Ita pro lectione recepta αγγελου AB pluresque vtriusque familiae ap. Wetst. Griesb. et Alter. 4 ap. Mt. 5 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. et plures latini, prob. Mill. proleg. §. 1111, Grotio, Hammondo, Wetst. Griesb. et omnibus fere rei criticae peritis: siquidem ab αετου ad αγγελου facilius transiit scribarum error, quam vice versa. In schedulis Koppianis scriptum inueni, critica quidem argumenta propugnare vocem αετου, sed ob additum ενος addubitandum tamen esse de vtraque lectione. Suspicabatur itaque Koppius, legendum esse ενος ως αετου (vti et cod. 13, Seidelii apud Wetst. et Griesb. habet, probante Bengelio, αγγελου, ως αετου). Iam, addit Koppius, τα: ως αετου arctissime iungenda esse τοις πετομενου, vt nil indicetur nisi celeritas, qua contemplantis oculos praeteruolauerit phantasma, sensu hoc: *vidi aliquem celeritate aquilae per aerem volantem.*

illa effecta narratur eo quod επληγη το τριτ. etc. quae phrasis et in scriptoribus Judaicis occurrit. *Succa* fol. 29, 1: "quando sol *percutitur*, signum malum est vniverso mundo," et alibi ap. Rabb. vid. Wetsten. Lucan. 1, 539: "Luna subita *percussa* expalluit vmbra." Adhibita videtur haec vox, vt et hic signorum coelestium defectus ex ventorum impetu exstitisse significaretur. Cf. Amos 8, 9; Mich. 3, 6 etc.

v. 13. Quae adhuc commemorauerat poeta, publicae cladis signa vniuerse intelligenda erant. Sed supererat illa potissimum calamitas, quae *Iudaeam*, tot aduersariis christiani nominis inhabitatam infestaret. Et haec quidem non longe abfutura canitur hic per nuncium coelitus promulgantem diuinam vindictam.

Cap. Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ εἶδον
IX. 1 ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν,
καὶ

dictam. Αετου. Inter ἑνος et αετου subintell. ὡς, cf. Var. Lect. Sensus: *angelus*, ὡς αετος, i. e. *celeritate aquilae* (Deuter. 28, 49; Habac. 1, 8.) *peruolans coelum.* Quod si aquilam vere apparuisse poetae malueris, malum omen et inde credes praenunciatum esse, vti ap. Artemidor. Oneirocrit. 2, 20. Nec desunt qui aquilas legionum Romanorum subobscure hic indicatas esse argutentur. Ἑνος autem ex Chaldaismo aut Syriasmo indefinite sumendum, vt ap. LXX. 1 Reg. 20, 35; 22, 9, alibi. Μεσουρανημα, infra c. 14, 6; 19, 7, pro εν μεσῳ του ουρανου. Loca scriptorum, qui vocem adhibuerunt, vid. congesta ap. Wetsten. Significatum esse volunt vel *meridianum*, quem vocant, in quo constituta astra μεσουρανει, μεσεμβριαζει (*culminiren*), oppos. τοις: ανατελλειν, δυνειν. vel punctum verticale (*Zenith*) vel neutrum horum, nec quidquam aliud, quam quod vulgo dicitur *per medium coelum.* Triplex illa exclamatio ουαι, licet ex numero poetico expressa (vti et τρις ἁγιος, μακαριος, *terque quaterque beatus*, cf. c. 4, 8; Num. 6, 24–26.), hoc tamen loco verbotenus est intelligenda, quod ex c. 4, 12; 11, 14. patet, sensusque eorum, quae profert malorum praeco, est hic ferme. "Ferri adhuc poterant, quae hactenus vidisti, omina: sed, quae iam ingruunt tria mala ipsa, funestissimum exitium afferent."

Cap. IX. Ac quoniam ter exclamatam vocem audiisse se fingit poeta, tripartito diuidit ea, quae subsequuntur. Sed aliam faciem prorsus ea exhibent. Nam copiosius sunt et vberius exposita, et quae antea aut negabamus aut dubitabamus, ea nunc affirmanda erunt, aut certe fidem proxime accedere credenda, alludere, puta, poetam ad certas quasdam, quas Judaea experta iam tum erat, vicissitudines, atque ex artificio poetico eas, vt vno tenore procederet oratio, carmini intexere. Sumimus ergo, plerosque intt. secuti, ea, quae c. 9. 10. 11. canuntur, indicare res iam gestas: sed iidem monemus, haudquaquam in singulis carminis coloribus distinguendis desudare, et anquirere, quid vere gestum quouis vocabulo expressum sit. Nec fraudi

καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου. Καὶ

fraudi ducetur aut propheta ſancto indignum habebitur, res iam praeteritas pro futuris venditare. (Cf. Eichhorn. Commentar. Vol, 2. p. 74.) Nil futurum canit noſter, niſi reditum Meſſiae, et hunc ipſum ita, vt iam contigiſſe ille et a ſe conſpectus eſſe videatur. Quapropter, ſi ex imaginibus rerum a poeta adhibitis colligere poterant lectores, ſpectare multa ad res iam geſtas, licebat exiſtimare, incepiſſe iam reditum Meſſiae, eoque citius conſummatum iri omnia, finemque et metam laborum non procul abfuturam. Sunt autem tres partes et quaſi actus, qui ſequuntur, hi ferme:

1) Calamitas, qua proxime ante bellum Romanum Judaea vexabatur, opprimebaturque, c. 9, v. 1-12.
2) Exercitus Romanorum, Judaeam ingreſſus, c. 9, v. 13. — c. 11, 14.
3) Obſidio Hieroſolymae (num et expugnatio, infra monebimus), c. 11, 15 ſqq.

Atque harum partium quamlibet, ſaltem binas priores; verſu intercalari conſignat c. 9, 12; 11, 14, vt ſupra c. 2, 7. 11. 17. 29 etc.

Innumera erant mala, quibus iam ante bellum Romanum affligebatur Judaea: procuratorum ſuperbia, inteſtini tumultus, caedes vbique locorum etc. Sed grauiſſimum omnium, idque proxime ante bellum praecedens, atque arma Romana prouocans erat Zelotarum agmen cum Idumaeis, factione Joannis, Simonis, Eleazari etc. Namque dum aggredi rem cunctatur Veſpaſianus, ſeditioſum agmen praedonum, ſicariorum etc. duce Manaimo, et poſtea Simone Gorionis filio, ex caſtello Maſada, tanquam arce, egreſſum omnem Judaeam peruagatur, et cuncta caede, rapina, flamma, ſacrilegio etc. implet, nefandisque ſceleribus nomen intentioris patriae, libertatis, religionis ſtudii, ζῆλον, praetexit, vnde Zelotarum nomen (Jacobiner). Quorum, ſicuti et militum ex Idumaea accitorum, ſceleribus incredibile dictu eſt, quam miſere Judaea afflicta et conquaſſata fuerit. Vid. Joſeph. B. Jud. Lib. 2. c. 17; 4. 7. 9; 5, 2, infr. ad v. 6. Sunt qui de Arabibus ſub Agrippa militantibus, aut de Ceſtii expeditione e Syria aduerſus Hieroſ. intelligere malint, quia ſignis militaribus ſcorpius

2 Καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου, καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος, ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης, καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Και ηνοιξε — αβυσσου absunt e pluribus ap. Wetst. et Gr. 3 ap. Mt. 1 ap. Alt. 3 ap. Birch. Andr. Areth. Aeth. Copt. prob. Mill. proleg. §. 1434.

Ibid. pro μεγαλης legunt καιομενης plures vtr. fam. ap. Wetst. et Gr. 5 ap. Mt. 3 ap. Alt. 5 ap. Birch. Editt. Compl. etc. Syr. Ar. Areth. prob. Mill. 1454. Voci καπνῳ saltem magis conuenire videtur καιομενης, quam μεγαλης.

pius inerat, ballistasque scorpiones, sagittarios etc. secum vehebat exercitus, Joseph. 2, 19. Nimis subtiliter haec omnia. Sed audiamus iam, quam acriter in Zelotas inuehatur poeta, c. 9, 1 – 12.

v. 1. Αβυσσος adiectiu. *fundo carens*, *unergründlich*, vt πελαγος αβυσσον Lucian. Ver. Hist. Lib. 2. p. 688; πηγαι αβυσσοι, Deut. 33, 13; Hesych. περας ουκ εχον; απειρον, ακαταληπτον. Occurrit h. l. et infra c. 11, 7; 17, 8; 20, 1. 3; Luc. 8, 31. vti et Gen. 1, 2, vbi exprimit Hebr. תהום. Substantiue ἡ αβυσσος, sc. χωρα (perinde ac ἡ ορεινη, Luc. 1, 39, ερημος, ανυδρος, Ps. 106, 14. πεδινη 1 Reg. 10, 27 etc.) significat vastam voraginem subterraneam, tartarum, 2 Petr. 2, 4, in quem tanquam carcerem detrusum (ταρταρωθεν, seu, vt Apollodorus loqui amat καταταρταρωθεν) olim credebatur, quidquid erat malorum daemonum, 2 Petr. 2, 4; Jud. v. 6; cf. infra Apoc. 20, 1. *Midrasch Ruth in Sohar Gen.* fol. 45, col. 178: "postquam filii Dei filios genuerunt, — ligauit eos Deus — catenis ferreis, quae vsque ad medium *Abyssae magnae* pertingunt." Dicendum autem erat, quia quasi carcere eo cohibebantur daemones, δεσμωτηριον της αβυσσου. Sed et foueae voraginesque carceris loco adhibebantur, Zach. 9, 11; Genes. 40, 15; Exod. 12, 29: ergo et ad φρεαρ, puteum, cisternam delabi potuit poetae ingenium et dicere φρεαρ (באר) της αβυσσου. *Jalkut Rubeni*, fol. 37, 2: "Qui circumcisus est, — eripitur ex *fonte* (מבאר) perditionis, qui est mundus." Et quia putei et cisternae foribus, valuisque erant

καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ
τοῦ φρέατος. Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον 3
ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἐξουσία,
ὡς

erant tectae, quae occludi poterant et recludi, congrua habebitur et illa metaphora, κλεις του φρεατος της αβυσσου. Istam clauem gerit Deus ipse, qui malos daemonas in profundam istam voraginem praecipitauit, 2 Petr. 2, 4: sed et tradit ministris suis, vt ex voluntate sua ii recludant carcerem. Ministri autem illi sunt angeli: ex illis ergo aliquis clauem a Deo traditam obtinet, Apoc. 20, 1. Iam si h. l. αστερα εκ του ουρανου πεπτωκοτα clauem illum gerere legimus, dupliciter locus intelligi poterit: 1) Angelus coelitus descendit in terram, clarissima luce stellae instar fulgens, tantaque celeritate in terras descendens, ac si e coelo sit delapsus (ita ferme c. 8, 13. αετου, pro αγγελου, ὡς αετου dictum erat); 2) vel verbotenus: stella praecipitabatur e coelo, lapsuque suo, quum in fores voraginis istius incideret, et pondere perfregit eas et quasi claue aperuit. Prius placebit: posterius monstrosam imaginem exhibebit, nostrae quidem aetati parum arridentem.

v. 2. 3. Iam aperta voragine mirabiles naturae exeunt. In fingendis naturis mirabilibus fertile est, vt et Ezechielis, Danielis etc. ita et nostri poetae ingenium. Sed quae excogitauerat c. 4, beneuola erant ζωα, tanquam numina: iam sequuntur et maleuolae naturae, vt et c. 12; c. 13; c. 17, et hae nostrae e tartaro prouocatae. Producuntur autem locustae, quarum caterua campis immenso numero (Jud. 6, 5; 7, 12; Jes. 33, 4; 46, 22. 23.) incumbens summis plagis, quibus affici terra poterat, adnumerabatur, vt satis constat, Exod. 10, 4. 14. 15, et graphice depicta est a Joele c. 2. Josephus B. J. 4, 9, 7. Zelotarum agmen, duce Simone, omnia longe lateque ait vastasse, καθαπερ ὑπο των ακριδων κατοπιν ὑλην εστιν ιδειν εψιλωμενην πασαν. Haud incommode ergo et noster Zelotas locustis comparat, qui et Artemidoro Oneirocr. 2, 22. mali sunt ominis. Sed videamus, quae ornamenta imagini adhibeantur. Apertis foribus καπνος exit, et quidem ad exprimendam densissimam cali-

ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς.
4 Καὶ ἐῤῥέθη αὐταῖς, ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον, εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους, οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα
5 τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἐδόθη αὐταῖς, ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτοὺς, ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε, καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Poſt ανθρωπους recepta lectio addit μονους, quod tamen deeſt in A, pluribusque vtr. fam. ap. Wetſt. et Gr. 4 ap. Mt. 4 ap. Birch. Editt. Eraſmi, Aldi, Colinaei, Syr. Arr. Copt. Aeth. Andr. Areth. probb. Mill. 1255, Wetſt. etc.

caliginem, ὡς καπν. καμινου μεγαλης, forſan eiusmodi, quibus in metallurgia ad excoquendum metallum vtimur (*Eiſenhammer*). Tam ſpiſſae ſunt tenebrae, vt ſol obſcuretur, exeuntque e caligine immenſa locuſtarum agmina. In quibus fingendis poeta vel vere fumum vaporemque e hiatu terrae exhalatum fuiſſe dictum vult, vel innumeram et denſiſſimam locuſtarum multitudinem exprimit, quae ſolis lucem ita obſcurauerit, vt primo nubes nebulasque videre te crediditiſſes, donec tandem locuſtae apparuerint, εξηλθον, Exod. 10, 15; Joel 2, 2. Plin. Hiſt. Nat. 11, 29; Shaw *Travels* etc. p. 187 ſq.; Niebuhr *Beſchreibung von Arabien* p. 168 ſq.; Forskål *deſcriptio animalium orientalium:* "dum agmine facto alte volabant, aer e longinquo fumi ſpeciem prae ſe ferebat;" cf. Franzii *animalium hiſtoria ſacra,* Pars V. Cap. 4. Ὡς σκορπιοι. Mirabiles erant naturae, quoad formam quidem locuſtis ſimillimae, ſed quoad effectum ſcorpionibus: homines enim infeſtabant aculeo, vt ſcorpiones (Plin. H. N. 11, 25; Manil. Aſtronom. Lib. 4, v. 217: Scorpius armata violenta cuſpide cauda; cf. Ariſtot. Hiſt. Nat. 9, 29), non agros, vt locuſtae, id quod iam ſequitur.

v. 4. 5. Οἱτινες ουκ εχουσι την σφραγιδα του Θεου, vid. cap. 7. Nolimus vero hic anquirere, num meliori magis

ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον.
6 Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρω-
ποι τὸν θάνατον, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν αὐτόν· καὶ
ἐπιθυ-

magis an peiori gentis parti graues et peſtilentes vere fuerint Zelotae. Poeta certe fingit poſterius, atque, quia e fece et ſentina plebis prodierant, peior nationis Jud. pars necem ſibi ipſa et interitum affert. Μη αποκτεινωσιν. Appoſite ad ſcorpiorum naturam dictum, quorum ictus (παιειν, ſeu πληττειν, apprime congrue dicitur), aculeo caudae huc illuc agitatae cuti illatus, tumidam eam reddit cum dolore graui quidem, ſed, dum medicina citius adhibeatur, parum lethali. Vid. Dioſcorides 185. ap. Eichhorn. Conueniens Zelotarum imago, qui non tam caedibus, quam rapinis, metu, terrore iniecto angebant cruciabantque miſeram gentem. Μηνας πεντε. Et hoc ex ſcorpiorum natura expreſſum eſt, qui cum locuſtis aeſtiuis menſibus a Maio ad Septembrem inprimis graues eſſe ſolent, Bochart. Hierozoic. II, 4. 8. Caue igitur, ſtudioſius quaeras, num per quinque menſes an plures in Judaeam graſſati ſint Zelotae.

v. 6. En adumbratam incredibilem Zelotarum ſaeuitiam, de qua loc. claſſ. Joſeph. B. J. Lib. V. Cap. 2. ὁ περιων (homines priori cladi erepti) τους προληφθεντας (mortuos) ὡς αναπαυσαμενους εμακαριζεν, οἱ τε εν τοις δεσμωτηριοις αικιζομενοι και τους αταφους απεφαινον ευδαιμονας. Κατεπατειτο μεν ουν πας αυτοις θεσμος ανθρωπων, εγελατο δε τα θεια, και τους των προφητων θεσμους ὡσπερ αγυρτικας λογοποιιας εχλευαζον etc. Tali vita mors vtique videbatur beatior. Similia eis, quae hoc verſu habentur, profert Jeſus Luc. 23, 29. 30; 21, 26, quibus adde loca e ſcriptor. graecc. et latt. ap. Wetſt. congeſta. — Mirum tamen videbitur, poetam, v. 1-5. et v. 7-12. forma praeterita loqui: hoc autem verſiculo formam futuram ex improuiſo intercedere. Atque etiamſi non infrequens ſit poetis, qui vaticinia canunt, eiusmodi ſaltus committere; hic tamen poetam verba haec ex antiquo carmine nobis deperdito mutuatum eſſe crediderim, id quod probabile redditur parallelismo membrorum, qui in omni noſtro carmine nusquam perinde

ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος
7 ἀπ' αὐτῶν. Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων
ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον, καὶ ἐπὶ
τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ,
καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων,
8 καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν, καὶ οἱ
χρυσοῖ ὀδόν-

VARIAE LECTIONES.

v. 7. ὅμοιοι χρυσῷ. Retinuit Bengel. lectionem receptam: at Griesbachius aliam lectionem χρυσοι ciuitate donauit, quae est in plurr. vtr. fam. ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Mt. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch.

inde conſpicuus eſt, ac hoc loco. Hoc ferme exprimere voluiſſe videtur poeta: "huc profecto quadrabat dictum illud: ζητησουσιν οἱ ανθρ.— απ' αυτων."

v. 7. Quae iam ſequuntur, ad ornatum pertinent, et ſingulares deſcribuntur corporum figurae, ad Joel 2, 4 ſq. ex parte expreſſae. Autore Niebuhrio (deſcript. Arabiae p. 173) dicitur vulgo apud orientales, locuſtae caput equo, pectus leoni, pedes camelo, ventrem ſerpenti, caudam ſcorpio, cornua virgineae comae ſimilia eſſe. Ὁμοιωματα ὁμοια noſtris auribus parum placet. Ἱπποις, Joel 2, 4. vid. locum Niebuhrii modo laudatum. Agmen locuſtarum equitum turmam referre videtur. Στεφανοι, galeis caput armati erant, tanquam coronis, ſeu re quadam, quae galeas referret, et quidem aureas, i. e. ſplendidas. Ανθρωπων, militum puta, truculenta facie in bellum prodeuntium.

v. 8. Τριχας γυναικων: non ανθρωπων, militum, ſed longiorem comam denſioremque, qualem virgines ſolent alere; Hieron. ad Ezech. 44, 20: "comam demittere proprie luxurioſorum eſt etc." Οδοντες λεοντων, i. e. *fortiſſimi.* Sir. 21, 3; Joel 1, 6; Plin. H. N. Lib. 11. cap. 29. Noli quidquam hic quaerere, quam ornatum poeticum, indicantem *forte* et immenſum, qua omnia vaſtabant Zelotae, impetum (Pſ. 57, 4), et effeminatam luxuriem, qua profundebant rapinas. Joſ. B. J. 4, 9, 10: γυναικιζομενοι δε τας οψεις εφονων ταις δεξιαις

ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν, καὶ εἶχον 9
θώρακας ὡς θώρακας σιδηροῦς, καὶ ἡ φωνὴ τῶν
πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν
τρεχόντων εἰς πόλεμον· καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας 10
σκορπίοις, καὶ κέντρα ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· ἡ
ἐξουσία αὐτῶν ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας
πέντε.

δεξιαις θρυπτομενοι δε τοις βαδισμασιν επιοντες εξαπινης εγενοντο πολεμισται.

v. 9. Pergit poeta in deſcribendis locuſtis imitari Joelem c. 2, 5–8. Θωρακας: pectora indicare videtur, quae habebant ὡς (cf. ad c. 5, 6.) σιδηρα, i. e. fortiora, quam vulgare locuſtarum genus. Φωνη πτερυγων: *ſtridor* alarum refert ſtridorem ἁρματων, quando equorum agmen impetu ruit (genetiu. conſequ.: alii tamen ante ἱππων praemittunt και, ſenſu eodem). De re hac legatur Plin. H. N. Lib. 2. c. 29.

v. 10. Caudam quidem habent et locuſtae, ſerpentum caudae ſimilem, Bochart., Hieroz. Tom. 2. p. 475: verum haec monſtra habebant caudam ſcorpiorum, i. e. ſemper mobilem, et aculeo (κεντρῳ) ad infligendos ictus inſtructam. Plin. H.N. 11, 25. de ſcorpionibus: "Semper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni." Ἡ εξουσια αυτων ſc. ην, του etc. id. qu. εδοθη αυτοις, ſupra v. 5. Ita εξουσια de virtute, quam animantibus ingenuit natura, vſurpatur et infra v. 19. Μηνας πεντε, vid. ſupr. v. 5. — Caeterum admodum varie legitur hic verſus, ſenſu tamen ſemper eodem. — Hactenus de Zelotis ipſis, quos, 1) quia armati incedebant, locuſtis, quorum corpora militum armaturam referunt, ſed et 2) ſcorpis, quia miſere affligebant et enecabant, conferre placuit: neque id ſine cauſſa: neutrum enim animalculum ſolum exprimebat Zelotarum formam et ſcelera: proinde, vti legitur apud Horatium Art. poet. init., nouum quid effingendum erat. Vt tamen infeſtiſſimum ſuum erga gentis perditores odium grauius adhuc, ſi fieri poterat, teſtificetur, ne forte obliuiſcatur quis, ex tartaro, malorum daemonum et Satanae ipſius ſede, prouocatos eos a ſe eſſe, repetit eadem

11 πέντε. = Καὶ: ἔχουσιν ἐπ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου, ὄνομα αὐτῷ ἑβραϊστὶ Αβαδδὼν, ἐν δε τῇ ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Απολλύων. — Ἡ

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Και εχουσι. Seruat Bengeliana recensio lectionem receptam, quum illud και abſit ex A, aliisque multis, vtr. fam. ap. Wetſt. et Gr. 5 ap. Mt. 3 ap. Alt. 3 ap. Birch. Editt. Compl. etc. Verſſ. Ar. Copt. Aeth. Areth. prob. Mill. 1454. Legitur et εχουσαι, ſine και.

v. 11, et angelum, ſeu praefectum voraginis illius, ducem eorum exercitui et anteſignanum praeficit. Inhaeret autem locuſtarum imagini, quarum agmen volatu incedens ducem quendam et quaſi imperatorem ſequitur, exploratores circumquaque mittit etc. Vid. Shaw, *travels* etc. Sigebert *de locuſtis* etc. ap. Eichh. Vol. II. p. 28. Iam vero earum locuſtarum, de quibus hic agitur, dux et praefectus eſt angelus Tartari, nouus quaſi Pluto ipſe. Scilicet iſtorum temporum daemonologia, quae cuilibet fere rei grauioris momenti angelum praeponebat, non potuit non angelum i. e. regem et imperatorem praeficere illi quoque carceri, cui immorabantur daemones mali, cf. Dan. 10, 13-20. Neque tamen contentus his poeta vlterius procedit, et nomen indit angelo iſti, ſub cuius tutela erat Tartarus, idque peſſimi ominis, Αβαδδων (quod in codd., vt nomina propria omnino, admodum varie ſcribitur), *perditor*, ab אבד, *perdidit*. Id proprie erat loci ipſius nomen. *Emek Hammelech*, fol. 15, 3: "infimus gehennae locus eſt Abaddon, vnde nemo emergit." Cf. *Jalkut Rubeni*, fol. 35, 2. Iungitur cum ᾅδης et θανατος, Prou. 15, 11; Job. 28, 22. Cf. loca Rabbin. apud Schöttg. ad h. l. Idem nomen iam et graece exprimit ex more ſuo, e. gr. infra c. 12, 9. Απολλυων. Credi poteſt poeta indicaſſe ducem Zelotarum vel Menahemum, Judae filium, Joſeph. B. J. 2, 17, vel Simonem Gorionidem, ibid. Lib. 4. c. 9: nec infenſiore facile nomine eos obiurgare potuit. Sane abſque argutiis ea ſuſpicari poteris: licebit tamen cum Eichhornio omnem hunc locum ad mera ornamenta poematis referre, quae

Ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν· ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο 12
οὐαὶ μετὰ ταῦτα.

Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἤκουσα 13
φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυ-
σιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ, τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ,
λέγου-

quae adhibenda erant poetae, quia agmen duce carere non potuit. Nescio quid praeferendum sit.

v. 12. Quae cuncta simulacra malorum quum praeteruecta essent phantasiam poetae, et quasi abiissent, *απηλθον*, audire sibi videtur eiusdem praeconis vocem, qui c. 8, 13. triplicem malorum cumulum annunciauerat. — Sunt ergo haec non poetae narrantis verba, sed exclamantis *εκ μεσουρανηματος* angeli. Ἡ *ουαι* substantiue, vt בייא apud Rabb. vid. Schöttg. *Μια*, i. e. *πρωτη*, ad c. 5, 5.

---

v. 13. Sequitur altera pars (cf. ad init. capitis), alludens ad agmen Romanum, Vespasiano duce Judaeam ingressum. Narrat historia, inter varias belli vicissitudines omnia castella, locosque munitos a Romanis esse expugnatos, satisque crudeliter in miseros incolas ferro et igne saeuitum esse, Hierosolyma ipsa salua etiamnum et intacta. Hanc igitur stragem, quam hostilis exercitus, sicuti compererat vates, intulerat genti contra dominationem superiorum insurrecturae, et ipsam in coelo variis rerum simulacris delineatam cernit poeta, et symbolice aeque ac priora exponit, non historice; quapropter neque hic in singulis imaginis partibus explicandis curiosius elaborandum erit. Sed videamus, quosnam colores formasque, mirabiliores adhuc, si superis placet, et monstrosiores huic imagini admisceat.

Iubetur coelesti voce angelus, qui tuba cecinerat, soluere malos daemonas, qui hostili exercitui praeessent. Vox illa exsistit, vti supra c. 6, 6. *εν μεσῳ των τεσσαρων ζωων*, ita h. l. *εκ των τεσσαρων κερατων* (Jos. B. J. 5, 5. 6.) *του θυσιαστηριου*, cogitandumque est, poetam voluisse exprimere, coelestium illarum naturarum aliquam, quibus altare proxime adstabat, vocem hanc acclamasse. Ex eodem altari et preces pro seruandis piis Jouae cultoribus

14 λέγουσαν τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ ὁ ἔχων τὴν σάλπιγγα·
λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους ἐπὶ
15 τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. Καὶ ἐλύ-
θησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς
τὴν

VARIAE LECTIONES.

v. 14 et 15. Pro αγγελους et αγγελοι Cod. 30. Guelpherbytanus legit ανεμους et ανεμοι, quod indubie ex capite 7, 1 a corrigentis manu inuectum est, probante tamen Knittelio.

toribus exierant c. 8, 3. 4; et hoc loco dirae in aduersarios prodeunt.

v. 14. Mala, quae inferre hic iubetur, sunt turmae hostiles: iis autem duces praeficiendi erant, et praeficiuntur quatuor, et quidem, vt insolita omnia, rebusque humanis maiora et asperiora viderentur, angeli quatuor mali; quid quod illi quatuor, qui in remotissimis Orientis plagis, ad Euphratem in deserto sedem habebant, sed et ibi carcere cohibebantur, Zach. 5, 11; Tob. 8, 3. ne inuito numine nocere possent. Daemonibus autem in locis desertis sedes assignari solebant, c. 18, 2; Matth. 12, 43. *Maimonides More Neuochim* c. 30: "Scribunt Zabii, quod — desolata et deserta loca — daemones horrendi incolant." Iam vero remotissimae terrarum versus Orientem plagae Judaeis erant τα κατ' Ευφρατην, has nequibant complecti cogitatione aliter, quam vastissimam solitudinem: quia inuisa erat ista terra, in qua triste quondam exilium perpessa erat gens. Ex Oriente porro existebat, quidquid magnum erat et momenti grauioris (Jes. 41, 2, forte et Luc. 1, 78.) secundi vel aduersi. Vix ergo aliunde prouocari poterat grauissima calamitas, quam inde. Quod autem certos quosdam angelos prouocat, τους τεσσαρας αγγ., opinioni cuidam Judaicae obsecutus fecisse videtur, de qua tamen certi quid nil proditum est memoriae, sicuti et omne daemonologiae istorum temporum systema multa habuit, quae nos quidem ignoramus. Istos tamen quatuor angelos, qui c. 7, 1. nominantur, caue cum his confundas: sunt illae naturae bonae, hae malignae, illisque locus prorsus diuersus a nostro assignatur.

τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτὸν, ἵνα
ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὁ 16
ἀριθμὸς τῶν στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ δύο μυ-
ριάδες μυριάδων ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν.
Καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ 17
τοὺς καθημένους ἐπ' αὐτῶν ἔχοντας θώρακας
πυρίνους, καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις, καὶ αἱ
κεφα-

tur. Iam erit ſenſus: *e carcere emittendos eſſe malos daemonas, vt praeſint hoſtibus, atque ad clades Iudaeis infligendas eos excitent.* Et in his erit ſubſiſtendum, neque ad hiſtoriam rerum vere geſtarum reuocandum hoc, ſiquidem ex Oriente non aduentauerat Romanorum exercitus. Sed admodum varie incedunt interpretes, creduntque, Euphratem pro Tiberi, angelos 4 pro angelis tutelaribus nationum aduerſus Judaeos in aciem eductarum etc. poſitos eſſe, aut exprimere 4 duces Veſpaſiani, ducem Arabiae, Africae, Alexandriae, Palaeſtinae etc.

v. 15. Mandata perficiuntur: catenis ſoluuntur daemones: prodeunt monſtra horrenda, ingentia, et hoſtili agmine graſſantur. Εις την ὡραν — — ενιαυτον, vel *in ipſo momento deſtinati temporis, nec ſerius nec citius* (cf. Diſſ. exeget. Storr. Tub. 1795), vel, quod praeſtat, *quouis tempore.* Similiter Homerus paſſim, Odyſſ. κ, 469; λ, 294. Το τριτον, ad c. 8, 7. Ἱνα αποκτειν. pendet vel ab ἡτοιμασμενοι, vel, quod ſatius videtur, ab ελυθησαν.

v. 16. Ἱππικου. Equitatum potiſſimum adhibuiſſe poeta videtur, quo terribiliora monſtra in ſcenam producere poſſet. Δυο μυρ. μυριαδ. Cf. ſupr. 5, 11. Tantam autem cateruam non numerando cognoſcere poterat ipſe, ſed reſciuit ex narratione coeleſtis alicuius naturae, vt ſupra c. 7, 4. Subintelligi apud ἠκουσα poteſt γαρ vel και, quod et in quibusdam correctum legitur, ſed rectius omnia vno tenore leguntur, nulla interſtinctione inter μυριαδων et ἠκουσα, vt in verſiculi conſtructione anacoluthon adſit.

v. 17. Terribilis iam ſequitur imago horrore percutiens omnes artus. Ουτως, ſc,

κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων, καὶ ἐκ
τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύεται πῦρ καὶ καπνὸς
18 καὶ θεῖον. Ἀπὸ τῶν τριῶν πληγῶν τούτων
ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ
πυρὸς καὶ τοῦ καπνοῦ καὶ τοῦ θείου, τοῦ ἐκπο-
19 ρευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν· ἡ γὰρ
ἐξουσία τῶν ἵππων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἐστι καὶ
ἐν

VARIAE LECTIONES.

v. 18. Απο των τριων πληγων τουτων, pro lect. text. rec. ὑπο των τριων τουτων adest in probatissimis testibus.

v. 19. Ἡ γαρ εξουσια — — ουραις αυτων, pro lect. rec. αἱ γαρ εξουσιαι αυτων εν τω στοματι αυτων εισι iisdem fere testibus probatur, ABC, multisque aliis vtr. fam. ap. Wetst. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Alt. 6 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Verss. Syr. Arr. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth.

sc. εχοντας, *tales:* alii pro τοτε dictum volunt. Ὑακίνθινος, *colorem hyacinthi* (floris vel gemmae) *referens*, i. e. *nigricantem*, qualis est chalybis perpoliti. Saep. in LXX occurrit. *Ferri* et chalybis politi, solisque radios reuerberantis adspectus terrorem incutit, et imaginem belli caedisque profert: proinde thoraces ferreos finxit, verum, vt augeretur pauor, aliud quid, quo bellum graue esse solet, addit, thoracesque fingit πύρινους, i. e. *vere igneos*, *ignitos* (non: micantes vt ignis) et θειωδεις, *sulphureum odorem exhalantes* (alii explicant pallidos). Quam tremenda omina, ferro omnia et igne esse vastanda! Quis tamen non contremiscat conspectis monstris ipsis, quibus insidet iste equitatus? Κεφαλαι maxime, quoad iubam et rictum, leones referebant. Πυρ εκπορ. εκ των στομ. non metaphorice dictum, vt ap. Virg. Georg. 3, 85 etc. sed vere conspexisse se fingit poeta ignem, fumumque sulphureum e naribus monstrorum exhalatum.

v. 18. Pestiferum vaporem exhalasse hic finguntur monstra equina, quo ad modum venti illius pestilentissimi Samum necabant homines. Haud

ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι
ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλὰς, καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι.
Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν 20
ἐν ταῖς πληγαῖς ταύταις, οὔτε μετενόησαν ἐκ τῶν
ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι
τὰ δαιμόνια, καὶ τὰ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ
ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χαλκᾶ, καὶ τὰ λίθινα, καὶ τὰ
ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύναται οὔτε ἀκούειν, οὔτε
περι-

Haud abſimilia ſunt illa Ouidii Met. 7. v. 104. — "Vulcanum naribus efflant Aeripedes tauri, tactaeque vaporibus herbae Ardent etc."

v. 19. Rationem reddere videtur, cur magna hominum pars afflatu illo peſtilenti periiſſe credenda ſit. Dixerat, halitum illum ex ore exire. Atqui, addit, non *vnum* os iis fuit (praeſens pro praeterito, quo propiora oculis obuerſentur, vt v. 10. 11 etc.), ſed *bina* ora: namque et cauda in oris rictum exibat. Ἡ *εξουσια*, cf. ſupra ad v. 10. Voces *εν τῳ στοματι αυτων* arctiſſime iungas cum *εξουσια αυτων*, vt illi ſubſtantiuo quaſi adiectiui loco adhaereant, ac ſi dici poſſet: *ἡ εξουσια αυτων στοματικη*. "Quod ore ſuo efficiebant hi equi [*ἡ εξουσια* (*τουτων*) *των ἱππων εν τῳ στοματι αυτων*]: non ſolum ore efficiebatur illo, quod in capite erat, ſed etiam cauda (*εστι και εν ταις ὀυραις αυτων*), ſeu: non ſolum ore ſpirant ignem etc. ſed et cauda; cauda enim ſerpentem refert, qui et ipſe os habet ſeu rictum, ex quo *πυρ* etc. exit: *ihre Mäulerkraft zeigte ſich auch am Schweife: denn dieſer war ſchlangenartig, und ebenfalls mit einem Maule verſehen.*" Ἐν *αυταις* (non *ουραις*, ſed *κεφαλαις* i. e. *στομασιν ουρων*) *αδικουσι*, ſc. *πυρ, καπνον* et *θειον πνεοντες*. Orientales amaſſe ex variis animalium generibus componere nouam aliquam et fabuloſam figuram, liquet. Pauſan. 8, 523. Accedunt autem ea, quae hic habentur, ad formam bicipitis ſerpentis, ſeu amphisbaenae, de qua fabulati ſunt veteres. Plin. H. N. 8, 35: "amphisbaenae geminum caput, hoc eſt et a cauda, tanquam parum eſſet, vno ore fundi venenum." Lucan. Pharſal. Lib. 9. v. 179. Heſych. *αμφισβαι-*

21 περιπατεῖν. Καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων
αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ
τῆς πορνείας αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων
αὐτῶν.

Καὶ

φισβαινα, — — ὡστε τινας αμφισβητειν, μη δυο κεφαλας εχειν. Quod si summam calamitatem h. l. indicatam esse credit Hagen, quam et *ingressus* Judaeam exercitus intulerit, et *excedens* relicturus sit, nimium profecto argutari videtur.

v. 20. 21. Sed ne tanta quidem clades meliorem frugem in hominibus protulit: imo in peruersitate morum perseuerarunt obstinatissime, Οἱ λοιποι etc. ii, quos non tetigerat plaga, quae nonnisi partem (το τριτον) hominum absumserat. Si ad historiam belli Jud. respicere velis, intelliges tum eos, qui in prouinciis sospites euaserant, tum Hierosolymitanos, quorum vrbs nondum obsidione cingebatur. Iam cumulantur flagitia gentis, de quibus et alibi cum ea expostulare solent vates, Deut. 32, 17; Ps. 115, 5-8; Mal. 3, 5; Ps. 10, 8; 50, 18. Apoc. 18, 23; 21, 18; 22, 15, quae tamen nil indicant aliud, nisi *flagitia omnimoda, sine respectu ad certa quaedam exempla, belli Romani tempestate a Iudaeis commissa:* licet et eiusmodi permulta inuenies relata a Josepho B. J. Lib. 4, 9, 10; Lib. 5, 9, 4; 6, 2, 1. alibi; Tacit. Hist. V, 12. Maximam tamen difficultatem facessit interpretibus mentio idololatriae, seu adoratio των δαιμονιων (eo enim nomine vili et contemto gentilium idola a sequioribus Judaeis compellabantur, 1 Cor. 10, 19-21). Horum vanitatem exprimit noster tantum non ad verbum ex Daniele 5, 23. Sed occurrit difficultas illa, quod in idololatriae crimen ante Babylonicum exilium quidem saepissime impegerat Hebraeorum gens, postea tamen idem detestata erat vel maxime. Quapropter aliter haec explicantur: veluti de pertinacia praefracti animi et obstinatissimi, cum Eichhornio, quia eandem obstinationem maiores in ειδωλολατρεια exhibuerant; vel de auaritia et amore scelerato habendi, qui Eph. 5, 5; Col. 3, 5. idololatriae nomine nuncupatur; vel per metonymiam de omnibus cuiuscunque generis flagitiis; vel de vero idolorum cultu, quo crimine ne tum quidem vacua

Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαί- Cap.
νοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, περιβεβλημένον νεφέλην, X. 1
καὶ

cua erat gens, siquidem permulti, aut Romanorum gratiam aucupantes, aut leuitati morum, et peruerso aeui genio indulgentes, ad deorum gentilium puluinaria supplicabant, signa militaria adorabant, aquilam Iouis capitolini in templi tecto collocabant, Jos. B. J. 6, 2, 2; 7, 3, 3. Atque aut hoc posterius praeferendum duco, aut nulla alia de caussa addita haec esse credo, quam quod poetae menti inhaerebat locus iste Danielis, quem exprimere carmine suo cupiebat.

Cap. X. Iam quia ne hac quidem strage commonefacta gens resipuerat, consultissimum erat, clangere protinus septima tuba, et extremo hoc classico prouocare totius gentis exitium. Quam grauiter autem et moleste affectum putemus propensiorem erga gentem suam poetae animum, vbi extremam illi perniciem a se annunciandam videbat. Sed erat ita in fatis. Ne moras quidem nectere datur vt supra c. 7, proxime ante resignationem sigilli septimi: adest enim coelitus praeco diu. non, vt quidam volunt, ad pacem denuo offerendam, de ea enim ne verbum quidem, sed qui nullam interfuturam moram affirmet. Tergiuersatur tamen poeta et inuitissimus ad rem accedit eo ipso, quod hunc nuncium in scenam producit, summo coelestis maiestatis splendore fulgentem illum quidem. Iste autem legatus, cuius forma et gressus v. 1 – 3 ornatissime delineatur, 1) edocet poetam, certum esse et irreuocabile fatum, idque sine mora perficiendum, delendum esse Judaeorum regnum, v. 4 – 6. 2) Sed ex isto excidio proditurum esse ait regnum Christi, et rata fore diu. decreta, omni humano intellectu maiora (Rom. 11, 33 sqq.), de beandis per Christum hominibus, v. 7. 3) Tradit librum, in quo ingruentes rerum vicissitudines erant consignatae, v. 8 – 10, addens: 4) ipsum poetam laetius mox ex hoc libro et liberius propagaturum esse doctrinam salutarem v. 11: 5) delineandam ergo esse noui templi figuram, numine digniorem, in symbolum doctrinae melioris c. 11, 1. 2: 6) id enim templum mox frequentatum iri cultoribus, rectius Deum adoraturis, quia homines tandem aliquando

καὶ ἡ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσω-
πον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς
2 στύλοι πυρός. ~ Καὶ εἶχεν: ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ
βιβλαρίδιον ἠνεῳγμένον, καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ
τὸν δεξιὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ
~ καὶ ἔχων τῆς

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Pro και ειχεν legatur και εχων, quod est in ABC, all. ap. W. et Gr. 3 ap. Mt. 2 ap. Alt. 3 ap. Birch (apud quem Vatican. 579 habet κατειχον) prob. Millio 1358.

quando ad meliorem frugem redituri sint. Id ita effertur: "duo martyres pro verioribus mortem oppetent, sed resuscitati atque in coelum elati luculentissimum documentum exhibebunt, veriora esse praeferenda," c. 11, 3 - 13. — Apparet autem sub huius praeconis effigie aut ex ministris Messiae aliquis, qui ei erat a secretioribus, aut Messias ipse (c. 11, 3), cuius imaginem, licet in coelo sub agni figura depictam, non tamen dubitat variare poeta, quotiescunque e coelo egressum in terra ingredientem eundem inducit, vid. cap. 12 et 19, cf. Prolegom. p. 90. Hinc clariore luce prae caeteris angelis hic noster fulget.

v. 1. Ισχυρον, ad summam Mess. potentiam indicandam. Καταβαιν. vid. ad c. 4, init. Νεφελην, qui est amictus naturarum coelestium, quum mortalibus spectandas se praebere nolunt. Quae sunt in Virg. Aen. 1, 415. aut Iliad. γ, 38. prorsus aliorsum tendunt. Ιρις. Non pacis oblatae, sed splendoris omnino symbolum est, et quidem gratius quid et suavius, quod temperaret nimium fulgorem, cf. ad 4, 3. Στυλοι πυρος. Pedes nulli rei convenientius comparantur, quam στυλοις, suntque πυρος, ad splendorem indicandum: cf. c. 1, 15. 16. et omnino Ezech. 1, 26 - 28. Nil ergo exprimitur, nisi hoc: *totus a capite ad calcem splendore coruscabat.*

v. 2. Βιβλαριδιον (cf. var. lect. ad v. 9), forma diminutiva. Indicatur vel idem illud βιβλιον, idem ille fati liber, qui c. 5, 1. a vate in coelo conspectus erat, vel, quia vix credendum, ex tabu-

τῆς γῆς, καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, ὥσπερ 3
λέων μυκᾶται. Καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ
βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς. Καὶ ὅτε ἐλάλησαν 4
αἱ ἑπτὰ βρονταὶ, ἔμελλον γράφειν· καὶ ἤκουσα
φωνὴν

tabulis publicis coelestibus autographum vllum in terras demissum iri, epitome eiusdem, vt ap. Ezech. 2, 9. κεφαλις βιβλ. Non tamen hoc βιβλαριδιον, sed βιβλιον ipsum c. 5, 1. summam argumenti carminis nostri efficit, licet intt. nonnulli, e. gr. Oporinus, ad hoc potissimum βιβλαριδιον animum aduerterint. Ανεωγμενον, quia iam detracta erant inuolucra, argumentumque omnibus terris erat patefaciendum. Θαλασσης — γης. Nil exprimitur, nisi ισχυς, v. 1, incessus firmus, et forma colossica et gigantea. Hom. Il. δ, 443; Virg. Aen. 4, 177; Jes. 66, 1; Sapient. 18, 16; Giddim fol. 68, 2: "Asmodaeus vinculis solutus, vnum pedem in terra, alterum in coelo posuit." Admodum peccarunt pictores olim, qui biblia figuris aeneis exornarunt, eo quod, quae symbolice hic dicuntur, verbotenus intelligentes, veram nubem, veros στυλους imagine hic reddiderunt, angelumque lucis transformarunt in monstrum.

v. 3. Tam fortem naturam et validam non decebat vox tenuis et exilis, sed grauis et omnia penetrans: cf. ad 1, 10. Μυκαται. Proprie de tauris dicitur verbum. Phavorin. βρυχασθαι επι λεοντος; μυκασθαι επι βοος: sed promiscue vsurpantur, Theocrit. Idyll. 26, 20. Vox autem illa longe lateque personans recitauit argumentum libelli; atque inter legendum adstrepit omnis natura grauissimo tonitru. Αἱ ἑπτα βρονται: numerum multiplicat ad fortitudinem strepitus significandam, et ex more suo septenarium eligit: nec sine ratione articulus αἱ praefigitur (qui male in quibusdam codd. deest), quia indicantur septem tonitrua potiora, siquidem e ministerio, apparatu etc. coelesti septem ex vnoquoque genere prae caeteris eminent, vt τα ἑπτα πνευματα, αἱ ἑπτα αγγελοι etc. Angelum ipsum fausta christianis, tonitrua autem diras aduersariis annunciasse euicit Eichhornius, idque ex sequentibus probabile redditur.

v. 4. Articulata, vt aiunt, voce loquuta tonitrua finguntur, et praenunciasse mala

φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν· σφράγισον ἃ
ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ, καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς.
5 Καὶ ὁ ἄγγελος, ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης
καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν
6 εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν,
καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ,
καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος
οὐκέτι

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Μη ταυτα γραφ. Pro eo habent μετα ταυτα γρ. 3 ap. Wetst. et Gr. 1 ap. Matth. 1 ap. Birch. Editt. Complut. etc. quod tamen a nemine probatum inuenio.

mala omnia aduersariis christiani nominis et funestissimum exitium. Σφραγιζειν est *absondere*, *celare*, ne innotescat res, sed quasi sigillo clausa maneant, Dan. 8, 26; 9, 24; 12, 4; Apoc. 22, 10: *Haec memoria teneto, tibique seruato, aliis autem non promulgato*. Similia praecipiuntur in *Sohar Chadasch* fol. 43, 1. vid. Schöttg. ad h. l. Iubetur hic poeta, diras imprecationes et extremam Judaeorum cladem non promulgare, cui mandato morem gerens infra c. 11, 15 sqq., vbi tertium illud *uae* exponendum erat, non tam exitium gentis suae carmini intexit, quam iis immoratur, quae fausta inde et salutaria rei christianae emerserint, sicut infra suo loco pluribus exponemus. Atque hic miramur summo iure artificium poetae, qui, quae ob amorem erga gentem suam ne praesagire quidem, nedum carmine promulgare ausus erat, idcirco reticenda fuisse fingit, quia a legato coelesti de silentio seruando monitus erat.

v. 5. 6. Interposito iam iuramento absque mora vlla euentum habitura omnia affirmat legatus. Ηιρε την χειρα ad morem iurantium, Genes. 14, 22; Num. 14, 30; Deut. 32, 40; Dan. 12, 7, quem locum omnem hic expressisse credendus est noster. *Targum. Hierosol.* ad Num. 14, 30: "Eleuaui manum meam in iuramento." Ev, *apud*. ב, abest

οὐκέτι ἔσται, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς 7
τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, καὶ
ἐτελέσθῃ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε
τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς προφήταις.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 7. τοις — δουλοις, προφηταις. Retinuit Bengel. faciliorem construct. textus recepti, quum Griesb. duriorem cum accusatiuo in textum admittat τους — δουλους, τους προφητας probb. Mill. 1308. Wetst. etc. quae est in probatissimis codd. Eiusmodi variationes et alibi occurrunt.

abest e multis codd., vt sit ωμοσε τῳ ζωντι, sine sensu commodo, et contra Dan. 12, 7. Ὃς εκτισε etc. Haec ad sanctitatem iuramenti indicandam ornatius adduntur. Χρονος, *mora*, *procrastinatio*, vt χρονιζειν, *morari*, *tergiuersari* etc. Hesych. διατριβειν. Hebr. 10, 37; Habac. 2, 3.

v. 7. Εν ταις ἡμ. — σαλπιζειν ex nimia redundantia Hebraismi positum est pro εν τῳ σαλπιζειν τον ἑβδομον αγγελον. Tanta vbertate redundare solet oratio prophetica, quae et circa temporum formas excidit saepissime grammatices regulis, vt h. l., vbi pro ετελεσθη dicendum erat τελεσθησεται, quemadmodum et legitur τελεσθη. Μυστηριον του Θεου est vel *religio christiana*, crebro ita vocata, vid. ad Eph. 1, 9; 6, 19; Col. 1, 26. 27; 1 Tim. 3, 9; atqui christianismus euerso demum Judaismo nacturus esse τελειοτητα suam credi poterat; vel, quod denique eodem redit, decretum diuinum, Judaeorum gentem non iam, vt antea, inprimis caram numini fore et acceptam, sed christianos futuros eidem in deliciis: id autem vocabatur μυστηριον, vel quod pertinebat ad decreta diuina omnino, quae abdita sunt hominibus vulgaribus et inaccessa (cf. supra ad c. 5, init.), vel quod longe excedebat hocce numinis decretum omnia, quae Judaeorum mens et intellectus capere poterat (Actor. 10; Rom. 11, 13 sqq.). Sed quae vulgus hominum ignorat, ea dilectioribus sibi et familiaribus prophetis nota tamen facit Joua, Amos 3, 7: quapropter et hic additur, haec quoque diuina decreta olim iam innotuisse vatibus priscis,

8 Καὶ ἡ φωνὴ, ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν
λαλοῦσα μετ' ἐμοῦ καὶ λέγουσα· ὕπαγε, λάβε τὸ
βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἀγγέλου
τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.
9 Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ,
δοῦναί μοι τὸ βιβλιδάριον. Καὶ λέγει μοι· λάβε
καὶ κατάφαγε αὐτό· καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν,
ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι.
10 Καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ
ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον αὐτὸ καὶ ἦν ἐν τῷ
στόματί μου, ὡς μέλι γλυκὺ, καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτὸ,

ἐπι-

VARIAE LECTIONES.

v. 9. Δοῦναι. Ita legendum pro faciliori lectione recepta δὸς, assentientibus AC, mult. all. ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 2 ap. Birch. Syr. Vulg. Areth. prob. Mill. 1248. Wetst. Gr. cf. supra 5, 18.

Ibid. vt et v. 8. vario scribitur βιβλίον, βιβλαρίδιον, βιβλάριον, βιβλιδάριον.

scis, atque huc referenda esse eorum carmina, quotiescunque eiusmodi quid canant. Quaecunque ergo adfutura aliquando sperabantur, licet ignotum esset, quando: ea, quia, dum versabatur in terris Messias, nondum contigerant omnia et ad τελειοτητα perducta erant, nunc tamen, quum rediturus sit Messias, certissime euentura esse angelus annunciat et consummatum iri. Iam quia grata haec erant et laetissima, vocem ευαγγιλιζειν adhibet.

v. 8. Tantum compererat vates, cruentum quidem et funestissimum Judaeis imminere exitium, sed faustissima omnia et laetissima inde profectura esse. Hinc iam iubetur, vti reticere tristia (v. 4), ita promulgare laetiora. Ἡ φωνη, eadem, quae v. 4. Et hic quoque orationem ex Hebraeorum more redundantissimam inuenies.

v. 9. 10. Expressa haec ex Ezech. 3, 1–3. Καταφαγε. Doctrinam, praecepta, sicuti omne id, quo libenter occupamur, quo carere nequimus,

ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου. Καὶ λέγει μοι· δεῖ 11
σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ
γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς.

Καὶ

mus, cibo solebant conferre Judaei, Ezech. 2, 9. 10; 3, 1–3; Jo. 4, 34, vnde καταφαγειν βιβλιον significat argumentum libri alicuius 1) *auide et cupide pernoscere*, fere vt nos loquimur *verschlingen*, 2) *penitius cognoscere*, et tanquam cibum in succum quasi et sanguinem conuertere, Artemidor. Oneirocr. Lib. 2. c. 50. Εσθιειν δε βιβλια παιδευταις και σοφισταις και τοις απο λογων η βιβλιων ποριζομενοις (sich nährend) συμφερει etc. Πικρανει etc. *linguam quidem et palatum iucundissima afficiet dulcedine, sed tormina mox patieris*, Ezech. 3, 3; Jer. 15, 16; Job. 20, 14. Neque obscurum est, quo haec tendant. Quippe Joannes, qui ardentissimo pro re christiana flagrabat studio, dulcissimum sane illud et exoptatissimum comperibat, fore vt victrix illa existeret omniumque gentium domina: sed idem, in gentem Judaicam mirum quantum propensus, dolebat vehementissime, non posse Judaismum, quod in votis impensioribus erat, iungi et coalescere cum Christianismo, sed illum euertendum esse funditus, vt huic regnum stabiliretur et dominium. Itaque res ipsa et producendus effectus dulcissimus erat, sed media et quasi instrumenta tristissima.

v. 11. Quid laetius poetae accidere potuit et exoptatius, qui supra quidem libri argumentum pernoscere gestiebat, atque, quum de eo desperandum esse animaduerteret, in lachrymas effundebatur c. 5, 4, iam autem librum apertum manu tenebat ipse? Hoc erat in votis: sed angebatur etiamnum animus; itaque haec, vti videtur, loquitur angelus, vt animus addatur Joanni, ob instantem Judaicae gentis cladem tristitia affecto, sensu hoc: *tam laetum istud oraculum, christianam caussam victricem fore, promulgandum tibi erit vbique gentium*, ex opposito eorum, quae reticere iussus erat v. 4. Παλιν, scil. quando reuocatus ex exilio ad dilectissimos tibi coetus redieris. Erit munus tuum, προφητευειν, 1) *tradere* doctrinam christianam omnino (vt Matth. 7, 22.) et quidem 2) in ea tradenda illu-

Cap. Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ λέγων·
XI. 1 ἔγειραι καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ
θυσιαστήριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ.
2 καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω,
καὶ

VARIAE LECTIONES.

V. 1. λεγων. Asperrimum anacoluthon, quod ita attemperare conatur textus communis, vt ante λεγων inferantur: και ὁ αγγελος ειστηκει, quod tamen ex Zach. 2, 3; 3, 5. illatum videtur, desideraturque in A pluribusque aliis vtr. fam. ap. Wetst. et Gr. 2 ap. Mt. 4 ap. Alt. omnibusque ap. Birch. praeter Vatic. 366, editt. Erasmi, Colinaei, Verss. Copt. Arm. Aeth. Arr. Vulg. Andr. Areth. — Hagen supplet: και εν τῳ βιβλαριδιῳ γεγραμμενον ην.

illustrem eiusdem victoriam *praesagire*, idque επι λαοις, per omnem Asiam et adiacentes tractus; quasi dicere velit: *nun hast du deinen Wunsch erreicht: nun hast du das Buch: nun belehre die Völker daraus, und sey unbekümmert: bald wird eine glücklichere Periode anheben.* Sunt, qui explicent, "vaticinandum tibi erit non solum de eis (επι, vt על, pro περι). quae Judaeos spectant, sed accedent plurima alia oracula promulganda a te, quae alias gentes spectant, vel ea attingunt, quae ab ethnicis imperatoribus etc. imminebunt rei christianae." Non placet, quia dicendum fuisset επι λαους etc. vti Ezech. 25, 2 etc. Alii alias explicationes satis precarias praeferunt.

Cap. XI continua serie pergit prioribusque iungitur, quia idem angelus loquitur, qui coelitus descenderat c. 10.

v. 1. 2. Καλαμος, *arundo*, qua vtebantur veteres ad *metiendum* et *scribendum*. Ὁμοιος ῥαβδῳ innuere videtur *magnitudinem* arundinis, quae *baculum* seu *scipionem* referebat. Εδοθη μοι, sc. ὑπο του αγγελου, qui eiusmodi instrumenta manu gerere inducitur et Ezech. 40, 3; Zach. 2, init. Non quidem e coelo perticam secum duxisse repraesentatur angelus; sed finge tibi, prope adiacuisse eam ibi, vbi Joannes in insula Patmo versabatur, dum haec videbat, monstratamque ab angelo fuisse. Ante λεγων supplendum erit eiusmodi quid, quale

καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς ἔθνεσι·

καὶ

quale inuenitur in textu recepto: vid. Var. Lect. Ναος indicat *ſanctum* in templo, quum ἱερον *templum omne*, atria, ſanctum et ſanctiſſimum complectatur. In hoc ſancto aderat θυσιαστηριον, i.e. *altare ſuffitus* (non illud, in quo holocauſta offerebantur, in veſtibulo exſtructum), in quo inter preces thura adolebantur, fere vt nunc in templis catholicis. Προσκυνουντας, qui ſtabant prope altare ſuffitus, et Jouae ſupplicabant. Μετρειν τους προσκυνουντας autem dictum eſt, pro μετρειν τοπον εκεινον, εν ῳ εισιν οἱ προσκυνουντες, aream templi iuxta altare ſuffitus. — Αυλη εξωθεν, Ezech. 10, 5. *atrium*, *veſtibulum*, cum oecis ſacellisque, quae ibidem erant exſtructa. Εκβαλε εξω explicatur per ſequentia μη μετρησῃς, vt haec του ἱερου pars quaſi *abeat et foras eliciatur*. Εδοθη τοις εθνεσι, *conceſſa eſt iſta pars et quaſi aſſignata gentilibus, quam flagitiis ſuis profanent*. Ita fere παραδιδωναι vſurpatur Rom. 1, 28. Πατειν vſurpatur *de euerſionibus, quae bellis et tumultibus fiunt*, Luc. 21, 24; 1 Macc. 4, 60; nec non *de ſacrorum profanationibus*, 1 Macc. 3, 45; Dan. 8, 13; 9, 27. Praegnans autem phraſis, dicta pro: και πατησουσιν αυτην την αὐλην, και την ἁγιαν πολιν. *Summa imis, ſacra profanis miſcebunt, ita tamen vt ſanctum maneat intactum*; hoc itaque a partibus profanatis ſeiungendum erit. Μηνας τεσσαρ. δυο. 42 menſes, ſeu 1260 dies, v. 3, indicant *tempus* $3\frac{1}{2}$ *annorum*. — Sic expeditis verbis ſingulis, de rebus ipſis pauca annotanda erunt. Et primo quidem numerus $3\frac{1}{2}$ mere ſymbolicus eſt et commentitius, atque e Daniele expreſſus, qui per $3\frac{1}{2}$ annos graſſatum in Judaeos immani ſuperbia Antiochum Epiphanem refert, vt adeo pro *indefinito tempore cuiuslibet tandem calamitatis publicae*, quae voce πατειν indicatur, poſitum eſſe tempus definitum $3\frac{1}{2}$ annorum credi poſſit. Cf. Eichhorn. ad h. l. et infra in Excurſ. 2. Nam qui belli Judaici tempus vere expreſſum hoc numero cum Wetſtenio etc. credunt, parum rectum ineunt calculum, ſiquidem illud ab autumno anni 66 vsque ad autumnum anni 70 protractum per quatuor annos continuabatur. — Quid tamen per το πατειν τα εθνη intelligendum ſit, ita habeto, vt non Romanos

indi-

καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας τεσσαράκοντα-

indicasse videatur poeta (illi enim tum quidem nondum ingressi erant templum, et postea non profanauerant, sed funditus euerterant); sed cohortem illam Zelotarum Idumaeorum, praedonum, latronumque (legesis Jos. B. J. 4, 3 sq. 5, 1 sq.), ad quos alluserat c. 9, 1 sqq. quos haud vehementioribus facile conuiciis poterat proscindere, quam si eos inuiso nomine των εθνων, גוים, salutaret, quia peius illi ac scelestius in sacra grassati erant, quam gentes ipsae, supr. ad c. 9, 6. 20. (pari modo et infra v. 8 Hierosolymam ob morum peruersitatem Sodoma et Aegyptum appellat). — Denique quaeri potest, quodnam tandem templum metiri poeta iubeatur, quum versetur in insula Patmo: et quem in finem ea omnia mandata ei sint. Atque hic ex mente Ill. Eichhornii vrbs Hierosolyma cum templo in theatro coelesti poetae oculis obuersabatur: idque exprimebatur carmine, ne dubium maneret lectoribus, cuiusnam vrbis excidium praesagiret vates. Traditur autem poetae pertica siue decempeda, quam sanctuario soli admoneat, neutiquam tamen vestibulo, vt indicetur, illud, quod in religione Mosaica primum erat et palmarium caput, cultum vnius Dei, mansurum esse in religione christiana, at vero sacrificia, caerimoniarumque strepitum cessaturum, Matth. 5, 17. Cui tamen explicationi Viri Perillustris omni ex parte subscribere nequeo. Neque enim persuadere mihi possum, tam sollicitum se et h. l. et alibi, vt existimat Vir egregius, exhibuisse poetam in monstranda lectoribus via, qua incedendo recte interpretari possint carmen: neque illucescit, quo pacto ipsi, mortali, licet ecstasi ad sedes beatorum translato, datum fuerit et permissum, immiscere se coelestibus, et arundine seu mensura terrestri comprehendere coelestem templi effigiem, c. 8, 3; 11, 19. Cogitemus vero, e coelo in terram descendisse angelum istum c. 10, 1, adeoque Joannem in Patmo versari, et, si vere apparuerit in coelo sublimior aliqua Hierosolymorum effigies, procul tamen et e longinquo a poeta eam conspectam fuisse. Quapropter satius videtur ita ferme prioribus haec iungere: Laetius hinc iam Joanni et felicius futurum euan-

ράκοντα δύο. Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, 3
καὶ

euangelii praeconium auguratus fuerat angelus, c. 10, 11: proinde accingere se Joannes ad subeundum illud suadetur, et primo quidem figuram delineare templi noui, quod ad Mosaici quidem templi archetypum efformandum sit, ita tamen, vt nonnisi sanctum cum sanctissimo, θυσιαστηριον cum area, in qua congregari possint, qui preces et thura adolere summo numini velint, retineatur, omittantur autem et quasi eiiciantur ex figura ista altaria, in quibus offerebantur sacrificia, et omne atrium vestibulumque, quod iam dudum pollutum sit et profanatum. Audire ergo sibi videtur poeta hanc ferme exhortationem: "Auf! entwirf den Riss zum neuen Tempel Gottes, und zum Altare der Anbetung: aber den entweiheten Vorhof lass daraus weg." Quam explicationem si praetuleris, καλαμος non solum arundo mensoria erit, cui incisa erat mensura pedum, sed et arundo scriptoria, qua ad veterum morem arenae inscriberet delineatam noui templi figuram. Ne ea quidem, quae infra c. 21, 22. adsunt, huic sententiae multum repugnabunt, siquidem ea in coelo delineata viderat poeta, haec in terra delineat mortalis ipse.

v. 3 sqq. ita prioribus iunge: *Vtque hoc templum frequens sit adorantium numero, claris et indubitatis ostentis efficietur, vt tandem aliquando resipiscant homines et veriora amplectantur.* Hinc iam altius insurgit oratio, coloremque nanciscitur, qui vaticinia decet: miri saltus: promiscue adhibita verborum tempora: sacris involucris recondita omnia; nec ex poetae nostri, sed ex angeli eiusdem ore profecta, quem aut Messiae ministrum a secretioribus aut Messiam ipsum repraesentare annotavimus iam supra, ad c. 10, init. posteriorem autem sententiam amplecti eo procliniores sumus, quod et librum illum, cui resignando nemo alius par inuentus erat, nemini tradidisse alii hinc cogitandus est: et v. 3 eos qui martyrium melioris doctrinae subituri sint, μαρτυρας *suos* nominat. Loquitur ergo, ni ex veterum vatum more Jouam ipsum loqui praetuleris, hic Messias, et ostenta, quibus meliorem in hominum animis frugem effecturus sit, haec fore annunciat:

Proxi-

καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα,

Proxime ante Messiae tempora Mosem et Eliam in terras de coelo redituros esse, constans erat Judaeorum opinio, Mal. 4, 5; Matth. 17, 3. (praecesserat autem Jesum vere Messiam Joannes baptista). Iam vero, quum primus Jesu in terras aduentus nondum firmum satis et ab aduersariis intactum constituisse videretur rei christianae regnum, ideoque eiusdem reditus ad consummanda omnia exspectaretur (cf. proleg. p. 63): annunciatur hic, fore, vt, quemadmodum olim Joannes *aduenientem* in terras, ita nunc duo martyres *redeuntem* Messiam antecedant, animosque ad suscipiendum eum procliues reddant. *Duos* autem nominat, vel ad similitudinem Mosis et Eliae, vel ad significandum, reditum Messiae grauioris fore momenti, quam primum aduentum (cf. infr. ad v. 14). Hi autem martyres, ait, 1) summa cum vi et ενεργειᾳ testimonium exhibebunt, v. 3-7. 2) Sed repudiabuntur ab omnibus, quid quod miseranda morte peribunt, v. 8-10. 3) Resuscitabuntur autem, vt olim Messias ipse, et in coelum suscipientur cum multa hostium clade, v. 11. 12. 4) Et his tandem signis perculsi hostes Jesum Messiam mox rediturum amplectentur, v. 13.

Δωσω sc. potestatem, officium, munus, aut simile quid, vt saepissime in carmine nostro, e. gr. 9, 5 etc. Debuerat insequi προφητευσιν: id autem ex Hebraismo effertur και προφητευσουσι, ונתתי ויתנבאו. Προφητευσουσι autem, quia sunt μαρτυρες μου, de reditu meo loquuti (vt quondam Joannes baptista de aduentu meo μαρτυρ erat, Jo. 1, 15), subito me rediturum esse in terras ad vindictam ab aduersariis meis exigendam: proinde non amplius resistendum esse, sed resipiscendum et obsequendum. Porro docebunt ista περιβεβλημ. σακκους, ciliciis induti, ex more prophetarum summam calamitatem annunciantium (fere vt Jes. 20, 2. 3. 4), vt excitentur audientes, poenitentiam agere, et vestimenta lugubria induere, Jon. 3, 6 sqq.; Matth. 11, 21. Denique praedicabunt ista ἡμερας 1260, (quod idem est ac 42 menses, qui si per 30 dies multiplicantur, exit numerus 1260 dierum): *per omne tempus, calamitatis istius publicae* (supra

κοντα, περιβεβλημένοι σάκκους. Οὗτοί εἰσιν 4
αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι, αἱ ἐνώπιον τοῦ
κυρίου τῆς γῆς ἑστῶτες. Καὶ εἴ τις αὐτοὺς 5
θέλει ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος
αὐτῶν,

VARIAE LECTIONES.

v. 4. ἑστωτες. Ita legendum pro lectione recepta ἑστωσαι, ad mitigandam asperitatem effieta. Θεου autem pro Κυριου (J. C.) orthodoxorum dogmata refert. Proinde repudiandum vtrumque. Nostra lectio adest in AC pluribusque aliis ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 3 ap. Alt. 6 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Ar. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth. et apud varios latinos, prob. Mill. proleg. §. 655 et 1008.

(supra ad v. 2), vt significent, cladem, qua nunc affliguntur mortales, nonnisi praesagium esse malorum multo grauiorum, quando ad reposcendam vltionem vere rediturus sit Messias ipse.

v. 4. Hinc iam in laudes horum martyrum excurrens ita incedit poeta, vt plurima, quae Mosi, legislatori primo, Eliae, qui ei dignitate par habebatur (1 Reg. 19, 10. coll. Exod. 34, 8. 9.), et Serubabeli, qui cum Josua instaurauerat Judaeorum ciuitatem (Esr. 2, 2; 3, 2; Hagg. 1, 1; Zach. 4, 6), magna contigerant et illustria, in eis quoque appariturа praedicet. Ἐλαιαι, λυχνιαι. Vtraque imagine apud Zachariam 4, 2. laudes Serubabelis et Josuae extolluntur, quod illi resurgentem Judaeorum rempublicam, et in nouis incunabulis debilem adhuc et labantem consilio suo et auctoritate muniuerant, adeoque olearum instar quasi oleum infuderant lampadi, aut lucernarum instar tenebras dissipauerant. Ενωπ. τ. κυρ. τ. γης ἑστωτ. expressum ex Zach. 4, 14, ita tamen, vt κυριος h. l. ad Jesum referendum videatur, cf. var. lect. Sensus ergo: "Iam non, vt olim, Serubabel cum Josua, sed hi duo, martyres mei digni sunt, qui istis encomiis ornentur: Diess sind erst die rechten Oelkinder (die kraftvollesten Landesretter), von denen Zacharias spricht."

v. 5. Πυρ εκπορευεται. Indicatur verborum, quibus in-

καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα,

Proxime ante Meſſiae tempora Moſem et Eliam in terras de coelo redituros eſſe, conſtans erat Judaeorum opinio, Mal. 4, 5; Matth. 17, 3. (praeceſſerat autem Jeſum vere Meſſiam Joannes baptiſta). Iam vero, quum primus Jeſu in terras aduentus nondum firmum ſatis et ab aduerſariis intactum conſtituiſſe videretur rei chriſtianae regnum, ideoque eiusdem reditus ad conſummanda omnia exſpectaretur (cf. proleg. p. 63): annunciatur hic, fore, vt, quemadmodum olim Joannes *aduenientem* in terras, ita nunc duo martyres *redeuntem* Meſſiam antecedant, animosque ad ſuſcipiendum eum procliues reddant. *Duos* autem nominat, vel ad ſimilitudinem Moſis et Eliae, vel ad ſignificandum, reditum Meſſiae grauioris fore momenti, quam primum aduentum (cf. infr. ad v. 14). Hi autem martyres, ait, 1) ſumma cum vi et ενεργειᾳ teſtimonium exhibebunt, v. 3-7. 2) Sed repudiabuntur ab omnibus, quid quod miſeranda morte peribunt, v. 8-10. 3) Reſuſcitabuntur autem, vt olim Meſſias ipſe, et in coelum ſuſcipientur cum multa hoſtium clade, v. 11. 12. 4) Et his tandem ſignis perculſi hoſtes Jeſum Meſſiam mox rediturum amplectentur, v. 13.

Δωσω ſc. poteſtatem, officium, munus, aut ſimile quid, vt ſaepiſſime in carmine noſtro, e. gr. 9, 5 etc. Debuerat inſequi *προφητευσιν*: id autem ex Hebraismo effertur *και προφητευσουσι*, ונתתי ויתנבאו. *Προφητευσουσι* autem, quia ſunt *μαρτυρες μου*, de reditu meo loquuti (vt quondam Joannes baptiſta de aduentu meo *μαρτυρ* erat, Jo. 1, 15), ſubito me rediturum eſſe in terras ad vindictam ab aduerſariis meis exigendam: proinde non amplius reſiſtendum eſſe, ſed reſipiſcendum et obſequendum. Porro docebunt iſta *περιβεβλημ. σακκους*, ciliciis induti, ex more prophetarum ſummam calamitatem annunciantium (fere vt Jeſ. 20, 2. 3. 4), vt excitentur audientes, poenitentiam agere, et veſtimenta lugubria induere, Jon. 3, 6 ſqq.; Matth. 11, 21. Denique praedicabunt iſta *ημερας* 1260, (quod idem eſt ac 42 menſes, qui ſi per 30 dies multiplicantur, exit numerus 1260 dierum): *per omne tempus, calamitatis iſtius publicae* (ſupra

κοντα, περιβεβλημένοι σάκκους. Οὗτοί εἰσιν 4
αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι, αἱ ἐνώπιον τοῦ
κυρίου τῆς γῆς ἑστῶτες. Καὶ εἴ τις αὐτοὺς 5
θέλει ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος
αὐτῶν,

VARIAE LECTIONES.

v. 4. εστωτες. Ita legendum pro lectione recepta εστωσαι, ad mitigandam asperitatem effecta. Θεου autem pro Κυριου (J. C.) orthodoxorum dogmata refert. Proinde repudiandum vtrumque. Nostra lectio adest in AC pluribusque aliis ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 3 ap. Alt. 6 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Ar. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth. et apud varios latinos, prob. Mill. proleg. §. 655 et 1008.

(supra ad v. 2), vt significent, cladem, qua nunc affliguntur mortales, nonnisi praesagium esse malorum multo grauiorum, quando ad reposcendam vltionem vere rediturus sit Messias ipse.

v. 4. Hinc iam in laudes horum martyrum excurrens ita incedit poeta, vt plurima, quae Mosi, legislatori primo, Eliae, qui ei dignitate par habebatur (1 Reg. 19, 10. coll. Exod. 34, 8. 9.), et Serubabeli, qui cum Josua instaurauerat Judaeorum ciuitatem (Esr. 2, 2; 3, 2; Hagg. 1, 1; Zach. 4, 6), magna contigerant et illustria, in eis quoque apparitura praedicet. Ελαιαι, λυχνιαι. Vtraque imagine apud Zachariam 4, 2. laudes Serubabelis et Josuae extolluntur, quod illi resurgentem Judaeorum rempublicam, et in nouis incunabulis debilem adhuc et labantem consilio suo et auctoritate muniuerant, adeoque olearum instar quasi oleum infuderant lampadi, aut lucernarum instar tenebras dissipauerant. Ενωπ. τ. κυρ. τ. γης ἑστωτ. expressum ex Zach. 4, 14, ita tamen, vt κυριος h. l. ad Jesum referendum videatur, cf. var. lect. Sensus ergo: "Iam non, vt olim, Serubabel cum Josua, sed hi duo, martyres mei digni sunt, qui istis encomiis ornentur: Diess sind erst die rechten Oelkinder (die kraftvollesten Landesretter), von denen Zacharias spricht."

v. 5. Πυρ εκπορευεται. Indicatur verborum, quibus in-

αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ
εἴ τις θέλει αὐτοὺς ἀδικῆσαι, οὕτως δεῖ αὐτὸν
6 ἀποκτανθῆναι. Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι
τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ ὑετὸς βρέχῃ τὰς ἡμέρας τῆς
προφητείας αὐτῶν· καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν
ὑδάτων, στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι
τὴν γῆν ἐν πάσῃ πληγῇ ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι.
7 Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ
θηρίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου ποιήσει μετ'
αὐτῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 7. το αναβαινον Pro eo Cod. A legit τεταρτον nullo ſenſu: ſed is ſolus paruae auctoritatis eſt. Grotius ex coniectura: το τεραστιον, *das Wunderthier.*

increpabant aduerſarios, vis et pondus, imagine perſimili illi, quae cap. 1, 16. aderat. Apollodor. biblioth. 1, 6. de Typhone. Virg. Aen. 8, 199 etc. cf. Wetſten.

v. 6. Iam ex Eliae, vt v. 4 ex Serubabelis et Joſuae, vita mutuatur poeta auctoritatis horum martyrum ſymbola, quo v. 5 quidem nondum reſpexiſſe videtur, quia 2 Reg. 1, 10. 12. 14, vt vulgo affertur, non ex ore Eliae, ſed e coelo ignis prodibat, niſi explicare velis: ſimulac aperiunt os, ignemque e coelo pronocant, deſcendit illico flamma etc. — At quae ſequuntur, manifeſto inde ſunt petita. Κλεισαι etc. vt quondam Eliae temporibus 1 Reg. 17 ſq.; Jac. 5, 17. Eſt phraſis Judaica. *Targum. Hieroſ.* ad Gen. 30, 22: "Quatuor claues ſunt in manu Dei, *clauis pluuiae*, alimenti, ſepulcrorum, mulieris ſterilis." Cf. ſupra ad c. 1, 18. — Sed et ad Moſem reſpicitur. Εις αιμα etc. vt Moſes fecit, Exod. 7, 17. Παταξαι — θελησωσι, ſicuti idem Moſes, cf. omnino Exod. c. 7. — c. 16. Nolimus autem hic reſpicere ad ea, quae vere euenerunt, ſicuti quidam reſpiciunt ad aquarum penuriam, qua laborabant Judaei, Joſ. B. J. 5, 9, 4. — Ceterum varie legitur hic verſiculus, ſenſu eodem.

v. 7. *Sed etiamſi ſumma auctoritate polleat, aliquando*

αὐτῶν πόλεμον, καὶ νικήσει αὐτοὺς καὶ ἀποκτενεῖ
αὐτούς. Καὶ τὸ πτῶμα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλα- 8
τείας

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Το πτωμα. Ita ex difficiliore lectione legendum pro lect. recepta τα πτωματα, vt collectiue dictum sit, Ps. 79, 2; Ef. 26, 19; Jer. 34, 20. Legitur ita in ABC, plur. all. ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 1 ap. Alt. 5 ap. Birch. Copt. Areth.

Ibid. αυτων legendum pro ἡμων, quod est in text. vulg. Sed nostrum est in ABC, 17 all. ex vtr. fam. ap. W. et Gr. 5 ap. Mt. 5 ap. Alt. 6 ap. Birch. Edit. Compl. etc. Verss. Syr. Ar. Copt. Aeth. Vulg. Origen. Andr. Areth. prob. Mill, 1009. Lectio recepta ex aliis locis vulgaribus epistolarum Paullinarum etc. videtur efformata esse. Cf. commentar. Difficilior autem lectio praeferenda erit.

do tamen sic in has vi et superbia agetur, et morte violenta decumbent. Μαρτυρια id. qu. προφητεια, עדות, *obtestatio, vt ad meliorem frugem redeat gens, quandoquidem immineat Messiae reditus.* Hanc μαρτυριαν dicuntur τελεσαι seu πληρωσαι tunc, quum per tantum temporis spatium munere suo functi fuerint, quantum ex decretis diu. eis erat constitutum. — Iam dicendum erat: *morte succumbent martyriumque implebunt:* — exornatius autem illud effert poeta necemque eis afferendam repetit a bellua immani; vt adeo hic prima bellua in theatrum prodeat, quales plures mox insequentur. Quid per belluam istam indicatum velit poeta, dubitatur. Quia tamen articulus το est praefixus, cogitandum erit *aut* de re aliqua, omnibus nota; adeoque per prolepsin h. l. draconem illum, c. 12, 3, qui c. 20, 2. in abyssum praecipitatus legitur, significatum esse nonnulli, e. gr. Langius, existimant, *aut* de re alia, quae iam in carmine praecessit; atque hic Eichhornius collectiue dictum putat pro τα θηρια, et indicare locustas illas, quae c. 9 describebantur: cui assentio, sed eatenus, vt non collectiue sit dictum, sed ex innumera ista θηριων copia vnum θηριον intelligatur, et quidem dux et antesignanus Apollyon c. 9, 11. Cf. Varr. lectt. Grotius, Hammondus

τείας τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται
πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ
9 Κύριος αὐτῶν ἐσταυρώθη. Καὶ βλέπουσιν ἐκ
τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν
τὸ πτῶμα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς ἥμισυ, καὶ τὰ
πτώ-

VARIAE LECTIONES.

v. 9. βλεπουσιν pro lect. rec. βλεψουσιν, μνημα pro μνηματα, et v. 10. χαιρουσιν pro χαρουσιν etc.

dus etc. ad Barchochebam respiciunt. Adriani temporibus nomini christiano insidiatum.

v. 8. *Et, quod indignationem augeat, non occidentur solum, verum ne sepultura quidem afficientur.* Barbarum illud et piis Judaeis inauditum. Jos. B. J. 4. 5. 3. Τοσαυτην περι τας ταφας προνοιαν ποιουνται Ιουδαιοι, ὡστε και τους εκ καταδικης ανασταυρουμενους προ δυντος ἡλιου καθελειν τε και θαπτειν. Tanta igitur facinora non committi poterant in vrbe sancta, monte Sione, numinis sede, Hebr. 12, 22: sed digna ea erant, quae acciderent Sodomis, Jes. 1, 9. 10; Thren. 4, 6; Ezech. 16, 49; 2 Petr. 2, 7 - 9; aut in Aegypto, Ezech. 23, 8 sq. Sin tamen vere committebantur talia Hierosolymis, iam non erant Hierosolyma illa, sed Sodoma (cf. Deut. 32, 32; 3, 9; Jer. 23, 14.) et Aegyptus, et quidem πνευματικως, i. e. *tropice, allegorice*, vti οικος πνευματικος dicitur 1 Petr. 2, 5. Cf. Schöttg. hor. hebr. ad h. l. Ita supra c. 2. aderat alter et quasi πνευματικος Bileam, altera Jesabel, et 2 Reg. 9, 31. alter Simri etc. — Sed vt indignatio ad summum vsque accrescat, simulque ratio reddatur, sanctissimam vrbem haud immerito salutatam esse detestabili Sodomorum etc. nomine, additur, ὁπου και ὁ Κυρ. αυτων εσταυρωθη. q. d. "nec mirum sane, in martyres domini grassatos fuisse Judaeos, qui ne a domino ipso quidem iniustas manus abstinere potuerant." Κυριος αυτων dicitur J., quia is erat, cuius reditum futurum *ipsi* tanquam ministri annunciabant.

v. 9. Βλεπουσι, i. e. *cum delectatione aliqua et voluptate adspiciunt*, vt Matth. 24, 2; Marc. 13, 2. Εκ των φυλων etc. sc. οντες, i. e. inco-

πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνῆμα. 1
Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαίρουσιν ἐπ' 10
αὐτοῖς καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ δῶρα πέμψουσιν
ἀλλήλοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασάνισαν 1
τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ μετὰ τὰς 11
τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ
εἰσῆλθεν † αὐτοῖς, καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας
αὐτῶν· καὶ φόβος μέγας ἐπέπεσεν ἐπὶ τοὺς θεω-

† ἐν

ρουν-

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Εισηλθεν αυτοις, praeferendum lectioni receptae επ' αυτους, quia dictum est insolentius, sed durissima lectio εν αυτοις, quam et in textum admittit Griesb. Est Hebr. בם, vti Luc. 9, 46. Praefert in Gnomone et Bengelius, atque ex terminatione vocis εισηλθεν εν vnum εν omissum esse, suspicatur.

Incolae Hierosolymitani, ex omni terrarum orbe ibi congregati, Act. 2, 5. Ἡμερας τρεις ἡμισυ. id est *aliquamdiu, paullisper*, cf. Excurs. 2. Tantum ergo abest, vt indignationem moueant cadauera inhumata, vt potius oculos pascant tristissimo adspectu etc. id quod eis, quae sequuntur, augetur.

v. 10. Οἱ κατοικ. επι της γης *aduersarii nominis christiani*, supra ad v. 3, 10. Δωρα πεμψουσι, in signum laetitiae ex more orientali (Harmar. *Beobachtung des Orients*, Th. 2. p. 1 sqq.), Nehem. 8, 11. 13; Esth. 9, 19. 22. Gaudebunt autem aduersarii, quia liberati sunt illis, qui dictorum factorumque vi et pondere (v. 5. 6.) tam molesti fuerant, εβασανισαν; quae vox non corporis solum cruciatus exprimit, sed omnem vexationem molestiamque, quam aliis facessimus, vt Matth. 8, 29; Marc. 5, 7; Luc. 8, 28; Marc. 6, 48; 2 Petr. 2, 8.

v. 11. *Post exantlatos tamen contameliarum mortisque ipsius labores in vitam a numine reuocabuntur.* Μετα $3\frac{1}{2}$ ἡμερ. sens. sed non diuturna erunt aduersariorum gaudia: namque *statim post* etc. (ad v. 9). Πνευμα ζωης, halitus, animam

12 ροῦντας αὐτούς. Καὶ ἤκουσα· φωνὴν μεγάλην
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν αὐτοῖς· ἀνάβητε ὧδε.
Καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ
13 ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν. Καὶ ἐν
ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ τὸ
δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε, καὶ ἀπεκτάνθησαν
ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά·
καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, καὶ ἔδωκαν δόξαν
ἤκουσαν τῷ

VARIAE LECTIONES.

v. 12. Ηκουσα nescio quomodo recipit in textum Bengel. quum Griesb. lectionem receptam seruet ηκουσαν, quae et plurium grauiorumque testimonio innititur, (habent tamen ηκουσα iuniores 5 ap. Wetst. et Griesb. 3 ap. Alt. 1 ap. Birch. omnesque ap. Mt.) et contextui magis congruit.

mam diuinitus vitamque hominibus inflans, Genes. 2, 7; Hos. 6, 2; Ezech. 37, 10. Ex Eliae (cf. supra ad v. 4), et Jesu ipsius historia haec ad martyres transtulit poeta. Iam vero, quia Elias viuus in coelum erat translatus, 2 Reg. 2, 11, quod de his, quorum corpora inhumata iacuerant, nequibat praedicari, in vitam primo rediisse eosdem ingeniose fingit poeta, et tunc demum Eliae exemplum sequutos in coelum escendisse. — Quae sequuntur, ad ornandum locum et amplificandum adiecta sunt. Εστησαν επι τ. ποδ., vt 2 Reg. 13, 21. Aorista tempora εισηλθεν, εστησαν, et quae v. 12 sqq. sequuntur, pro futuris sunt posita, cf. ad v. 3, init. Φοβος. Iam ostento hoc percelluntur homines et meliora cogitant: agnoscunt enim manifesta diu. prouidentiae signa. Plura tamen efficiuntur v. 13 demum.

v. 12. 13. Ηκουσα turbat contextum, quia non narrat hic Joannes, quae audierit ipse, sed angelus loqui pergit. Proinde praeferatur ηκουσαν sc. martyres illi. — Describitur iam apparatus phaenomenorum, quibus comitantibus in coelum tollebantur, qui in re simili semper additur.

τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. Ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα 14
ἀπῆλ-

ditur. Νεφελη, εθεωρησαν etc. vti Act. 1, 9. βλεποντων αυτων νεφελη υπελαβεν. Hic itaque non tam ad Eliam, quam ad Jesum ipsum respexisse poeta videtur. Σεισμος, qualia phaenomena et in Jesu ipsius historia acciderant, Matth. 28, 2. Sed tristis fuit hic terrae motus, et immenso hominum numero funestus; Χιλ. ἑπτα enim nil exprimit, nisi ingentem numerum: neque ad historiam quidquam est reuocandum: quamquam renocatur a pluribus vel ad ingentem tempestatem eius noctis, qua Idumaei in vrbem irruperant (Jos. B. J. 4, 6), vel ad Barcochebae adeo motus, funestissimos illi vrbi, quae sub Adriano Hierosolymae loco exstructa erat. Εδωκαν δοξαν τῳ Θεῳ, i. e. *ad rectiora redierunt, resipuerunt*, ex oppos. eorum, qui sibi aut idolis, aut falsis prophetis etc. fidunt aut indulgent. Jo. 9, 24; Luc. 17, 18.

v. 14. His dictis disparet coelestesque sedes repetit angelus, qui cap. 10. descenderat, auditque vates ex illius angeli, qui c. 8, 13. clamore funestissimo aërem impleverat, vocem illi similem, quae aderat c. 9, 12: "Finitus est actus secundus, ingressi terram sunt Romani, c. 9, 13: superest, vt vrbs ipsa obsidione cingatur expugneturque et solo aequetur; idque instabit proxime v. 15 sqq." Repetenda ergo e prioribus c. 9, fin. erit oratio, quae intercessione angeli c. 10, 1-11, 13. satis diu interpellata fuerat.

Sed disquirendum iam erit de his oraculis, quae inde a v. 3 prophetico sermone prolata legimus, impeditioribus merito carminis partibus accensenda. Magna hic est sententiarum diuersitas, creduntque, indicata hic et personarum figuris induta esse bina illa, *sacerdotium* et *regnum*, ἱερατειαν et βασιλειαν, quae tributa sit hominibus christianis. S. V. HÄNLEIN *N. theol. Journ.* B. 3. St. 5. p. 369 omnem christianorum ciuium Hierosolymitanorum multitudinem, oppressam primo sed laetissime postea reflorescentem, duorum effigie repraesentatam esse censet. Rectius tamen *doctores* omnes indicatos esse dixeris, quorum plures interimebantur quidem, sed alii in locum sufficiebantur et quasi resurgebant. Schedulae Koppianae de duobus prophetis christianis sermonem esse suspicantur,

ἀπῆλθεν· ἰδοὺ, ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ. Καὶ

tur, de quibus nil vlterius memoriae proditum nobis sit, quos miracula edidisse aiunt, et oppressos fuisse a Judaeis et pro mortuis habitos, sed iterum prodiisse in scenam atque disparuisse. Alia omnia monet HAGEN, doctores christianos non potuisse bene indicari contendens, quia c. 12 demum e Judaismo prodiisse dicatur Christianismus: cogitandum ergo esse de viris e gente Judaeorum. — Atque hic obtinuisse videtur sententia eorum, qui duos pontifices Judaeorum, multa laude illustres, significatos volunt, Ananum et Jesum, quam sententiam amplectuntur et illustres illi communiri, HERDER et EICHHORN. Vltimi hi in rebus desperatissimis et postremi fuerant, qui suaserant meliora insanumque Zelotarum furorem precibus, minis, consiliis, eloquentia, auctoritate represserant: sed et illi calamitosa illa nocte, inter horrendam tempestatem irrumpentibus in vrbem Idumaeis, miserrima morte perierant. Vid. loc. class. ap. Jos. B. J. Lib. 4, circ. fin. Οἱ Ιδουμαιοι — — τους αρχιερεις (Ananum et Jesum) ανεζητουν· ταχεως δε ἁλοντες διεφθειροντο· — προηλθον δε εις τοσουτον ασεβειας, ὡστε και αταφους ῥιψαι, καιτοι τοσαυτην etc. (vid. ad v. 8). Ουκ αν ἁμαρτοιμι δε ειπων, ἁλωσεως αρξαι τῃ πολει τον Ανανου θανατον, (iam sequitur magnificum elogium, quo Ananus ornatur: quo finito et encomium pontificis Jesu sequitur,) παρεζευκτο δε αυτῳ και ὁ Ιησους, αυτου μεν λειπομενος κατα συγκρισιν, προυχων δε των αλλων etc. Ad hos, quaecunque h. l. narrantur, conuenientissime referri poterunt: summa auctoritas, qua pollebant, v. 4–6: odium, quo habebantur a Zelotis, qui duobus his vindicibus restingui suam potentiam moleste ferebant, v. 10: misera mors absque sepultura v. 7–9: nox denique fatali tempestate horribilis, innumera clades, v. 13 (nisi ad ornatus poeticos ea referre malis): omnia certe a Josepho l. c. ita describuntur, vt conspirent loco nostro amicissime. Sed quae ex Mosis, Eliae, Jesu C. vita illis attribuit noster, clara et illustria, e. gr. miracula v. 5. 6, resuscitationem e mortuis et adscensionem in coelum, v. 11. 12, ea non quidem historice explicanda erunt, sed ad ornamenta poetica

Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγέ- 15
νοντο φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγοντες·
Ἐγέ-

VARIAE LECTIONES.

v. 15. Λεγοντες etc. Lect. vulg. λεγουσαι· εγενοντο αἱ βασιλειαι. Sed nostra, vt durior, praeferatur, sicuti est in ABC, plurr. áll. ap. W. et Gr. 1 ap. Mt. 6 ap. Birch. Complut. etc. Syr. Ar. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth. etc. prob. Mill. 1112 etc. Cf. ad c. 4. 1.

poetica referenda, sensu hoc ferme: "indignis quidem contumeliis affecti sunt, sed et largissimis postea praemiis digni a Deo habiti." — Sunt tamen, qui hos indicatos esse negent, quia Ananus inprimis aduersarium se gesserit rebus christianis, et Jacobum, Joannis fratrem, supplicio affecerit. Ita argumentantur Langius, Hagen et schedae Koppianae, intelliguntque personas binas non veras et historicas, sed fictas et poeticas, quae ad numerum hunc idcirco sint reuocatae, quia in historia Israelitarum semper duo iunctim egerint, Moses et Aaron, Serubabel et Josua etc. Largimur haec et ipsi, sed iidem addimus, poetam, quum vere prodiisse binos homines illustres et cadenti regno vltima quasi fulcra adhibuisse compertum haberet, hos duos arripuisse, eosque tanquam μαρτυρας redituri Messiae praedicasse; quia et verum Jouae cultum restauraturus erat Messias, et illi ex piis verisque cultoribus Jouae postremi fuerant, qui quidem dignitate aliqua pollerent. Neque enim ignoramus, poetam nostrum non Christianismo solum, sed et vero et pio Judaismo fauere vel maxime, nec nimis religiose vtrumque distinguere; vnde ne supplicium Jacobi quidem, multis iam ante annis Anani ope illatum, prohibebat, quo minus in eius landes excurreret. Meminerimus vero, ad Joannem apostolum, interfecti Jacobi fratrem, carmen nostrum haudquaquam certa fide referendum esse. — Quod si tamen offenduntur quidam istiusmodi explicatione, qua res praeteritae vt futurae canuntur, reuocabunt in memoriam ea, quae ad cap. 9. init. scripsimus, audientque Eichhornium Comment. part. 2. p. 74: "non ideo haec ad actum reuocantur, vt pro rebus ante euentum expositis et enarratis habeantur (quod fuisset impostoris), — — sed

res

Ἐγένετο ἡ βασιλεία τοῦ κόσμου τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας

res vulgari traditione notae sermone prophetico expositae sunt etc."

---

v. 15 sqq. Post internos motus et seditiones rebellium c. 9, 1 - 12; grauissimamque, quae a Romanis hostili agmine terram ingressis inflicta erat, cladem, c. 9, v. 13 - 21, supererat tertium malum, obsidio vrbis et excidium. Obsidionem c. 9, 13 sqq. nondum significatam esse credo, quia agmen multo equitatu incedens magis quam vrbem cingens describi mihi quidem videtur. Vastabatur terra omnis: vrbs erat intacta: sed iam et ipsa cingitur obsidione, et tandem funestissima clade corruit; c. 11, 15 sqq. Hic tamen mirum lectorem habebit, quod poeta, qui priores miserias tanto imaginum terrore delineauerat, iam, quum exitium ipsum canendum sit, mitiora omnia et leniora carmini intexat. Neque enim vel illa quidem, quae infra v. 19 leguntur, aequiparanda sunt prioribus: v. 15 sqq. autem omnia laetissime efflorescunt, et perenni hymnorum modulamine personant: et quamvis resistant aduersarii, ad internecionem tamen profligantur et victrici caussae palma defertur c. 12. Sed talem se gerere videtur poeta, 1) quia, quo tempore haec canebat, de obsidione vrbis audiuerat quidem, sed nondum de excidio ipso: cf. prol. p. 60, tum 2) quia sperabat, fieri fortasse posse, vt resipiscerent Judaei et obsidione soluerentur, aut 3) quia, etiamsi interitum vrbis dilectissimae ex fato irreuocabili decretum esse nouisset, noluit tamen multa verba facere de re sibi tam funesta et lugubri: quamobrem et supra satis ingeniose finxerat, interdictum sibi fuisse coelitus, ea promulgare, c. 10, 4. Sapientissimum certe se praestat poeta, qui, quoniam Judaeochristianos alloquitur et consolari suscipit, non iis immoratur, quae excidium cruenta imagine depingunt, sed eis delectatur, quae fausta rei christianae et salutaria ex ista ruina resurrectura augurabatur. Fingamus autem, id temporis momentum poetae hic obuersatum esse, quo obsidione dudum cincta vrbs multa iam a Romanis perpessa erat, atque cogitatione haec ferme secum volutasse credendus erit:

αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες 16
πρεσβύτεροι, οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ
τοὺς θρόνους αὐτῶν, ἔπεσαν ἐπὶ τὰ πρόσωπα
αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ, λέγοντες· 17
εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ,
ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν
μεγά-

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Post ὁ ην lect. rec. inserit; και ὁ ερχομενος, quod tamen desideratur in A aliisque ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 5 ap. Alt. 4 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Verss. Syr. Ar. Aeth. Vulg. Andr. Areth.

erit: "Siccine eo vsque perventum est? obsessam iam ab hostibus vrbem audimus? enimuero eadem est res, ac si vere iam ceciderit. Ecce ergo: adest Messias: iacent prostrati hostes: res christiana victrix existit." Hic autem tertius quasi actus perducitur vsque ad cap. 12, fin. hoc fere ordine incedens: 1) Laudibus personat coeleste atrium, quod deuictis iam aduersariis Jona sibi et Messiae vindicauerit imperium gentium, v. 15-18. 2) Annuit Joua, hymnosque gratos sibi et acceptos magnis naturae phaenomenis editis testatur: apparet arca foederis, in signum aduentantis Messiae v. 19. 3) Et redeunte Messia e Judaismo prodit Christianismus, c. 12.

v. 15. *Tandem victrix existet rel. christiana.* Id proxime futurum iam vere accidisse indicatur: Εγενετο ἡ βασιλεια. Iam non regnabit Satanas, aut alius quis αρχων του κοσμου, sed nonnisi Joua, κυριος, qui et apud veros piosque Judaeos regnat; verum non κυριος solum, sed et ὁ χριστος αυτου (Ps. 2, 2, quem locum menti obuersatum fuisse credo, cf. infr. 12, 10), Messias: i. e. *regnabit nunc verus et pius Dei cultus ex religione Iudaica, et illa quidem, quam reformauit Iesus Messias.* Vid. ad cap. 1, 2; cf. Ps. 97, 1.

v. 16. Redduntur hymni et resonant ex ore seniorum; cf. supr. c. 4, 10; 5, 14.

v. 17. Ὁ ων — ην, cf. ad c. 1. Ειληφας. Significare h. l. vide-

18 μεγάλην καὶ ἐβασίλευσας. Καὶ τὰ ἔθνη
ὠργίσθησαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου καὶ ὁ καιρὸς
τῶν νεκρῶν, κριθῆναι, καὶ δοῦναι τὸν μισθὸν τοῖς
δούλοις σου τοῖς προφήταις καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ τοῖς
φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς
μεγάλοις, καὶ διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας τὴν
19 γῆν. Καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ,
καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ ἐν τῷ
ναῷ

videtur λαμβανειν *reſumere, recuperare, denuo ſibi vindicare*, fere vt Matth. 19, 29; 27, 6; Jo. 13, 12. "Suſcepiſti denuo in te regnum, quod ob peccata hominum miſſum feceras:" vel, ſi manis, *vti, frui*, ſicut Marc. 15, 23; 1 Tim 4, 4. *Poteſtate tua vſus es.*

v. 18. *Hic vere rata facta ſunt ea, quae canuntur* Pſ. 2. Ωργισθησαν τα εθνη. Pſ. 99, 1; Exod. 15, 14. Gentes Judaicae (non גוים) rebelles ſe exhibuerunt et quaſi iratas Jouae ſuo, eo quod detrectabant eius verum cultum, verumque Meſſiam ſuſcipere reſpuebant. Sed vltionem meditatus eſt Jona (ſeu. emeb it.) et eius οργη contra illorum οργην inſurrexit (per paronomaſ. vt infra διαφθειραι τους διαφθ.). Νεκροι h. l. ſunt illi mortui, qui pro rel. chriſt. occubuerunt, ſupr. c. 6. qui iidem ſtatim audiunt δουλοι, αγιοι etc. Hi κριθησονται, metonym. antec. pro conſequ. Κρινειν eſt 1) *poenis*, vt ſaepe, ſed et 2) *praemiis*, afficere. Ita h. l Senſ. *a culpa vacui et immunes publice declarabuntur, praemiisque afficientur.* Aſperior autem eſt ſtructura verborum, et ſubintelligenda nonnulla: καιρος εστι, νεκρους μεν (δουλοις σου), του κριθηναι, σοι δε, ὁ Θεος, καιρος εστι του δουναι μισθον αυτοις. και σοι εστι καιρος του διαφθειραι τους διαφθειροντας, opprimere illos qui ſcelere et flagitio religionieque contemtu ſumma imis miſcere allaborabant, Zelotas, Idumaeos etc. Canuntur haec a poeta in ſolatium eorum, qui ſecum affligebantur.

v. 19. Atque, vt exauditos a ſe hymnos ſancti ſenatus teſtificetur numen, aperiuntur valuae templi, et ſanctiſſima illa, ad quae ne Judaeis quidem omnibus aditus patebat, iam a cunctis ſine diſcri-

ναῷ αὐτοῦ. Καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ χάλαζα μεγάλη.

Καὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ, γυνὴ CAP.
περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω XII. 1
τῶν

discrimine acceduntur. Respici tamen simul videtur ad Judaeorum opinionem, supra ad c. 2, 17. memoratam, fore, vt in aduentu Messiae iterum manifestaretur arca foederis, quae eo vsque occultata fuerat. Quae si placuerint, clarissima hic ostenta conspecta a se esse confitetur poeta, et certissima redeuntis iam Messiae pignora. Apparet autem hoc signum in illo templo, quod in theatro coelesti simul exstructum erat, c. 8, 3. *Και εγενοντο αστραπαι — χαλαζα μεγαλη:* ad antecedentia trahenda videntur, sensusque erit, *vel:* "inter mira naturae phaenomena et terribiles strepitus, vt omnia magna et insolita, ita et haec euenit insignis rerum conuersio:" *vel:* "dum in coelo laeta omnia et fausta eueniunt, in Hierosolyma ad euertendam vrbem detonatum est grauissime." Sunt tamen, qui, praeeunte iam Aretha, ad sequentia haec trahant, veluti LANGIUS, et terribilia haec omina indicia esse volunt magnae illius, quae c. 12 canitur, conuersionis: quemadmodum illa, quae leguntur c. 8, 5. magna et memorabilia ea, quae sequuntur, indicant. Atqui nec partus infantis, summas olim in rerum natura conversiones prolaturi, indignus eiusmodi phaenomenis videbatur; cf. Luc. 2, 9. Praefero tamen prius.

Cap. XII. Hinc iam declarat poeta, quo pacto e Judaismo redeunte Messia progressum Christianismum, debilem adhuc et infirmum, praesentissima tutela numinis susceptum conspexerit. Atque et haec, sicuti pleraque caetera, symbolis repraesentantur, sed euidentissimis, eoque tendentibus, vt declaretur: 1) Religionem Judaicam, tanquam parturientem matrem, multo cum labore enixam esse religionem christianam, veluti infantem v. 1-6. 2) Insidiis multifariis illico a malo daemone petitum fuisse istum infantem, sed omnibus periculis ereptum, v. 7-12. 3) Conuersum tum esse genium malum ad matrem, sed quum et illa omnes declinasset

τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς
2 στέφανος ἀστέρων δώδεκα, καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα
3 κράζει, ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. Καὶ
ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ, δράκων
μέγας

ſet inſidias, ad paganos ſe recepiſſe, vt cum eis apertum contra chriſtianum nomen bellum gereret.

v. 1. Σημειον, *ſignum*, quo tanquam ſymbolo alia res indicatur, vt e. gr. Matth. 24, 3. Μεγα, *graue, ominoſum.* Ουρανῳ. In eiusdem coeli parte aliqua, in quo et theatrum illud c. 4 inſtructum erat, cujus immenſum ſpatium varias ſcenas exhibere poterat commodiſſime. Eichhornius ſuſpicatur, extremam ſeu inferiorem aëris regionem indicari, quae omnis referta eſſe daemonibus credebatur, forte quia daemon peſſimus v. 3 apparet: ſed is tamen v. 7 et ipſe in eodem adeſt ὀυρανῳ, in quo angeli verſantur. Quare coelum omnino hic indicatum eſſe opinor. Γυνη: indicatur allegorice eccleſia Judaica, et quidem pia Jouae cultrix, non illa, quae inſano Zelotarum furore agitabatur. Sub feminarum imagine ſaepius repraeſentabantur populi, regna, vrbes, Jeſ. 23, 4; Ezech. 27, 3 ſq.; 28, 12 etc. Iam digniſſima laude Judaica religio ornatur; πε-ριβεβλ. — αστερων δωδεκα, i. e. *vndique a capite ad calcem clariſſima luce fulgens:* Ornatum hunc mutuatus videtur poeta e Geneſ. 37, 9: et 12' aſtris ſeu, ſi mauis, 12 Zodiaci ſignis, 12 tribus Israeliticas repraeſentantibus, haud ambigue populus Judaicus innuitur, quem magno amore complectebatur poeta.

v. 2. Imago feminae parturientis etc. ſatis frequens etiamnum eſt ad indicandam cauſſam multorum effectuum. Et Judaei ipſi eccleſiam ſuam ſub eiusmodi imagine delineabant. *Sohar Exod.* fol. 47. col. 187: "percutient mulierem grauidam i. e. eccleſiam Judaicam."

v. 3. Sed nondum in lucem editus erat infans, cum iam mortem ei et interitum machinaretur Satanas. Is, omnium malorum daemonum princeps, ſicuti Judaeis reformidatus erat vt calumniator hominum et accuſator, ita et Judaeochriſtianis prima cauſſa et origo eorum habebatur, quae rei chriſtianae grauia et aduerſa acciderant: inprimis ei debere ſe

μέγας πυῤῥὸς, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ἑπτὰ διαδήματα.

ſe opinabantur tam miſerias, quibus cruciabantur a ſecus ſentientibus, quia is calumniis inſectabatur et inuiſum reddebat nomen chriſtianum, quam fraudes magiſtrorum falſa et peruerſa docentium, quia ſeducere alios et transuerſos agere amabat. Hunc itaque genium malorum quum rebus chriſtianis obeſſe perſuaſi eſſent et illi, quos noſter alloquitur, nil mirum illud eſſe, ait poeta, namque iam inde a primis incunabulis eundem Chriſtianiſmo aduerſatum eſſe, ſed incaſſum: proinde confidendum eſſe, omnia eius conamina et nunc vana fore et irrita. Hic tamen nonniſi illud infertur, inſidiatum eſſe hunc diabolum naſcenti rei chriſtianae, nec id ſecus, quam par erat, quando naſcebatur ille, qui euertere regnum Satanae ſuſceperat, 1 Jo. 3, 8. Eundem tamen prorſus et ad internecionem vsque perditum fuiſſe, infra demum, vbi conſummata ſunt omnia, quae in reditu Meſſiae futura exſpectabantur, narrabitur, c. 20.

Hunc itaque Satanam, quem prae omnibus aliis Judaei cum chriſtianis exſecrabantur, iam ſub terribili figura draconis conſpicit poeta (vti ſub alio ſimulachro Jeſus ipſe Luc. 10, 18), qui pluribus, vt quondam hydra Lernaea, capitibus horrendus, parturienti feminae ex aduerſo ſtat, infanti naſcendo diductis faucibus inhians. Id quidem commentum poetae non abſonum dixeris, ſiquidem dracones olim recens natis inhiare credebantur, Plin. H.N. 4, 14; Sil. Ital. L. 6. v. 197, et omnino multa terrorem incutientia de draconibus narrabantur fabuliſque ornabantur. Cf. Bochart. Hieroz. II. Lib. 3. c. 14; Franz. hiſt. anim. ſacr. P. 4. cap. 5. p. 531. Ac ſicut omnia ſerpentum peſtilentiſſimorum genera et mole corporis et malignitate excedere credebatur draco, cui veteres attribuebant *το αγριον, φονικον, αἱματοεν, ὑβριστικον* (vid. loc. ap. Weiſt.), ita et Satanas genios malos omnes longe pone ſe linquit atque ſub draconis effigie optime ſiſtitur. — Iam in exornanda draconis figura elaboratur. Eſt ille *πυῤῥος*, אדם, *rufus*, vel ad horrorem ex ſanguinis et ignis colore incutiendum, vt fortaſſe ſupra c. 6, 4. vel

4 ματα. Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν.

vel ad imaginem colore aliquo imbuendam. Rubere autem de draconibus (vti ardere de ſigno coeleſti ſcorpionis, Virg. Georg. 1, 34; et Manil. 1, 653.) ſaepe dicitur. Hom. Il. β. 508; δαφοινος eſt. Plura vid. ap. Wetſt. Sed idem monſtrum plura gerit capita, vt Lernaea hydra, Cerberus, Chimaera etc., capitibusque cornua ſunt impoſita, vt ſerpentibus cerastis apud Graecos, Aelian. Hiſt. Animal. 1, 57, et alibi, vid. Wetſt. Schol. ad Nicandrum: εισι δε τετρακεpατοι και δικεpατοι. Capita ei plura attribuit, quia iam pluribus oribus et rictibus potuit peſtifer eſſe: capitibus autem imponit cornua, quia ea ſunt potentiae ſymbola (ad c. 5, 6). Capitum quidem numerum ſeptenarium, qui Judaeis eſt frequentiſſimus, praefert, cornua autem decem, nulla alia de cauſſa, quam quia et ille numerus Hebraeis rotundus, vt loquuntur, fuit (ſicuti et ex decadica numerandi ratione, omnibus fere gentibus communi, et inde quoque patet, quod decuplum numerum forma plurali numeri ſimplicis Hebraei exprimunt, vt שבע, שבעים), et poetae ita placuit variare. Quae tamen decem cornua quomodo imponenda ſint capitibus ſeptem (forte ita, vt tribus capitibus mediis bina, et duobus vtrinque extremis ſingula cornua innitantur): aut, quibus argumentis aeſtheticis defendi queat iſta confuſio, id nos quidem parum curamus: multo minus ad res certas hiſtoricas, decem toparchias Judaeorum etc. alludi credimus. — Porro habet ἑπτα διαδηματα, ad regiam dignitatem indicandam, quia Satanas erat ὁ αρχων του κοσμου: neque id a horum animalium natura alienum eſt, Plin. H. N. Lib. 8. c. 33; "candida in capite macula velut diademate inſignis eſt baſiliscus." Teneamus autem hanc figuram, ſub qua delineare placuit Satanam ipſum (ſicuti et alii ſimilem imaginem exhibuerunt ſcriptores Judaici. *Kidduſchim* fol. 29, 2: "Viſus eſt Rabbi Achae daemon formae draconis, ſeptem habentis capita;"), quia infra, vbi monſtra in ſcenam prodibunt ſimilia, ad eam recurrendum nobis erit.

v. 4. Sed omnes artus horror occupat, ſi mouetur immanis iſta bellua et per aërem volitat: namque ipſa

γῆν. Καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς
τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα, ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον
αὐτῆς καταφάγῃ. Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα, ὃς 5
μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ·
καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ
πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ. Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν 6
εἰς

astra sede deturbat et in terram praecipitat. Peius sane omen, grauiora portendens, cogitari vix poterat, vid. supra ad c. 6, 13. Dicuntur autem non rictu solum sed et cauda, qua verberant, graues esse dracones, perinde ac scorpii. Solinus polyhist. c. 43. Val. Max. 1. c. 8; Stat. Thebaid. Lib. 5. v. 538. Obversatus hic poetae videtur locus Dan. 8, 10. Hoc igitur monstrum aduersum se gravidae illi mulieri collocat, et quidem ex draconis natura ἑστηκεν, *erecto capite stetit*. Plin. H. N. 8, 3: "nec flexu multiplici, vt reliqui, serpentes, corpus impellit; sed celsus et *erectus* in medio incedens." Καταφαγῃ. Jes. 51, 34.

v. 5. Iam nascitur puer, insidiisque draconis petitur quidem, sed eripitur eius faucibus potentiorique Dei tutelae traditur, i. e. ex ecclesia Judaica prodit christiana, parua primitus et debilis, multisque cum aduersariis conflictata, sed singulari tamen prouidentia Dei tuta. Symbola nonnulla ex historia nati Jesu ipsius desumta sunt. Αῤῥενα, *masculum*, sicuti ad adipiscendam futuram potentiam fieri debuit. Ista potentia indicatur verbis Psalmi 2, 9, quae iam supra 2, 27, adhibita erant, et in aliis quoque N. T. locis ad Jesum transferuntur. Σιδηρᾳ: non *crudeli*, sed *firmo* et *inconcusso imperio* aliquando eos moderabit ille, qui etiamnum debilis est infans. Και ἡρπασθη: breuissime dictum, ad indicandum, ne minimo quidem momento periclitatum fuisse infantem ab insidiis draconis. Similia in *Jalkut Rubeni*, fol. 84, 4: "Rachel granida fuit.—Hanc conculcauerunt, et puer prodiit ex visceribus eius, et sub lecto iacuit: et descendit Michael, et adduxerunt eum coram throno gloriae." Hic itaque adoleuit et vires nactus est puer, vt posset aliquando ποιμαινειν εν ῥαβδῳ σιδηρᾳ etc.

v. 6.

εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον ἡτοιμασμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 6. ἐκεῖ (ex Hebr. pleonasm.) desideratur in lectione recepta, sed adest in A, multisque all. ap. W. et Gr., 5 ap. Mt. 3 ap. Alt. 4 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Andr. Areth. probantibus Wetst. Griesb. etc.

v. 6. Sed vti infanti recens nato consultum est, ita et matri consuletur: siquidem illa in desertum fugit, suscipiturque tutela subliminiori, quae ipsi τοπον ἡτοιμασμενον assignauerat. Ὁπου ἐκει Hebr. אשר שם. Ibi iniunctum est non incolis, qui in deserto nulli sunt, sed aut coruis, qui Eliam nutriuerant, 1 Reg. 17, 5. 6, aut herbis, graminibus, aliisque, quae in deserto gignuntur (vt quondam Israelitis desertum peragrantibus), ἱνα τρεφωσιν etc, vt vitam mulieris sustineant modicis quidem alimentis, sed haudquaquam sine numine; neque enim per omnem vitam in deserto illa manebit, sed tantummodo 1260 dies = 3½ annos, i. e. *aliquantisper*, seu durante tempestate calamitosa, Dan. 12, 11. cf. supra ad c. 11, 3. 11 etc. Quae cuncta, detracto allegoriarum vestimento, indicabunt, ecclesiam Judaicam matrem inferiorem quidem multo fore christiana, sed non indignam tamen tutela diuina: imo custodiendam eam esse, donec praeterierit publica calamitas, quo facto ad filium redituram esse eam in coelum, vnde egressa erat, seu ecclesiam Judaicam cum ecclesia christiana in vnum coituram esse, Rom. 11, 26. Id sane erat in votis poetae ardentissimis, qui genti suae propensus erat vel maxime. Sed Langius existimat, addita haec nonnisi eum in finem esse, vt imago plenior exhiberetur, nullaque ex parte lacera: re enim vera, post Hieros. excidium nullam exstitisse eccles. Judaicam. Praefero tamen prius. Illorum autem sententiam, qui fugam christianorum e Judaea in Peraeam, Euseb. H. E. 3, 5; Jos. B. J. 2, 20. hic esse indicatam volunt, amplecti nequeo: quia turbatur eiusmodi conatibus allegoria, caeteroquin facilis et sine impe-

Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ. ὁ Μιχαὴλ 7
καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ τοῦ πολεμῆσαι μετὰ τοῦ
δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε καὶ οἱ ἄγγελοι
αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἴσχυσεν, οὐδὲ τόπος εὑρέθη 8
αὐτῷ

VARIAE LECTIONES.

v. 7. Πολεμησαι. Ad declinandum anacoluthon lectio recepta habet επολεμησαν κατα. Noſtra lectio eſt in ABC multisque aliis ap. Wetſt. et Gr. 4 ap. Mt. 3 ap. Alt. 5 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Syr. Aeth. Arr. Andr. Areth, et pluribus latinis, probb. Mill. prolegom. §. 1112, Wetſt. Griesb. etc. Subaudiendum videtur ησαν του πολεμησαι i. e. *omnes et toti intenti erant in pugnam.* Sic Baſilius Seleucienſis, teſte Bengelio, in Gnomone, de Abele locutus, ait ὅλος τοῦ δωρου γενομενος, *totus in id, quod offerebat, intentus.*

v. 8. ισχυσεν. Ita pro lect. rec. ισχυσαν A cum all. ap. W. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Birch. Editt. Complut. etc. Verſſ. Ar. Copt. Aeth. Andr. variique latini, probb. Mill. 1112, Wetſt. Griesb. etc. — Pari modo pro αυτῳ in text. com. eſt αυτων.

impedimento procedens. Si ad fugam Chriſti in Aegyptum Matth. 2, *reſpexiſſe* poetam dixeris, nil moror.

v. 7. Perſequitur tamen infantem draco ad thronum maieſtatis diuinae vsque: ſed in ſinum altiſſimi numinis receptus ille tutus eſt, propugnantibus eum legionibus coeleſtibus et contra draconem defendentibus. Fingitur itaque, ſicuti perſaepe in Homero circa corpus interemti herois (cf. Jud. v. 9), ita hic circa infantem recens natum pugna in coelo pugnata fuiſſe, qua metaphora vtuntur et ſcriptores Judaici. *Jalkut Rubeni*, fol. 87, 2: "bellum fuit graue in coelo." Coeleſti agmini praeficitur Michael, qui populi Hebraici tutelam iam olim ſuſcepiſſe dicebatur, quorum et αρχων audit, Dan. 10, 13. 21; 12, 1. *Jalkut Rubeni*, fol. 8, 3: "Michael et Gabriel ſunt principes magni, et amant Iſrael tanquam animas ſuas:" nam Michael quaſi ipſius Jouae, numinis Judaeorum tutelaris, perſonam ſuſtinet. *Schemoth*

9 αὐτῷ ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων
ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος Διάβολος
καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην,
ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ'
10 αὐτοῦ ἐβλήθησαν. Καὶ ἤκουσα φωνὴν μεγάλην
ἐν τῷ οὐρανῷ λέγουσαν· ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία
καὶ

moth R. Sect. 2. fol. 104, 3. Plura de Michaele vid. ap. Schöttg. ad h. l.

v. 8. Ουκ ισχυσεν. *Nil profecit*, Dan. 7, 21. Subaudi post haec: "imo tam foedam fugam capessere coactus est, vt ουδε τοπος etc." Mali daemones, quorum sedes erat in aëre seu inferiore coeli parte, nonnunquam in coelum superius irrumpere finguntur: sed inde deturbantur 2 Petr. 2, 4, quod idem h. l. contigit et principi eorum, Satanae.

v. 9. Enimuero nondum in abyssum seu tartarum praecipitatum eum, vt daemones alios, 2 Petr. 2, 4, poeta fingit: quod si contigisset, nullos iam hostes contra nomen christianum potuisset excitare; debellati iam fuissent omnes, reditusque Messiae consummatus esset, nec haberet carmen quidquam, quod amplius caneretur. Quia tamen potentissimos aduersarios Christianismo adhuc superesse sciebat, paganos, neque a quoquam alio instigatos eosdem credebat, quam a Satana ipso, parcendum vtique paullisper erat Satanae, ita puta, vt in coelo quidem nullam iam seditionem mouere posset, at vero in terra apud paganos summa ei superesset potestas. Cap. 20 demum ad internecionem vsque profligatur. 'Ο οφις ο αρχαιος, (cf. 1 Jo. 3, 8), *qui in antiquissimis documentis sub serpentis forma insidiatus iam est humano generi*, Gen. 3. Et Judaici scriptores angelum Sammael figura serpentis induunt vocantque הנחש קדמוני, vid. loca ap. Wetstenium et Schöttg. Διαβολος και Σατανας, synonyma, illud Graecum, hoc Hebraicum. Vtraque lingua nomen ex more suo exprimit poeta, vt supra c. 9, 11. 'Ο articulus ante Σατανας in variis codd. desideratur. Πλανων, transitiue vt c. 2, 20: "qui nil antiquius habuit, quam gentes contra verum Jouae cultum excitare."

v. 10.

καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ
ἡ ἐξουσία τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἐβλήθη ὁ κατή-
γορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτοὺς
ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ 11
αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου καὶ
διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, καὶ οὐκ
ἠγάπη-

VARIAE LECTIONES.

v. 10.* Pro κατήγορος habet κατήγωρ A, ob quod in textum receptum cauillatur Griesbachium Matthaei. Probauit tamen et Bengelius in Gnomone, dicendo; "non vt Graecum, sed vt Hebraicum ponitur, subsequente synonymo mere graeco ὁ κατηγορῶν."

v. 10. Sequitur carmen triumphale coelicolarum de profligato Satana. Σωτηρία i. e. vel *laus*, vti supra c. 7, 10, cf. de praedicatis omnibus ad c. 5, 12: vel pro *victoria et regnum*, sensu eodem, quo c. 11, 15, idque contigit ἄρτι: i. e. *ab hoc ipso temporis momento*, quod in coelum irrumpere non amplius valet Satanas, ducendum est salutis nostrae initium. Κατήγορος, seu κατήγωρ קטיגור, vt vox graeca prolata sit terminatione Hebraica (cf. var. lect.) *accusator, calumniator*, quod et vocibus διάβολος etc. exprimitur. Magna exemplor. Rabb. copia ap. Schöttg. Credebatur iste daemon accusationibus, calumniis, excitandis inimicitiis odiisque delectari vel maxime, Job. c. 1 et 2; Zachar. 3, 1. 2 etc. *Sohar Levit.* fol. 43. col. 171: "diabolus semper stat tanquam delator coram rege Israelis;" plura loca Rabb. vid. ap. Wetst. Quotiescunque ergo apud gentes, veluti Antiochum Epiphanem, accusati et ludibrio habiti fuerant Judaei ob cultum Jouae, aut quotiescunque apud Judaeorum proceres delati erant de religionibus coetus christiani, diabolo acceptum ferebatur omne id. Sed idem et ob peccata accusare credebatur homines coram Deo, vti Job. 2 et h. l., quia invidet beatis beneuolentiam numinis, atque cauillando et obtrectando de summa beatitate detrahere quid conatur.

v. 11. Νικᾶν est etiam *causam obtinere in iudicio*, c. 5,

ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου.
12 Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς
σκηνοῦντες· οὐαὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ, ὅτι
κατέβη ὁ Διάβολος πρὸς ὑμᾶς, ἔχων θυμὸν μέγαν,
εἰδὼς, ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 12. Ουαι τη γη και τη θαλασση. Ita legendum pro pleniori, quod est in lect. recepta, ουαι τοις κατοικουσι την γην και την θαλασσαν. Sic est in BC multisque all. ap. W. et Gr. 4 ap. Mt. 4 ap. Alter. (apud Birch. nil exprimitur), Editt. Complut. etc. Verss. Syr. Copt. Aeth. Arr. Arm. Vulg. Andr. Areth. nonnullisque latinis probb. Mill. 1112, Wetst. Griesb. etc.

c. 5, 5. νικαν τινα *causam obtinere contra aliquem.* Accusati erant christiani a Satana apud Deum iudicem; sed ille fuit, vt loquuntur, pars succumbens, nos obtinuimus. Et illa quidem victoria eis contigit 1) δια το αἱμα του αρνιου: quia scilicet accusatori respondere poterant, abluisse sanguinem Christi peccatorum labes, c. 1, 5; 7, 14; 2) δια του λογου etc. quia respondere poterant, suscepisse se rel. christianam, eoque ipso omnium anteactorum peccatorum veniam impetrasse, Actor. 3, 19; 3) και (ὁτι) ουκ ηγαπησαν etc. quia tam constanti fide huic religioni inhaeserant, vt ne morte quidem ab ea depelli se passi essent: ουκ ηγαπησαν, vt Actor. 20, 24; Jo. 10, 11. — Summo haec omnia solatio esse poterant christianorum coetibus, qui, si vel morte pro rel. christiana succumberent, at post mortem saltem in beatorum sedibus aeterna iam felicitate perfrui se posse hinc concludebant, quod e coelo praecipitatus sit pestilentissimus ille aduersarius.

v. 12. Ευφραιν. — σκην. ex antiquo hymno petitum videtur, forte ex Jes. 49, 13. — Diabolo potentiam calumniandi et in terra et in coelo attributam fuisse, ad v. 10 monitum est. At quum in coelo iam ademta ei esset potestas illa, praeuidendum erat, eundem in terras praecipitatum violentius grassaturum esse. Potuit autem

pergere

Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων, ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν 13
γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα, ἥτις ἔτεκε τὸν ἄῤῥενα.
Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ αἱ δύο πτέρυγες τοῦ 14
ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον,
εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν
καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 14. ὅπου τρέφεται ἐκεῖ. Legitur et ὅπως τρέφηται, quod tamen ad declinandum pleonaſmum Hebraicum effictum eſſe videtur. Eſt ita in plurr. codd. ap. W. et Gr. 5 ap. Mt. 4 ap. Birch. Complut. etc. Arab. Andr. Areth., praeferente Matthaeio, qui ὅπου innectum eſſe credit, quia modo de loco ſermo fuerat.

pergere inuiſos reddere et Judaeos, qui quidem ex publica clade ſuperſtites eſſent, apud Romanos, et chriſtianos ciues apud Judaeos et Romanos: vel, quia Judaeorum potentia exſtincta iam erat, aut quia cum Chriſtianis coaluerant Judaei, apud Romanos potiſſimum. Erat ergo metuendum, ne, etiamſi iam corruiſſet Judaeorum imperium, grauior tamen tempeſtas chriſtiano nomini a Romanis ingrueret. Ita explicandus mihi videtur verſiculus, atque *οἱ ουρανοι* imaginem exhibebunt chriſtianorum, ſiue ex Judaeis progreſſorum ſiue e gentibus, qui iam mortui erant martyriumque expleverant, *ἡ γη* etc. autem illorum, qui in viuis etiamnum erant. Eichhornius ſub illis chriſtianos e Judaeis, ſub his e gentibus conuerſos intelligit. *Θυμον, iram ſuam*, quod e coelo ſit expulſus, terrae incolis eo grauiorem faciet, quia feſtinandum ſibi eſſe non ignorat, ſiquidem aduentus J. C. *ταχυ* redituri iam imminet, eoque redeunte, actum erit de eo. Vid. infra c. 20, max. v. 10. Rei chriſtianae ipſi non iam nocere valet Satanas: ea iacet in ſinu ſummi regis: proinde eius cultoribus infeſtiſſimum ſe exhibebit.

v. 13. Atque, vt metuebatur, ita accidit. In terras praecipitatus Satanas primo perſequitur Judaismi reliquias, ſeu feminam hanc, vt quondam draco Python Latonam, Hygin. Fab. 140, atque quum vanos vidiſſet conatus et irritos, ad chriſtianos conuertitur.

καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ
15 ὄφεως. Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ἐκ τοῦ στόματος
αὐτοῦ ὀπίσω τῆς γυναικὸς ὕδωρ ὡς ποταμὸν, ἵνα
16 αὐτὴν ποταμοφόρητον ποιήσῃ. Καὶ ἐβοήθησεν
ἡ γῆ τῇ γυναικὶ, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα
αὐτῆς,

v. 14. Persuadet sibi poeta, verum secundum leges Mosaicas cultum diu. etiamnum sub peculiari tutela numinis versari. Αετου. Ex Aegypto quondam liberans populum Jova quasi alis aquilae, quae, vt alae omnino, symbolum tutelae sunt, sustulisse suos et per desertum portasse se ait Exod. 19, 4. Aut huc aut ad simile quid alludens poeta dicit definite αἱ πτερυγες, et quidem δύο, vt exprimeret dualem formam כְּנָפַיִם. Quemadmodum ergo Israelitae effugerant insidias Pharaonis, ita haec femina effugiet insidias Satanae. Εις τ. τοπ. αυτης, i. e. αυτῃ ὑπο Θεου ἡτοιμασμενον (supra v. 6), *tanquam in asylum*. Nonnulli argutius credunt, aquilam a poeta esse adhibitam imagini, quia inter dracones aquilasque intercedat sempiternum odium, Aristot. Hist. Animal. Lib. 10, c. 1; Plin. H. N. 5, 4; Horat. Odar. 4, 4, 1. Καιρος, vt עֵת, est *annus*, Gen. 18, 10. Καιρον = 1, + καιρους = 2, + ἡμισυ καιρου = ½ efficit summam 3½, emergitque idem numerus, quem nil aliud indicare supra monitum est, quam *aliquamdiu*, prorsus effictus ad imitationem Danielis 7, 25; 12, 7.

v. 15. Atque, vt quondam Israelitis Pharaonem fugientibus impedimento esse videbatur mare rubrum, ita et huic feminae mare aliquod obiicere tentabat Satanas, idque quia in deserto nullum aderat, ingentem vndarum torrentem ore euomit, vt aqua suffocaretur mulier abriperetürque. *Bava Bathra* fol. 166: "R. Jonathan — vidit piscem quendam, qui e naribus in altum eructauit aquas, *velut quoddam diluuium, ad instar duorum fluuiorum Syriae.*" Ποταμοφορητος. Vox efficta ab auctore et nusquam quidem apud Graecos occurrens (Albert. obs. sacr. p. 489), sed ex analogia tamen linguae graecae, in qua ανεμοφορητος etc. dicitur, facile explicanda, et bene graeca. Hesych. απεπνιξε.

v. 16. Tandem, quemadmodum et Israelitae per mare erythraeum salui et sospites per-

αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν, ὃν ἔβαλεν ὁ
δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ὠργίσθη 17
ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικὶ, καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι
πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς,
τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Pro λοιπων in cod. 29. et ap. Hippol. eſt ἁγιων, quod a manu aliqua ſeriore additum videtur: vid. infr. ad c. 16, 6; 18, 20.

permeauerant, ita et haec femina nullam iniuriam ab ingentibus his vndarum fluctibus patitur. Siquidem terram iubet dehiſcere poeta, vt vndae prius imbiberentur, quam feminam attingere ſecumque abripere poſſent.'

v. 17. Iam omni ſua ſpe deluſus draco, laxatis furori frenis omnibus, quum feminam ipſam tangere nequiret, in caeteros eiusdem liberos iram immittit; i. e. euertere non valens Satanas reliquos pios cultores veri Jouae Judaeos, quos aliquando ad Chriſtianismum tranſituros poeta ſperabat, ad chriſtianos λοιπους, i. e. qui in perſecutionibus prioribus nondum occubuerant, conuertitur. Hic autem intelligi videntur Judaeochriſtiani, quia dicuntur τηρειν τας εντολας του Θεου, i. e. quia veri Jouae cultum profitentur, et quidem ſecundum confeſſionem Jeſu Chriſti, (και εχοντων την μαρτυριαν Ιησου). Apparet, confuſam et perturbatam eſſe imaginem: nam quae modo mater *auctoris* Chriſtianismi dicta erat, iam eſt et mater *diſcipulorum* eiusdem. Et ſane e Judaismo prodiit et Jeſus ipſe et Judaeochriſtiani omnes. Plura vrgenda in imagine et ad viuum reſecanda non ſunt. Neque cum Eichhornio hic chriſtianos, qui conuerſi erant e gentibus, indicatos et quaſi nepotes feminae appellatos fuiſſe dixerim. Omnino rariſſime de chriſtianis e gentibus progreſſis loqui in carmine videtur auctor, atque, e Judaeorum natione oriundus ipſe, Judaeochriſtianos maxime in mente habuiſſe, quia ſemper fere loquitur de *cultoribus* 1) Κυριου, *veri Iouae* (*quod pagani nunquam antea fuerant*), *et* 2) του αρνιου *quoque. Illud Iudaeos*, hoc *chriſtianos* ſignificat, et vtrumque coniunctum *Iudaeochriſtianos*.

Sed quum noua bella inferre rei chriſtianae meditaretur Satanas, non potuit Judaeos

τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐχόντων
18 τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ. Καὶ ἐστάθην ἐπὶ τὴν
ἄμμον τῆς θαλάσσης.

VARIAE LECTIONES.

v. 18. Και εσταθην. Memorabilis hic est lectionis varietas: legitur enim et εσταθη sc. δρακων, in A, Verss. Syr. Arab. Aeth. Arm. Vulg. apud Tychonium, Victorinum etc. nec non in edit. Aldina, prob. Millio, et fere aequalem probabilitatis gradum assignante Griesbachio. Quod si genuina est lectio, versus 18 vtique ad antecedentia pertinebit, sensu fere hoc: *noua bella christianis machinatus Satan Romanorum auxilia circumspexit, adeoque versus Occidentem ad mare constitit.* — Sed lectio nostra, dummodo ad cap. 13 referatur hicce versiculus, commodissimum parit sensum: *maiori vi e statione mea, in qua hactenus in apertum coelum intuebar, abreptus, ad mare translocatus sum, vt viderem monstra indicantia cladem, quam pagani, i. e. Romani, versus Occidentem incolentes, illaturi sint christianis.* — Peruersam autem hanc capitum distinctionem peperisse apud Latinos lectionem εσταθη suspicatur Matthaei.

Judaeos iam in auxilium vocare (ii enim, euersa vrbe, nulli supererant, et superstites exosus erat vel maxime): proin recurrendum ei erat ad paganos; apud hos accusandi christiani homines, vt gentilium sacrorum contemtores etc. Aliam ergo faciem gignunt res: et noua prorsus scena instruitur, in quam prodeunt noui hostes iique Judaeis multo potentiores, pagani: sed et ii debellantur, profligatisque iis consummata sunt omnia, quae rediturum Messiam praecedere credebantur: aduenit ipse, nouumque regnum inauguratur.

Atque hic commodissime pedem sistet interpretatio, versumque decimum octauum, quo poeta maiore vi abreptus (vt Actor. 8, 40; Ezech. 8, 3; 11, 1. 24; Draco v. 36) conuertisse faciem a coelesti theatro ad mare, seu ad Occidentem dicitur, deinceps exponet; quamquam eum in textu hic iam expressum dedimus, vt et vulgarem capitum distinctionem seruaremus, et, quae de varietate lectionis notanda erant, adiiceremus.

Apparet

Apparet iam ex eis, quae hactenus cecinit vates, quanto studio et quanta arte carmen *de conspecto iam a se Messiae reditu* *) contexere allaborauerit.

Protinus enim, vix dum dicta salute, conspexisse se profitetur formam Messiae, nondum quidem reuersi in terras, sed subito tamen rediturum se affirmantis, monentisque simul idemtidem et obtestantis, vt a nimio et temerario gaudio abstinerent, quia et illis ipsis, qui nomen quidem suum profiterentur, sed virtutis christianae forent expertes, grauis futura esset illa παρουσια et funesta.

Quo quidem tanquam prooemio praemisso panditur scena coelestis, vnde egressurus, vt par erat, exspectabatur rediens in terras Messias: rapitur eo vates, et contemplatur maiestatem summi numinis, et assistentem Jouae Messiam, librumque conspicit, futuras in επιφανεια Χριστου rerum vicissitudines continentem, sed septem inuolucris ita munitum, vt resignando ei praeter Messiam ipsum nemo in omni rerum natura par inueniretur.

Resignato tandem libro, priora inuolucra sex futuram cladem variis emblematibus portendunt: liber ipse funestissimam stragem affert, et primo quidem Judaeis, qui intestinis motibus, agmine Romanorum, et obsidione vrbis ita angebantur, vt ruina et vrbis et gentis vniuersae non longe videretur abesse.

Ipsum

*) Lactantius *diuin. institutt.* Lib. VII. cap. 24, 9: "prophetae futurorum pleraque sic proferunt et enunciant, quasi iam peracta. Visiones enim diuino spiritu offerebantur oculis eorum, et videbant illa in conspectu suo quasi fieri ac terminari."

Ipſum tamen interitum reticet poeta, et immoratur potius eis, quae ex clade iſta bona rei chriſtianae et ſalutaria ſperanda ſint.

Sed exacta ſic a Judaeis vindicta rediiſſe iam Meſſias, eaque quae ſecum ferebat eius επιφανεια, ex dimidio ſaltem conſummata eſſe videri poterant. At grauiores hoſtes debellandi ſupererant, Romani, qui Hieroſolymae, ſanctiſſimae Jouae ſedi, nefarias manus inferre non dubitauerant: et his tandem profligatis perfecta et abſoluta haberi παρουσια του Χριστου, et de occiſis occidione hoſtibus triumphus agi poterat. Proinde quod cap. 11, 16. de deuictis Judaeis canitur epinicium, tenue admodum videtur et exiguum: certe non aequat magnificam illam pompam, quae cap. 18. et 19. inſtruitur: neque id ſecus quam par eſt: nam victoria, quam a Judaeis tantummodo reportauerat Chriſtianismus, nondum attulerat gloriam perpetuam et ſecuritatem: iacuit quaſi in infantia et primis incunabulis, vti in praefatione de imperio Romano ait Florus, res chriſtiana c. 12, at debellatis Romanis demum vires nacta eſt, et ad τελειοτητα aetatisque virilis maturitatem peruenit c. 20 ſq., et tandem aliquando adeſt meta laborum afflictis, reſpirantque cultores Jouae et Jeſu Chriſti ab omnibus, quibus vbique opprimebantur, cruciatibus.

Ex his ſequitur, caput duodecimum, quia id ſaltem ſolatii afferebat, a Judaeorum quidem telis tutam eſſe rempublicam nouam, ad priora pertinere, neque, vt Langius exiſtimat, exordium eorum eſſe, quae inſequuntur; nec facile commodius vsquam in omni carmine ſubſiſtere poſſe interpretationem.

Vix fieri potuit ob locorum diſtantiam, quin ſphalmata nonnulla manerent, quae vel diligentiſſime plagulas retractantem fugerent tamen. Sunt in his, fatemur, nonnulla, quae aut incuria fudit, aut humana parum cauit ſollertia, qualia nec ignorantiae nec temeritati vertent, ſed homini permultis rerum agendarum occupationibus diſtricto condonabunt aequi bonique arbitri. Potiſſima eorum, quae in oculos incurrerunt, haec ferme ſunt:

Pag. 1, lin. antepenult. pro *quid quod* leg. *quin.*
— 8, not. 6, lin. 22 pro *Apocalyſe* leg. *Apocalypſe.*
— 22, lin. 21 pro *declarere* leg. *declarare.*
— 28, lin. 22 pro *exarauerat* leg. *exarauerit.*
— 37, not. 48, lin. 2 pro *ſuſtragari* leg. *ſuffragari.*
— 64, not. 74, lin. 10 pro *ominatur*, leg. *ominari?*
— 65, not. 76, lin. 9 pro *potiſſima* leg. *potiſſimum.*
— 73, Commentationibus nota 83 laudatis adde egregiam diſſertationem S. V. Schottii, quae proſtat in eius *Opusculis exegeticis, criticis, dogmaticis,* Tom. 2, Nr. 11, p. 205–262: "Quo ſenſu Jeſus apud Matthaeum (24), Marcum (13), Lucam (21) aduentum ſuum in nubibus annuntiauerit, inquiritur."

Pag.

Pag. 79, lin. 18, mutetur (?) in (.)

— — not. lin. penult. pro *quodammvdo* l. *quodammodo*.

— 81, lin. 16 pro *ſcripſerat* leg. *ſcribebat*.

— 127, col. 2, v. 7, lin. 7 pro *quae* leg. *quod*.

— 129, text. lin. 2 deleatur alterum και ὁ ην.

— 135, col. 1, v. 13, lin. 4 deleatur *vis*.

— 138 in textu, lin. 2 pro ' ſcribatur ὁ.

— 144, Var. lect. lin. 6 pro κοπιαζειν leg. κοπιαν.

— 150, text. lin. 2; p. 159, lin. 1 et p. 167, lin. 3 poſt ιδου ponatur comma.

— — col. 2, lin. 23 pro *brabentes* leg. *brabeutes*.

— 157, text. lin. vltim. poſt Ιεζαβελ ponatur comma.

— 166, Var. lect. lin. 11 pro *lectis* leg. *lectio*.

— 167, text. lin. 6 poſt αυτους; lin. 7 poſt γνωσιν; p. 171 lin. 5 poſt οιδας etc. ponantur commata.

— 175, col. 2, v. 2, lin. 39 pro *habebatur* leg. *haberetur*.

— 179, col. 1, lin. 29, pro *dixeerat* leg. *dixerat*.

— 186, col. 2, lin. 30, pro *Neqnibat* leg. *Nequibat*.

— 198, col. 1, lin. 4 pro μετω leg. μεσω.

— 200, col. 1, v. 9. lin. 26 *eundem* rectius ad *tempus* refertur, adeoque legendum erit *idem*.

— 201, col. 2, lin. 14 pro *innumeram iſtam* leg. *innumerum iſtum*.

— 231, col. 2, lin. 14 pro *ſcarpis* leg. *ſcorpiis*.

Caetera beneuolus lector ipſe corrigat quaeſumus.

APOCALYPSIS

GRAECE.

PERPETVA ANNOTATIONE

ILLVSTRATA

A

IOANNE HENRICO HEINRICHS

THEOLOGIAE DOCTORE ET DIOECESEOS BVRGDORFIENSIS

SVPERINTENDENTE.

PARTICVLA POSTERIOR

CAP. XIII — FIN. CONTINENS.

GOTTINGAE

APVD HENRICVM DIETERICH.

MDCCCXXI.

NOVVM TESTAMENTVM

GRAECE

PERPETVA ANNOTATIONE ILLVSTRATVM.

EDITIONIS KOPPIANAE

VOL. X. PARTIC. II.

COMPLECTENS

APOCALYPSIN

CAP. XIII — FIN.

CONTINVAVIT

IOANNES HENRICVS HEINRICHS

THEOLOGIAE DOCTOR ET DIOECESEOS BVRGDORFIENSIS SVPERINTENDENS.

GOTTINGAE

APVD HENRICVM DIETERICH.

MDCCCXXI.

omnia, vt par est, peritiorum examini modeste subiicimus.

Dolendum sane est, quae Excursu octauo perhibentur, non potuisse commentario ipsi intexi: sed nec negligentiae nec alii errori id tribuendum erit: imo, quaecunque ibi prioribus addita leguntur (si ab eis recesseris, quae de Joanne Apostolo carminis nostri auctore vel agnoscendo vel repudiando vlterius locuti sumus etc.), post emissam demum particulam priorem publici iuris facta esse, apparebit.

Animus erat, singulari Excursu et de practico, vt aiunt, Apocalypseos vsu praecipere, viamque periclitari, quam ineundo, quicunque sacris coetuum christianorum praesunt, ad vitam sancte et probe instituendam ex hoc carmine exhortari suos possent: simulque subiungere nonnulla, quae de effectibus, quos varios admodum sibique prorsus contrarios protulit Apocalypsis, possunt exponi. Sed mox apparuit, multo locupletiorem esse eiusmodi materiem: nec intra vnius Excursus fines commode contineri: quapropter missa haec facere, et singulari forsitan operi, volente Deo, seruare consultissimum videbatur.

Caeterum quam in carmine interpretando viam inierat particula prior: eandem hic ad finem

vsque

Infit autem pofterior haec particula non quidem ex Eichhorniana diftributione a capite octauo, fed a capite decimo tertio, ob cauffas, quas in praemonendis luculentius expofitas inuenies: nec nifi cafu et fortuito accidit, vt et editionis Actuum Apoftolicorum, olim a nobis curatae, et nunc Apocalypfeos particula altera ab eodem capitum numero telam exordiatur: neutrum tamen rationibus fuis caret. Et quoniam fere in medio carmine inuenitur decimum tertium illud caput, fatis commode euenit, vt, quum priori particulae praemittenda effent prolegomena, pofteriori autem huic Excurfus fint fubiungendi, eundem fere plagularum numerum compleotatur vtraque fectio.

Paucorum tantummodo Virorum eruditorum iudicia de priore Apocalypfeos particula expertus fum: quibus tamen ob attentiorem curam, qua librum perlegere, noftrisque argumentis fua opponere non dedignati funt, gratiffimum animum et habeo et teftor. Eadem attentione dignam iudicent, precamur, particulam alteram, in qua prae caeteris caput decimum tertium et decimum feptimum maioris momenti habentur; de quibus nonnulla faltem, quae in prioribus commentariis nondum expofita funt, protuliffe nobis videmur: haec ergo potiffimum, fed et caetera

omnia,

PRAEMONENDA.

Solent, quicunque poetarum veterum monumenta commentariis illuſtrare ſuſcipiunt, in eo quoque elaborare, vt ordinem, quo ſingulae ſententiae ſe excipiunt, lectoribus monſtrent: non quod poetam ipſum ad iſtum ordinem ſedulo et accurate diſpoſuiſſe omnia contendunt, ſed quod ita potiſſimum aptari ſibi res ipſae et inuicem necti videntur commodiſſime. Iam vero, quemadmodum in obeundis negotiis, in diſponendis per tabularia rerum actarum documentis, et in vnaquaque fere re quilibet ſuam mentem ſequitur, eumque ordinem aliis antehabet, qui ipſi videtur conuenientiſſimus, ita et in digerenda rerum a poeta aut alio quouis auctore, quem explicare ſuſceperis, pertractatarum materie idem accidit: quare nec nos quidquam morabimur, ſi quo ordine nobis ſuccedere ſibi videntur res in carmine noſtro propoſitae, aliis minus videntur, ſed aliae partes, alia rerum diſtributio, alia idearum ſeries ab iisdem commendatur.

Ex illo ordine, ad quem carmen noſtrum pertextum eſſe a poeta ſuſpicati ſumus in prolegomenis pag. 73 – 78, effici poterit, haud abs re in octo partes praecipuas carmen diſpeſci, quas ita ferme ſe excipere dixeris: 1) Prooemium, cap. 1. 2) Septem illa oracula, quae ſub epiſtolarum apocalypticarum nomine venire ſolent, cap. 2. 3. 3) Apparatus ad infligendas plagas, quas carmine celebrare vates ſuſcepit, cap. 4 – 7. 4) Clades Judaeorum, cap. 8 – 12.

5) Clades paganorum, cap. 13. — cap. 19, 10. 6) Adventus Jesu Christi ad suos liberandos et in regnum suscipiendos, cap. 19, 11. — cap. 20, 10. 7) Consummatio saeculorum, το τελος, et aeterna vitae futurae felicitas, cap. 20, 11. — 22, 6. 8) Epilogus, cap. 22, 7 — fin. Et hae quidem sectiones octo nobis videntur potissimae.

Haud minus commode tamen breuius ad quatuor partes reuocari poterunt, quaecunque in carmine celebrantur, quarum prima post prologum apparatum ad sequentia instruit, altera Judaeorum, tertia gentilium cladem, et quarta denique victoriam christianae caussae illustrat, epilogoque adiecto finem carmini imponit. Quem quidem ordinem sequutus dux noster et antesignanus Eichhornius prius volumen Commentarii in Apocalypsin, quod et prolegomena complecteretur, et apparatum omnem ad rem ipsam, capite septimo consignauit, vt volumini posteriori locus fieret, rem, de qua poema agit, ipsam, interitum puta Judaismi et Gentilismi et subsequutam caussae christianae victoriam exponendi. — Sed nec nostra, credimus, voluminis diuisio, de qua iam ad calcem prioris particulae pauca obseruauimus, displicebit; dummodo suffragamur sententiae, quam cum aliis interpretibus multis nouissime commendauit Eichhornius, *poetam inde a capite* 13 [1]) *gentilium malas aduersus rem christianam machinationes et vltimam stragem exponere.*

At quibus *nil praeter strages Judaicas, euersa Hierosolyma, et extremum regni Judaici interitum carmini inesse* videtur, iis prorsus alia sane rerum pertractatarum dispositio potior videatur necesse est; veluti b. Koppio, qui Herderianam opinionem, suo tem-

1) Nam quod iam inde a cap. 12. gentiles exagitari existimat Langius, vti ad calcem prioris particulae notauimus, minus probabile videtur.

tempore longe nobilissimam, sequutus, ita disiungit varias carminis partes, vt post prologum, cap. 1–3. interitum status Judaici cap. 4–19, Christi regnum cap. 20, et post consummationem saeculorum felicitatem aeternam c. 21. 22. celebrari moneat [2]). Sed quia nostra diuisio illi potissimum sententiae innititur, quod inde a capite 13, missis rebus Judaicis, paganos insectetur poeta, quos alii e carmine omni abesse volunt longissime; de hac quidem quaestione, quam in prolegomenis ad particulam priorem excutere data opera omisimus, quia hunc locum ei seruabamus, nonnulla disputanda erunt [3]).

Grauis-

2) Perillustris Eichhornius, quia carmen omne ad genus dramaticum refert, hunc ordinem sequitur: 1) Titulus, c. I, 1—3. 2) Prologus c. I, 4. — c. 4, 22. 3) Drama ipsum, et quidem: a) Prolusio c. 4, 1. — c. 8, 5. b) Actus primus, cap. 8, 6. — c. 12, 17. c) Actus secundus, c. 12, 18. — c. 20, 10. d) Actus tertius, cap. 20, 11. — c. 22, 5. 4) Epilogus, c. 22, 6 - fin. — Eundem ordinem praetulisse et b. Henkium, ex eius vita, a Bollmanno et Wolfio descripta, discimus p. 259 sqq. Alii aliam diuisionem instituunt. Sunt qui, missis prioribus omnibus, nonnisi ea torquent, quae inde a cap. 6. vbi liber resignatur, enarrantur. Alii illo demum libro, qui cap. 10. vati traditur, scenam pandi malunt, priora omnia ad apparatum scenicum reiicientes. Bengelius ad triplex illud *Vae*. cap. 8, 13. in libro distribuendo potissimum respiciendum esse censet: aliis placent alia.

3) Inter omnia sane, quae de argumento libri et fine consilioque diuersa sentiuntur, hic quidem dissensus memoratu dignissimus est. Et omnino omnia, quae huc pertinent, ad duplicem quaestionem redeunt. Dissentiunt interpretes de libri consilio a) ratione populorum, quorum res et fata celebrantur, vbi vel solos Judaeos vel cum Judaeis et paganos castigari existimant; b) ratione temporis, vbi

Grauiſſimum autem patronum et acerrimum vindicem ſententia illa, nonniſi Judaeorum res conclamatas carmine cani, nouiſſime nacta eſt HERDERUM, qui cauſſam ſuam tam blande perorat, vt et nos, vtri ſententiae calculum adiiceremus, diu dubios tenuerit et ancipites. — Audiamus argumenta, quae patrocinari ſane videntur [4]).

1) Judaicae res vati, vtpote natione Judaeo, ſatis cognitae et perſpectae et prae aliis curae cordique erant. At vix innotuerant eidem, quae trans mare Romae agebantur, aut, ſi innotuerant, parum aut nihil eum mouebant. Hinc et accidit, vt, quaecunque in carmine per figurarum aenigmata propoſita ſunt, eadem in Joſephi libris de Bello Judaico hiſtorice enarrentur, et quaſi commentario perpetuo illuſtrentur.

2) Non tam Romani, qui Judaicarum ſectarum diſſenſum parum curabant, quam Judaei hominibus chriſtianis, a quibus ſanctiſſimam maiorum legem proditam et deſertam eſſe indignabantur, graues ſe et infenſos gerebant: adeoque Judaeorum quidem interitus, Hieroſolymorumque excidium in votis eſſe potuit, a Romae tamen incolumitate nihil metuendum ſupererat.

3) Omnes fere figurae et metaphorae, quibus ad infligendas plagas vates vtitur, e Judaeorum hiſtoria

vbi alii nonniſi eos euentus praeſagiri autumant, qui *mox* ad actum eſſent reuocandi (quare et rata dudum et effecta eſſe omnia haec vaticinia rectiſſime ſtatuunt, ſiquidem res chriſtiana omnibus aliis ſuperior eſt), alii tamen in *remotiſſimis* futurorum ſaeculorum receſſibus euentus quaerunt, moralemque ſimul, quam dicunt, explicationem, quae quondam maximopere commendabatur, in hoc prae aliis libro exerceri poſſe aſſeuerant.

4) Copioſius et luculentius expoſita haec qui legere ſatagit, adeat HARTWIGIUM *Apologie der Apocalypſe*, Theil 2, Seite 29 ſqq.

ſtoria ſunt depromtae, neque id ante cap. 13. ſolum, ſed et poſtea, e. gr. plagae Aegypto quondam illatae, Armageddon, cap. 16. etc.

4) Hac potiſſimum hypotheſi ſuſcepta carmen noſtrum ad vaticinia Jeſu Chriſti Matth. cap 24. etc. expreſſum eſſe dici poterit, qui Hieroſolymorum quidem interitum praeſagiebat, at de Romanis rebus nil diuinauerat.

5) Omina illa, idemtidem occurrentia, ταχυ, εν ταχει etc. euentura eſſe omnia, ita demum rata habebuntur et effecta: nam rerum Judaicarum interitus mox vere inſequutus eſt, Roma ſalua diu et incolumi.

6) Si praeter Judaeorum interitum et paganorum clades carmine comprehenderentur, Hieroſolymorum excidium cap. 11, 19. referri dicendum eſſet. At quam pauca ea, quam tenuia! quam parum apta et digna grauitate rei, quae homini Judaeo ex omnibus, quae vnquam euenerant, longe videbatur atrociſſima! Num tamen dira illa omina et futurae calamitatis praeſagia poetam imaginibus metum et horrorem incutientibus cap. 6 et 8. depinxiſſe putabimus? in ea autem calamitate, quae omnium malorum ſumma erat, adumbranda triſtiſſimos et nigerrimos, qui ſuppetebant, colores adhibuiſſe non putabimus? Enimuero ſi coeleſtia illa phaenomena, quae cap. 11, 19. apparent, nonniſi ſigna et indicia praeſentis numinis, vti leguntur ſaepiſſime, habueris, capitis tamen 16, v. 17–21. de collapſis Hieroſolymis fueris interpretatus, tum demum grauiter vatem et tanto euentu digne locutum eſſe fateberis, et σεισμος, οἱος ουκ εγενετο αφ᾽ οὑ οἱ ανθρωποι εγενοντο επι της γης, et χαλαζα ὡς ταλαντιαια εκ του ουρανου επι τους ανθρωπους καταβαι-

νουσα

γοῦσα luculentissime indicabunt, calamitatem euenisse, qua funestiorem et luctuosiorem ex Judaeorum mente nulla experta erat hominum memoria.

7) Omnis tandem carminis oeconomia hanc sententiam amplecti suadet. Siquidem inter commenta poetica eminent prae aliis septem sigilla, septem tubae et septem phialae, quae cuncta ita sibi nexa sunt, vt prioribus contineantur ea quoque, quae sequuntur. Namque quum sigilla sex priora nonnisi *praesagia* temporum tristissimorum retulissent, septimo sigillo recluso apparet, quid in illis temporum angustiis *vere* euenturum sit, — et quidem ita euenturum, vt singula mala, postquam tuba classicum datum fuerit, ingruant, sex priora quidem *ante* vrbis expugnationem, septimum *in* vrbis oppugnatione ipsa, — cuius oppugnationis terrores, tanquam ex phialis venena effunduntur, quarum priores sex *caeteras* oppugnationis angustias et septima denique *expugnationem* ipsam prouocant. Quae quo clarius illucescant, hoc ferme schema propositum habeto:

Liber, septem sigillis obsignatus, cardo est, in quo omne carminis argumentum versatur, tam clades, quae imminebant, cap. 6. — cap. 19, 10: quam laetiora tempora per redeuntem Messiam instauranda cap. 19, 11 — fin. libri. — Atqui (missis eis, quae passim episodii loco interueniunt)

1 — 6) Sex priora sigilla omina futurae miseriae continent cap. 6 et 7.

7) Septimum sigillum miserias ipsas cap. 8. — cap. 19, 10. Huic insunt quasi tubae septem, quarum

a — f) Sex priores mala Judaeorum ante vrbem a Romanis obsessam classico suo prouocant cap. 8, 7. — cap. 11, 14.

g) Septi-

g) Septima miserias obsidionis ipsius, et quae eam insequebantur, cap. 11, 15. — cap. 19, 10. Tubae septimae quasi insunt, si ita loqui fas est, septem phialae, quarum

aa—ff) Sex priores ea mala continent, quae per oppugnationem ante excidium vrbi ingruebant, cap. 15. — cap. 16, 16.

gg) Septima expugnationem et excidium ipsum, cap. 16, 17. — cap. 19, 10.

Similia indicantur triplici illi exclamatione *Vae!* cap. 8, 13, quarum prima portendit motus ciuiles per Judaeam cap. 9, 1—12; altera bellum Romanum per omnem Judaeam et Galilaeam flagrans, cui rei, quia grauior erat, longius immoratur poeta, inde a capite 9, 13. vsque ad caput 11, 14; tertia denique oppugnationem et excidium vrbis ipsius, quod, quia erat grauissimum, longissime pertexitur, inde a capite 11, 15. vsque ad cap. 19, 10.

Multa, fatemur, hae argumentationes habent, quae commendare possint sententiam et plausibilem reddere, et satis diu fluctuati sumus, vtras partes sequeremur. Sed praeterquam quod inde a capite 13 noua prorsus scena instrui videtur [5]), vetat inter

5) Id quod vix poteris non agnoscere. Antea de templo Judaico, de vrbe, in qua Jesus Christus in cruce suspensus erat, agebatur, cap. 11: iam c. 13. de θαλασσῃ, i. e. rebus Romanis transmarinis, de βλασφημια, qua pagani quidem, sed haudquaquam Judaei imbuti erant, de monogrammatibus, chiliarchis c. 19, 18, quae cuncta Romana sunt. — Et quam amicus ex bipartita hac diuisione consensus! siquidem euersis Hierosolymis plausus coelestes laetissimi c. 11, 15, iidemque et euersa Roma c. 18. 19. Post illa expugnata e coelo praecipitatur Satanas *in terram* c. 12: post Romam euersam

Abysso

ter alia caput 17. potissimum, quo minus hanc sententiam amplectaris. Vide, quam obtorto collo ea, quae cap. 17 et 18. et alibi passim leguntur, ad Judaeam et Hierosolyma quasi rapiantur. Cap. 16, 19. αἱ πολεις των εθνων eruntne minora oppida per Judaeam, Samariam et Galilaeam dispersa? vsquamne legere meminimus vrbem Hierosolymam septem collibus, quibus imposita fuerit, insignitam esse, vt cap. 17, 9.? nonne collibus istis septem, quas exsculpit Herderus, in vrbe et ante vrbem surgentibus, eodem iure plures poterunt addi? an placebit, florem et opulentiam Hierosolymorum eo laudatam esse, quod haberet βασιλειαν επι των βασιλεων της γης cap. 17, 18. quum ne tetrarchis quidem, ethnarchis, aliisque regulis imperare posset, sed omnia a procuratore Romano penderent? Quam precaria autem, quam distorta, quae de regibus septem cap. 17, 10. ad septem pontifices, et de decem regibus, cap. 17, 12. ad decem toparchas reuocatis sunt exputata [6])? Quae si ex mente Herderiana locum ferre possunt, Neronianis temporibus liber consignatus esset, necesse foret, id est, septem aut octo annis ante euersa Hierosolyma; vnde sequeretur, non solum caput rei ipsum, interitum rei Judaicae, sed et singula euentorum momenta, qualia capitibus 9 et 11. maxime occurrunt, a vate *prae*nunciata fuisse, quod contra poeseos propheticae naturam omnem et indolem pugnat, siquidem non nisi in generalioribus ea subsistit, non descendit ad singula. Atqui

Abysso mergitur c. 20. Cap. 12. nonnisi paruus Christianismus erat et infans, at c. 20. iam adulta, iam regno suscipiendo matura. Iam vero in capitibus 17 et 18. qui Romam agnoscere noluerit, quae, vti c. 11, 8. Hierosolyma, tantum non nomine appellata est, nae is in ipsa luce caecutire malle videtur.

6) Vid. Excurs. 4.

Atqui si ea, quae capite 17 et 18. perhibentur, de rebus Judaicis vix possunt explicari, ne caput 13. quidem poterit, in quo, quamquam non prorsus eadem, at ea tamen monstrantur, quae illis similia sunt. Contra si de rebus Romanis et externa superstitione ea fueris interpretatus, omnia fluunt facillime, cui rei, quia in commentario exposita est, hic non immoramur: sed accingimur potius ad exponenda argumenta, quibus ea, quae in prioris sententiae fauorem supra attulimus, redargui poterunt.

1) Quod ad primum illud attinet, id vel maxime vrget Herderus [7]), vrbis Romae excidium parum attinuisse ad hominem Judaeum: nec minore veri similitudine de terrae motu Olysippum quondam conquassante sermonem esse posse, quam de vrbe Roma. At idem tamen loco alio [8]) concedit, plura ex rebus Romanis, eorum ritibus etc. vati comperta fuisse: quibus concessis, qui tandem credi potest latuisse eum, quae turbulentis istis temporibus per orbem Romanum agebantur? Singulas quidem singularum rerum minutias, quas doctius magis quam rectius peruestigauit WETSTENIUS, eidem innotuisse negamus ipsi et pernegamus [9]): at quomodo fugere poterant, quae tunc temporis quotidiano omnium sermone vsurpata fuisse credere licet, Neronem necem sibi consciuisse, successisse Galbam, Galbae Othonem, Othoni Vitellium insidiatum esse, et Vitellio regnum ademtum esse per Flauium Vespasianum? Tam incertum, vt cum Suetonio loquar [10]), rebellione trium principum et caede et quasi vagum imperium nonne exitio suo proximum esse praesagire poterant

7) *Maranatha* pag. 279 sqq.

8) *Maranatha* pag. 329 sqq.

9) Vid. Excurs. 7.

10) Vespas. cap. 1, init.

ter alia caput 17. potiſſimum, quo minus hanc ſententiam amplectaris. Vide, quam obtorto collo ea, quae cap. 17 et 18. et alibi paſſim leguntur, ad Judaeam et Hieroſolyma quaſi rapiantur. Cap. 16, 19. αἱ πολεις των εθνων eruntne minora oppida per Judaeam, Samariam et Galilaeam diſperſa? vsquamne legere meminimus vrbem Hieroſolymam ſeptem collibus, quibus impoſita fuerit, inſignitam eſſe, vt cap. 17, 9.? nonne collibus iſtis ſeptem, quas exſculpit Herderus, in vrbe et ante vrbem ſurgentibus, eodem iure plures poterunt addi? an placebit, florem et opulentiam Hieroſolymorum eo laudatam eſſe, quod haberet βασιλειαν επι των βασιλεων της γης cap. 17, 18. quum ne tetrarchis quidem, ethnarchis, aliisque regulis imperare poſſet, ſed omnia a procuratore Romano penderent? Quam precaria autem, quam diſtorta, quae de regibus ſeptem cap. 17, 10. ad ſeptem pontifices, et de decem regibus, cap. 17, 12. ad decem toparchas reuocatis ſunt exputata [6])? Quae ſi ex mente Herderiana locum ferre poſſunt, Neronianis temporibus liber conſignatus eſſet, neceſſe foret, id eſt, ſeptem aut octo annis ante euerſa Hieroſolyma; vnde ſequeretur, non ſolum caput rei ipſum, interitum rei Judaicae, ſed et ſingula euentorum momenta, qualia capitibus 9 et 11. maxime occurrunt, a vate *prae*nunciata fuiſſe, quod contra poeſeos propheticae naturam omnem et indolem pugnat, ſiquidem non niſi in generalioribus ea ſubſiſtit, non deſcendit ad ſingula. Atqui

Abyſſo mergitur c. 20. Cap. 12. nonniſi paruus Chriſtianiſmus erat et infans, at c. 20. iam adulta, iam regno ſuſcipiendo matura. Iam vero in capitibus 17 et 18. qui Romam agnoſcere noluerit, quae, vti c. 11, 8. Hieroſolyma, tantum non nomine appellata eſt, nae is in ipſa luce caecutire malle videtur.

6) Vid. Excurſ. 4.

Atqui si ea, quae capite 17 et 18. perhibentur, de rebus Judaicis vix possunt explicari, ne caput 13. quidem poterit, in quo, quamquam non prorsus eadem, at ea tamen monstrantur, quae illis similia sunt. Contra si de rebus Romanis et externa superstitione ea fueris interpretatus, omnia fluunt facillime, cui rei, quia in commentario exposita est, hic non immoramur: sed accingimur potius ad exponenda argumenta, quibus ea, quae in prioris sententiae fauorem supra attulimus, redargui poterunt.

1) Quod ad primum illud attinet, id vel maxime vrget Herderus 7), vrbis Romae excidium parum attinuisse ad hominem Judaeum: nec minore veri similitudine de terrae motu Olysippum quondam conquassante sermonem esse posse, quam de vrbe Roma. At idem tamen loco alio 8) concedit, plura ex rebus Romanis, eorum ritibus etc. vati comperta fuisse: quibus concessis, qui tandem credi potest latuisse eum, quae turbulentis istis temporibus per orbem Romanum agebantur? Singulas quidem singularum rerum minutias, quas doctius magis quam rectius peruestigauit WETSTENIUS, eidem innotuisse negamus ipsi et pernegamus 9): at quomodo fugere poterant, quae tunc temporis quotidiano omnium sermone vsurpata fuisse credere licet, Neronem necem sibi consciuisse, successisse Galbam, Galbae Othonem, Othoni Vitellium insidiatum esse, et Vitellio regnum ademtum esse per Flauium Vespasianum? Tam incertum, vt cum Suetonio loquar 10), rebellione trium principum et caede et quasi vagum imperium nonne exitio suo proximum esse praesagire poterant

7) *Maranatha* pag. 279 sqq.

8) *Maranatha* pag. 329 sqq.

9) Vid. Excurs. 7.

10) Vespas. cap. 1, init.

poterant Judaei, quibus res Romana omnis inuisa erat et detestabilis?

2) Largiendum quidem, multo lenius in homines christianos egisse Romanos, quam Judaeos; sed et caussa facillime perspicitur. Neque enim res Christiana Romanorum quidquam intererat, vt qui saepissime inter Judaeos Christianosque nullum discrimen intercedere putarent, nec nisi Judaicam sectam, vnam ex multis, in Christianismo inuenirent. Sed quum iam flagraret bellum et plura jam documenta atrocissimae seueritatis in deuictas prouincias et capta oppida dedissent Romani, metuendumque esset, vt vere accidit, ne victoria Romanis cederet, vrbs dirueretur, et in homines christianos eadem seueritate animaduerteretur, atque in Judaeos; haudquaquam sane praeter rem accidit, stomachari poetam et omnem bilem in Romanos effundere, ad quorum fauorem aucupandum ab incolis Scythopolis, Caesareae, Damasci etc. jugulatos jam cum Judaeis fuisse multos Christianos recordabatur. Quae quum ita sint, quo pacto poetam, qui Christianismi victoriam et incolumitatem celebrare aggressus esset, officio suo defunctum sibi videri potuisse putabimus, si non nisi rerum Judaicarum interitum cecinisset? — At

3) Concedamus necesse est, figuras ornatusque ex Judaeorum historia petitos prae aliis placuisse poetae, vtpote Judaeo. Sed quis iniquus erit vati, quod in patria magis versatus fuerit, quam in terris peregrinis, quodque colores proprios et natiuos imagini inducere satius duxerit quam alienos? An forte in proferendis fatalibus praesagiis, quae externae superstitioni necem portenderent, ea prodigia et coelestia signa eum collegisse malumus, quae ex Romanorum fastis et annalibus collegit Julius Obsequens? Et quas gentilibus plagas,

vt

vt Moses quondam Aegypto, capite 16. infligit, nonne expressae sunt ad modum priorum plagarum, quae maiorum temporibus et ipsae gentilibus, i. e. Aegyptiis, erant illatae? Adde tot imagines conuiciorum e Daniele desumtas, quibus et Danieles quondam in Antiochum Epiphanem, paganum et ipsum, et noster in Romanos inuehitur.

4) Fatemur vtique, Jesum Christum de rebus Judaicis Matth. c. 24. 25. diuinasse: sed idem et praesagierat, fore, vt omnes vndique gentes confluerent ad salutarem doctrinam amplexandam. Ista autem praesagia, qui tunc erat rerum publicarum status, vix rata fieri poterant, nisi post interitum non Judaismi solum sed et paganismi. Tum nolimus obliuisci, non ea solum, quae Jesus Christus ipse, sed et quae Apostoli, e. gr. Paullus, augurati fuerant, a poeta nostro ad actum reuocari et quasi in tabula depingi. Atqui praesagierant illi, fore vt proxime ante tempora redeuntis Messiae ingrauescerent mala, flagitia, fraudes, doctrina adulterina, sed eis omnibus res christiana superiore euaderet [11]: quid mirum, a Romanis aliisque gentilibus, quorum lasciuos dissolutosque mores vbique insectantur Apostoli, ea pericula imminere visa poetae fuisse, ipsosque dignos habitos esse, qui occidione occiderentur?

5) Voces ταχυ, εν ταχει ex Eichhorniana sententia indicant, *certissime* et *indubie* euentura esse, quae praenunciantur. Sed non opus erit, eo confugere, aliamque explicationem aeque commodam admittent isti loci omnes, dummodo ne displiceant, quae in commentario ad Cap. 1, 1. indicauimus. Quae si cui ad infringendam eorum, quae obuertuntur, vim et grauitatem sola minus idonea videntur, respondemus, complura ista, quae

11) Vid. locos Excurs. 4. not. 1 citatos.

quae in carmine proponuntur, interitum Judaismi et paganismi, et victoriam rei christianae, ex poetae mente iuncta sibi et nexa esse, ita vt *vnam rem*, *vnum* euentum, ea complecti videri possint. Atque quum prima pars, Hierosolymorum excidium, proxime subsequuta sit, omne illud et quasi totum ταχυ euenisse ex legibus poeticis vtique poterat affirmari [12]).

6) Magnum vtique quaestioni, de qua disceptatur, momentum et pondus inferre videtur, quod leuissime tantummodo poeta perstringit extremas res vrbis Hierosolymae cap. 11, nec diffiteor, ob hanc potissimum caussam diu me fuisse ambiguum. Sed haudquaquam spernenda profecto videbuntur illa argumenta, quae a nostris partibus afferuntur, cur funestissimam illam vltimae Hierosolymorum cladis imaginem suppresserit potius poeta, quam pro rei grauitate exornauerit: quae quidem in commentario exposita inuenimus [13]). Paganos quidem, et quidquid paganam superstitionem referebat, infesto odio persequebatur vates: id omne carmen testificatur: at Judaeis, e quibus et ipse egressus erat, (meliores et sanctiores dico, non Zelotas, sicarios, latrones, quos et ipsos satis acerbe insectatur), fauet vel maxime. Illis praecipue diras imprecatur: in illos vindictam diuinam ingruere vult, qui superbia, seueritate, iniuriis ad seditionem irritauerant Judaeos, qui terrae sanctae bellum intulerant, templi sanctuarium profanauerant, et vrbi ipsi, Jouae sedi, extremum diem afferre moliebantur: illis stomachatur: in illos pus atque venenum effundit: at excidium vrbis ipsius βδελυγμα ei est, a quo auertit oculos, a quo vel

12) Vid. quae in Excursu 6 circa finem ex schedulis Koppianis huc pertinentia transscripsimus.

13) Ad cap. 10, 4 et c. 11, 15.

vel mente et cogitatione versando nedum carmine describendo abhorret vel maxime [14]); quemadmodum hodienum, quoties pugnam cum hostibus referunt diaria publica, paucissimos hominum periisse, at hostium ingentem multitudinem captam occisamue esse testari solent. Quaecunque terrae et vrbi sanctae mala intulerant illi, quibuscunque tormentis vexauerant dilectum sibi populum, ea omnia centies, millies multiplicata eis ipsis superuentura auguratur, ipsorum profanam vrbem ita collapsuram esse, vt nunquam possit resuscitari, at in locum Hierosolymorum profana scelestorum manu euersorum surrectura esse noua Hierosolyma, coelesti et sidereo lumine refulgentia.

7) Septimum denique argumentum, in sententiae Herderianae fauorem prolatum, non quidem invenimus vsquam, fatemur, sed ipsi exputauimus, quando nonnisi Judaicarum rerum interitus carmine cani nobis videbatur. Neque tamen supprimendum credidimus; quandoquidem ad fidem illi interpretationi conciliandam permultum afferre et aliis videbitur. Neque hoc parum contulit ad sententiam nostram dubiam reddendam: sed mox missa fecimus, quae primo arridebant et cum primis plausibilia videbantur. Reputanda enim sunt, quae in fronte praemonuimus, ordinem ad quem dispositum a poeta carmen inuenimus, nostrum esse: nobis ita videri: sed aegre perspici posse in rebus variis digerendis et attemperandis mentem et consilium auctoris alicuius, nedum poetae,

14) Der Poet nimmt Jerusalem bloss als Symbol des jüdischen Volkes an, und also durfte er die Stadt nicht als ganz zerstört darstellen, selbst wenn er wusste, dass sie schon längst zerstört war. Vid. censura operis Langiani: *Die Schriften Joannis* etc. in J. E. C. Schmidt *Biblioth. für Critik und Exegese des N. T.* Band 1, S. 316.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

Καὶ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θηρίον ἀναβαῖνον, ἔχον CAP. XIII. 1

VARIAE LECTIONES.

v. 1. Ονομα. Sequitur Bengeliana recenſio lectionem receptam. Sed in A, variisque aliis apud Wetſtenium et Griesbachium, 5 apud Matth. 4 ap. Alterum, 4 ap. Birchium, nec non in editt. Complut. Plantin. Genev. verſionibusque Syr. Arab. Vulgat. pariter atque in Andreae ſcholiis, Aretha, Primaſio etc. eſt ονοματα, quae rectior lectio eſſe videtur ob cap. 17, 3. probaturque a Wetſtenio, Griesbachio et Matthaeio.

Nonam, de qua locuti ſumus, ſcenam ingreſſus poeta, iniuriamque, quam rei chriſtianae inferre moliebatur gentiliſmus, altero carmine enunciaturus, ita incedit, vt diuiniore impetu e coelo in terram abreptum ſe atque Occidentem verſus ad mare conſtitutum effingat, vnde emergere videre ſibi videtur monſtrum horrendum, ingens, quod iam, quum fractis Judaeorum rebus nulla damnum inferendi ſupereſſe videretur poteſtas, interitum rei chriſtianae parare ſuſcipit.

Rationes, cur verba illa: και ϛαθην επι την αμμον της θαλασσης, quibus nouum theatrum panditur, a nobis iam ad finem capitis 12mi expoſita ſint, l. c. attulimus.

Fingamus itaque nobis poetam, relicto coelo, in quo, quae caput 12 narrat, peracta fuerant, in terras delapſum: ſed nolimus tamen argutari, dicendo, gentilium ſuperſtitiones, quas iam debellare aggreditur poeta, eſſe terreſtre quid, coeleſti theatro minus dignum. Subinde enim variat in carmine noſtro ſcena, in qua poetae oculis emblemata obiiciuntur, et modo in coelo modo in terra conſtituta ea videtur.

v. 1. Και ειδον κ. τ. λ. Protinus e mari emergit immanis

ἔχον κέρατα δέκα καὶ κεφαλὰς ἑπτὰ, καὶ ἐπὶ τῶν

manis bellua, Θηριον, quod bene diſtinguatur a ζωον, ſupr. c. 4, 6, vbi vide: et vbique iungatur notio feritatis, ſaeuitiae etc. Sub huius ϑηριου effigie poeta, qui et hoc loco Danielis veſtigia legit, capite 7mo ſimilia monſtra pronocantis, vel *idololatriam ſuperſtitionesque gentilium* omnino, rei chriſtianae aduerſantes, αντιχριστους, vel, quod, quia in vrbe Roma totius terrarum orbis capite et domina praecipuam ſedem idololatria fixerat, eodem redit, *omne Romanum imperium* deſignat (ſaepenumero imperia ſub belluarum formis ſiſtuntur, Dan. cap. 7 et 12.); vel imaginem *certi cuiusdam hominis* depingit, qui prae caeteris ſuperbum ſe et infenſum et rei chriſtianae vniuerſae, et poetae, acerrimo eiusdem patrono, exhibuerat.

Atque quo facilior hic incedat interpretatio, iam hic praemonere fas ſit, quod proprie ad calcem capitis demum, re omni absque partium ſtudio conſiderata, addendum fuiſſet, quidnam potiſſimum ex mente poetae ſub hac bellua ſit intelligendum: iamque licebit explorare quam fieri poteſt breuiſſime ſingula, quae in hoc capite occurrunt, momenta, quatenus coueniant eis, quae in mente habebat poeta; copioſior rei expoſitio in excurſu ſequetur.

Qui de ſingulo aliquo adverſario poetam loqui autumant interpretes, eatenus diſcedunt, quod plurimi praeuideri hic prophetica mente arbitrati ſunt *futurum* aliquem chriſtianiſmi aduerſarium, prae caeteris grauem et atrocem, qui contra J. C. regnum inſurrecturus ſit poſterioribus ſaeculis, propioribus remotioribusue: alii tamen indicatum eſſe volunt hominem aliquem trucem et inſolentem, qui ſuperbia et impotentia *iam vere graſſatus fuerat*, et tunc temporis graſſari pergebat in homines chriſtianos. Eiusmodi homines cum beſtiis conferri nil inſolitum eſt. Sic Lactantius de mort. perſecut. imperatores prae aliis chriſtiano nomini graues vocat *malas beſtias*, cap. 2. c. 9. c. 16, et cap. 25.: *tres acerbiſſimae beſtiae.* Julianus, Caeſares, de Caligula ait: επειςερχεται ϑηριον πονηρον. Philoſtr. imag. Caeſ. p. 178.: το δε ϑηριον τουτο, ὁ καλουσι μεν πολλοι τυραννον,

τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα, καὶ ἐπὶ τὰς

νον, ουτε ὁποσαι κεφαλαι αυτῳ οιδα, ουτε etc.

Atque hic Herdéro Simon Giorae seu Gorionis filius, crudelissimae factionis tempore oppugnatae vrbis antistes, cuius res gestas Josephus de bell. Jud., in primis inde a lib. 5. cap. 7. enarrat, a poeta increpitus esse videtur: Eichhornio autem (nam praeter hos duumviros neminem hic excitamus) Nero Caesar. Mihi tamen, nisi potius cuiusuis potentis et superbi rerum christianarum aduersarii ideam expressam a poeta esse malueris, non tam Nero, cuius erga christianos homines ferocia in Asiam vsque non penetrauerat, quam potius Neronis proconsul, Ephesi imperium obtinens, quo auctore et suasore in exilium exactus, cuius ferociam expertus poeta erat ipse, videtur obiurgatus esse. Cf. proleg. part. I. p. 76.

Εκ θαλασσης. Quaesitum est, cur e mari progressam belluam conspexerit poeta? Respondebimus vel cum Eichhornio: quia ita libuit poetae, cuius ingenio, quaecunque ad ornandum carmen spectant, linquenda sunt, quique et hic exprimere satagit Danielem, cuius monstra c. 7, 3. et ipsa e mari prodeunt: vel dicemus, Judaeis maria ob monstra, quae continebant, semper reformidata fuisse (*Midrasch Tehillin* 80, 14: "monstra marina multo terribiliora sunt monstris sylvestribus"), rebusque adnumerata summum horrorem incutientibus, vnde infra c. 21, 1. in Hierosolymis novis id quoque laudatur, quod nulla θαλασσα ibi adest, c. 20, 13. Admonet Koppius, et Graecis θαλασσαν symbolum fuisse ferociae, heroasque θαλασσης indicare heroas truces et feroces. Ita quoad effectum fere eadem sunt θαλασσα et αβυσσος, vid. ad c. 9, 1. — Accedit, quod paganismus praecipuam sedem fixerat Romae, quae Asiam incolentibus versus Occidentem, seu, quod Judaeis idem est, versus mare sita erat; vnde et proconsul Ephesinus nave aduectus erat. Similia legesis apud Justinum Lib. 29. cap. 3.

Εχων κερατα κ. τ. λ. Hinc iam formam portenti delineat poeta, quam si cum illa, quam c. 12. oculis obiecerat, contuleris, persimilia omnia ac tantum non

 eadem

τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ~ ὄνομα βλασφημίας.
~ ὀνόματα Καὶ

eadem reperies. Iam vero quum figura capitis 12 Satanam expressisset satis perspicue apparet, id sibi voluisse poetam, vel hominem istum aeque truculentum se gessisse ac Satanam ipsum, vel idololatriam, quam is propugnauerat, aeque grauem esse, ac malum illum daemonem, sub cuius moderamine sunt pagani: (Cf. ad 1 Tim. 1, 20.) Tam acerbam vero bilem supra, cap. 9 et 11 etc., vbi in Judaeos inuehitur, neutiquam effundit poeta. Κερατα δεκα και κεφαλας ἑπτα, vid. ad c. 12, 3. Επι των κερατων διαδηματα, non, vt c. 12. επι τας κεφαλας. Nos quidem offendit talis figura monstrosa, sed caue ad eiusmodi rationes confugias, quales nimis argute ad h. l. exputat Wetstenius. Libuit potius ita poetae, qui nec in hac effigie discedere voluit ab archetypo Daniele, c. 7, 8. vnde nec κερατα poterant abesse, potentiae symbola (supra ad cap. 5, 6.), nec διαδηματα, quibus regia maiestas indicatur. En ergo delineatam imagine potentissimam regiam maiestatem, qualis in imperatoribus Romanis, eorumque proconsulibus et procuratoribus conspicua erat. Septenarium autem et denarium numerum plerique volunt iam hic spectare ad ea, quae infra cap. 17. narrantur, siquidem vrbs Roma septem collibus fuit imposita, exercitusque Romanus in decem cohortes diuisus. Mihi tamen secus videtur, neque vlla alia de caussa hos numeros expressos credo, quam quia sunt numeri Judaeis vulgares (rotundos vocant), et poeta imagini cap. 12. adhibitae et hic insistere voluit. Ονομα (seu rectius ονοματα) βλασφημιας. Frontalibus ornatur monstri figura, sed frontalia illa nil nisi βλασφημιαν prae se ferunt. De frontalibus, seu notis fronti inscriptis vid. infr. ad v. 16. Βλασφημια proprie innuit omne, quod in Deum, et ex mente christianorum hominum etiam in J. C. impie et nefarie dicitur peragiturue. Eam paganis crimini vertebant et Judaei et christiani, nec immerito, siquidem e. gr. apud Plin. Lib. 10. epist. 97. christiani vi impelluntur, vt Christo maledicant. Deinde et omnis cultus gentilium, et quodcunque ad eundem pertinebat, summoque Judaeis odio

Καὶ τὸ θηρίον, ὃ εἶδον, ὅμοιον παρδάλει, καὶ 2
οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκου, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ
ὡς

odio habebatur, eo quod vero numini antehabebat vanitatem idolorum, voce βλασφημια, aut ſimilibus ἀλισγημα, βδελυγμα, πορνεια (Actor. 15, 20.) metonymice compellabatur, aut aeque flagitioſum credebatur. Videtur itaque id ſibi voluisſe poeta, ſingulo capiti belluae in fronte inſcriptum fuiſſe nomen quoddam idoli alicuius gentilium, Iouis, Veneris, Bacchi, Mercurii etc. quod nomen ipſum pio Judaeo exſecrabile videtur, et in oculos incurrens horrore concutit, perinde ac ſi maledicta, επη βλασφημα, auribus percepta fuiſſent —. Sunt qui vocem סרות, αποστασια, fronti inſcriptam eſſe malint, quod vix ferendum, maxime, ſi lectionem ονοματα praeferendam eſſe cogitamus. Credunt nonnulli iam hic a poeta Danielem expreſſum eſſe, qui c. 7, 8; 11, 36. de idololatria Antiochi Epiphanis loquutus, μεγαλα et nefaria dicta ab eo prolata eſſe conqueritur. Sed v. 5. demum in ſuum carmen ea transtuliſſe noſter videtur.

Vix eſt, quod moneamus, omnia, quae in v. 1. prolata ſunt, quadrare tum in idololatriam gentilium omnino ſpectatam, tum in hominem certum aliquem, qui vi et ſuperbia inuitis chriſtianis eam inducere machinabatur, Neronem, aliumue, et in ipſum adeo Judaeum aliquem impium et nefandum, veluti Simonem illum Goriae filium; ſiquidem eiusmodi Judaeus ob ſcelera ſua dignus habendus eſt, qui εθνεσι adnumeretur. cf. ſupra ad c. 9, 20; 11, 247.

v. 2. *Sed non potentia ſolum excellebat monſtrum illud, verum et ferocia et crudelitate.* Quod vt calamo depingat poeta, figuram componit ex plurium ferarum partibus ad modum Horatii in arte poet. init. quae tamen omnes ferociam et ſaeuitiam indicent. Neque hic prorſus a Daniele diſcedit noſter, qui c. 7, 4; c. 5, 6. easdem feras carmini intexit: ſed quae ibi tribus belluis attribuuntur, ea hic in vno monſtro conueniunt, vnde concludendum erit ad immanem ſaeuitiam et conſortium cum Satana, qui et ipſe

ὡς στόμα λέοντος. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων
τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ καὶ
3 ἐξουσίαν μεγάλην. Καὶ μίαν ἐκ τῶν κεφαλῶν
αὐτοῦ ὡς ἐσφαγμένην εἰς θάνατον, καὶ ἡ πληγὴ
τοῦ

ipſe c. 12, 12. θυμον μεγαν εχει. Παρδαλει *pantherae*, feminae, ſaeuitia pardum maſculum ſuperanti. Ariſtot. Hiſtor. animal. 9, c. 1; Plin. H. N. 11, 49. Αρκου pro αρκτου, forma Alexandrinis maxime recepta. Pedibus inprimis validus urſus eſt. Plutarch. natur. quaeſt. 22 et 28; Ariſt. Hiſt. anim. 2, 11. Bochart. Hieroz. Tom. I, Lib. 3. c. 8. Στομα λεοντος. Leo rictu praecipue terrorem incutit. Oppian. Cynegetic. Lib. 4. de eo habet φονιον χαος. Και pro και γαρ poſitum et εδωκεν plusquamperf. accipiendum eſſe credo, quaſi dictum ſit: nec mirum, omnia, quae in ferarum naturis atrocia ſunt, cumulata in hac bellua et in vnum congeſta fuiſſe: ſiquidem Satanas ipſe (δρακων c. 12.) conceſſerat illi vim et potentiam, quam in calamitatem et perniciem hominum chriſtianorum conuerteret.

v. 3. Quae in pictura belluae iam ſequuntur, multas difficultates interpretibus faceſſunt, licet verba ſint expeditiſſima. De vocc. ὡς et εσφαγμενην vid. ſupra ad c. 5, 6, quae cuncta et ad hunc locum quadrant. *Vulneratum erat caput*, et quidem εις θανατον, *lethali vulnere*. Και ἡ πληγη etc. *attamen* lethale illud vulnus ſanatum denuo erat. Senſus ipſe in aprico eſt: "potentia monſtri fracta paullulum videbatur: verum ad tempus tantummodo, quia mox reſtituebatur." Quae ſi ad eorum aliquid, quae, vt ſupra diximus, bellua iſta expreſſa eſſe credi poſſunt, transferre ſatagis, vbique quadrabunt. Si idololatriam gentilium imperiumque Romanum, eiusdem patronum, in mente habes, referre haec poteris ad motus ciuiles, qui ſub tempus ſcripti carminis noſtri (vid. proleg. part. 1, p. 62.) poſt Neronis mortem vim et potentiam regni lacerauerant, Veſpaſiano tamen imperium capeſſente conſederant. Si cum Herdero Simonem taxari arbitramur, indicari poteſt tempus aliquod in hiſtória belli Judaici, per quod eius aucto-

τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη. Καὶ ἐθαύμασεν

auctoritas aliquamdiu labefactata, mox tamen restituta erat. Sin cum Eichhornio Neronem a poeta indicari et quasi digito monstrari malumus, conuenire omnia cum eis, quae historia narrat, videntur. Saltem Neroni, teste Suetonio, Ner. c. 40. "a mathematicis praedictum erat, fore, vt aliquando destitueretur. Spoponderunt tamen quidam ei destituto dominationem Orientis et nominatim Hierosolymorum, plures omnis pristinae fortunae restitutionem," vt adeo mors ipsius a pluribus eius asseclis in dubium vocaretur. Dio Chrysostom. Orat. de pulchritudine p. 371: οἱ περι αυτον (Neronem) απεστησαν απ' αυτου και ηναγκασαν ὁτῳ τροπῳ απολεσθαι αυτον· ουδεπω γαρ νυν (florebat Dio sub imperatore Nerua, anno 110) τουτο δε δηλον εστι — — και νυν ετι παντες επιθυμουσι ζην· οἱ δε πλειστοι και οιονται. Tacit. Histor. Lib. 2, c. 8. "Sub idem tempus Achaia, *atque Asia* falso exterritae, velut Nero aduentaret: vario super exitu eius rumore, eoque pluribus viuere eum fingentibus, credentibusque." Cf. Tacit. Hist. I, cap. 2. Sueton. Ner. c. 57. "tumulum eius ornarunt, quasi viuentis, et breui magno inimicorum malo reuersuri." Tali modo sane rumor falsus de Neronis morte vocari poterat πληγη ὡς εις θανατον, ἡ εθεραπευθη. Luculentius exposita haec videsis in commentario perillustris Eichhornii ad h. l. et ad cap. 17, 8 etc. Quae cuncta licet coniurare videantur amicissime, nil tamen impediunt, quo minus et ad proconsulem Ephesinum, qui nobis taxari videtur, adhiberi possint poetae verba, cui, quia nescio quo modo in Caesaris odium incurrerat, adempta, vt fieri solet, paullisper aut imminuta fuerat auctoritas, sed mox in pristinum restituta: nec refragabitur, quod neque de nomine huius proconsulis, neque de eius fortuna vel secunda vel aduersa compertum quidquam habemus.

Fortasse tamen displicebunt plurimis cuncta haec conamina, ad res historicas reuocandi hoc emblema; nec sine ratione opponent, non id agere poetam, sed nil amplius sibi velle, quam exprimere imitatione sua *omnem* imaginem Danielis, qui

4 σεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου, καὶ προσε-
κύνησαν τῷ δράκοντι, ὅτι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν
τῷ θηρίῳ, καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, λέγοντες·
τίς

qui et ipſe, cap. 7, 8; c. 8, 7. de cornubus monſtri confractis, ſuccreſcentibusque aliis agit (ne de hydrae confabula loquamur, cui αντι μιας τμηθεισης κεφαλης δυο ασι αλλα ανεφυετο). Et dubitandum ſaltem erit, an iuſte et interpretationi prophetiae ſymbolicae conuenienter agamus, ſingulis inhaerendo, nec potius ſuadendum ſit, miſſas facere ſingulas emblematis partes, et in contemplanda imagine *vniuerſa* acquieſcere, quae nobis ob oculos ponat et ſummam poteſtatem, et in ea ad hoſtium perniciem exercenda inſolentiam ſuperbiamque. Και εθαυμασε. Referunt nonnulli τουτο θαυμαζειν ad ſtuporem, quo percellebantur qui potentiam labantem, ſed mox denuo confirmatam viderant. Sed rectius θαυμαζειν h. l. nil aliud eſt, quam *laudibus efferre ſummam poteſtatem, quae admiratione percellit*. Ita vox vſurpatur Matth. 8, 10; 2. Theſſ. 1, 10. Particula οπισω, quae ſequitur, induxit quosdam, genetiuum του θηριου iungere cum εθαυμασεν, et vertere: *poſtea* venerabantur belluam. Melius tamen οπισω iungetur cum του θηριου, ſubaudieturque ακολουθουσα, aut ſimile quid, et conſtructio praegnans exibit: *ſequebantur et venerabantur laude ſua omnes populi Aſiae* (id enim ſibi vult ὁλη ἡ γη). Vid. Glaſſius Lib. 3, Tract. 3, Canon 2. Senſus erit: "Omnes gentes iſtos tractus incolentes venerationem adhibebant idololatriae (e. gr. Act. 19, 35.), in detrimentum rei chriſtianae, in incunabulis adhuc iacentis", vel: "omnem Iudaeam terrore impleuerat ſaeuitia Simonis Zelotae, vt vi coacti incolae venerationem ei adhiberent", vel: "omnis Aſia reformidabat inſolentiam Neronis, eiusue proconſulis ſupercilium, vt res chriſtiana parum incrementi capere poſſet."

v. 4. Expeditiora ſunt, quae hinc ſequuntur, et praemiſſis prioribus difficultate carebunt. Τῳ δρακοντι, Satanam ipſum veneratione proſequebantur, cuius progenies erat iſta bellua. Excitant hic intt. nonnulli 1 Cor. 10, 20. dicendo, eum, qui idololatriam

τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; καὶ τίς δύναται πολεμῆσαι
μετ' αὐτοῦ; Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα λαλοῦν 5
μεγάλα καὶ βλασφημίαν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξου-
σία

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Ποιησαι. Varie hic legitur. Lectio recepta habet: πολεμον ποιησαι, quod procul dubio ex v. 7. inuectum apparet. Deest autem vox πολεμον in A C pluribusque aliis apud Wetst. et Griesb. 1 ap. Alter. omnibusque apud Birch. nec non in editt. Erasmi, Stephan. versionibusque Syr. Vulg. et apud Andream, Primas. Tychon. Vtraque vox, πολεμον et ποιησαι deest in Vers. Armen. et apud Irenaeum, vnde apparet, iam iis temporibus textui vim et arbitria sua intulisse librarios. Cod 14. legit πολεμησαι ex v. 4. Constat autem, difficiliorem lectionem ποιησαι, cui addendum quid est, quod subintelligatur, esse praeferendam. Ita et nos loquimur: *er hat es nicht lange gemacht.*

triam sectatur, sectari diabolum ipsum. Sed aliorsum iste locus spectare videtur. Τις ὁμοιος etc. Formulae precandi, quales in cultu vero Iouae adhibito vsurpabantur, Ps. 113, 5; Ies. 40, 18 etc. Και τις δυναται. Post particulam και, quae e textu communi abest, potest vel addi vel omitti colon, sensu fere eodem. Τις δυναται. Qui tandem paruula res christiana palmam eripere poterit idololatriae gentilium, eiusque patronis immensa potestate instructis?

v. 5. Και εδοθη, formula in carmine nostro frequentissima, vid. ad c. 6, 4. Μεγαλα λαλειν, *se iactare, gloriari*, λαλειν ὑπερηφανα, ὑβριστικα, κομπαστικα. Sophocl. Antig. v. 128. Ζευς μεγαλης γλωσσης κομπους ὑπερεχθαιρει: Cf. Ps. 12, 4. Horat. Odar. IV, 6. *magna lingua* i. e. *gloriabunda.* Plura leg. ap. Wetst. — Ista tamen verborum ὑβρις consistebat in βλασφημιᾳ, vid. supr. v. 1. Omnia haec efficta sunt ad modum imaginis apud Danielem c. 7, 8. 20; 11, 36. Ποιησαι vid. Var. lect. Και εδοθη — τεσσαρακοντα δυο. Cf. supra ad c. 11, 2, et in Excurs. 2. Si per 3½ annos *breue temporis spatium* expressum esse credis, exibit sensus: "Sed, in solatium vestrum dictum sit, immensa illa potestas monstro a Satana nonnisi per

6 σία ποιῆσαι μῆνας τεσσαράκοντα δύο. Καὶ
ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν
θεὸν, βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τὴν
σκηνὴν αὐτοῦ, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας.
7 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν
ἁγίων καὶ νικῆσαι αὐτούς· καὶ ἐδόθη αὐτῷ
ἐξουσία

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Τους ε. τ. ου. σκηνουντας. Praemittitur his vocibus particula και, vt mitigetur asperitas. Sed deest illa in probatissimis apud Wetst. et Griesb. 4 ap. Matth. 3 apud Birch. Tychon. Primas.

v. 7. Και εδοθη — νικησαι αυτους. Haec omnia absunt ex nonnullis: et quae mox sequuntur και λαον, in textu communi desiderantur.

per breue tempus concedebatur": nec mirum, siquidem ne Satanae quidem ipsi multum temporis spatium, quo potestatem suam exercere posset, superfuit; supra c. 12, 12.

v. 6. Iam licentiam a Satana nacta bellua misere grassatur in homines christianos, tum a) maledictis lacessendo et βλασφημια v. 6. b) tum bella cruenta, quae in eorum perniciem vertant, eis inferendo v. 7. Βλασφημιαν. Istiusmodi maledictis omnes hostes insectati erant et Judaeorum religiones, e. gr. Jes. 37, 17, adeoque neque ille, quem hic exsecratur poeta, quicunque tandem ille fuerit, si tamen certum aliquem hostem in mente habet, tacuisse credendus est. Σκηνην αυτου, *templum Hierosolymitanum*, quod et nostro poetae, licet ab vrbe longe abesset, et Christo nomen suum dedisset, sanctissima tamen numinis sedes videbatur. Sin adspernamur hanc interpretationem, *coelum* intelligendum erit, ob ea, quae statim sequuntur, et ob. c. 21, 3. Psalm. 18, 12. Τους εν αυτῳ σκηνουντας: i. e. *pios Judaeos*, qui Christi castra sequuti iam mortem perpessi erant, supr. c. 12, 12: cf. Dan. 7, 25.

v. 7. Mortuos maledictis incessit, at viuos vi et superbia persequitur. Επι πασαν φυλην etc. Cf. supra ad c. 5, 9. Si proconsulem Ephe-

ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ λαὸν καὶ γλῶσσαν
καὶ ἔθνος. Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτὸν πάντες 8
οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται
τὸ ὄνομα ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου τοῦ
ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἔι τις 9
ἔχει οὖς, ἀκουσάτω· εἴ τις αἰχμαλωσίαν συν- 10
άγει,

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Pro: ὧν ου varie legitur, e. gr. ευχι. Ουαι γεγραπται το ονομα sc. του θηριου. *In coelo nomen belluae audit: Vae!*

v. 10. Ει τις αιχμαλωσιαν κ. τ. λ. Varie hic legitur, e. gr. ει τις αιχμ. απαγει, *captiuos ad supplicium ducit.* Ει τις εις αιχμαλωσιαν απαγει, sc. homines insontes. Ει τις εχει αιχμαλωσιαν, ὑπαγει, *quicunque vult abire in captiuitatem, abeat.* Omnino tam vaga h. l. et instabilis est lectio, vt nesciam, nonne omnia ea, quae primum membrum loci communis efficiunt, proscribenda e textu esse dixerim. Videntur sane inspersa a sciolo quodam, qui Joannem, qui, dum hic loquitur, indubie et ad se ipsum respicit, non quidem morti, sed captiuitati tamen traditum esse reputabat.

Ephesinum in mente habes, omnes Asiae prouinciae intelligendae erunt. Idem valet de παντες οἱ κατοικ. επι της γης vers. etc.

v. 8. Tanta saeuitia perterrefecit christianorum hominum permultos, vt nuntium mitterent Jesu Christo, et idolorum castra sequerentur: verum non nisi illos, qui regno coelesti minus dignos se exhibebant. Βιβλος ζωης, supra ad c. 3, 5. et infr. c. 20, 12. 15. Cf. Phil. 4, 3. Additur h. l., ζωην istam comparatam nobis esse morte J. C. του αρνιου εσφαγμ. supr. c. 5, 12. Impediunt tamen voces απο καταβολης κοσμου, quae a nonnullis iunguntur cum εσφαγμενου, quia inde ab aeterno decretum erat a Deo, vt Christus mortem pro nobis oppeteret, 1 Petr. 1, 11: 20. (pariter fere ευαγγελιον αιωνιον, infr. c. 14, 6; Cf. Hebr. 13, 8.): rectius tamen ad γεγραπται referuntur, vt ad προορισμον respiciatur, et similitudo sumta sit a ciuitate, quae ab initio conditae vrbis monumenta habet, cui inscripta sunt bonorum ciuium nomina. Eadem fere occurrunt infra c. 17, 8.

v. 9. 10. *Verum enimuero omnis immensa illa immanis*

ἄγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει· εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων.

11 Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ

nis belluae potentia nil efficiet ad ſubuertendum I. C. regnum: imo ſibi ipſi cum ſuis exitium molitur. Ita prioribus iungenda haec crediderim, neque erit, quod eiusmodi ſententias, quae interpellare vtique ſenſum videntur, pro ſpuriis habeamus, ſeriori manu adſperſis, vt in proleg. pag. 90. not. 100. obſeruavimus. Sententiam autem iſtam non palam profert, metu forſan abſterritus, ſed per locum communem; ad quem bene percipiendum, vt et infra c. 13, 18, legentium animos prius attentos facit ει τις εχει ους, ακουσατω, vt c. 2 et 3. — Αιχμαλωσιαν prius pro αιχμαλωτους, qui συναγονται, congregantur, coguntur in carcerem, vt vno die ad ſupplicium duci poſſint. Videtur prouerbium fuiſſe, vel crebrius vſitatum, vel a poeta efficitum, iunctumque ſequenti, ει τις εν μαχαιρα, quod ex Geneſ. 9, 6. petitum videtur. Ὡδε i. e. *in hac ſententia*: ita infra c. 14, 12; 17, 9. Ὑπομονη και πιστις hendiadyn conſtantiſſima fiducia et ſpes. εστι ὡδε vel vertendum erit *hic neceſſe eſt*, cernitur, vel *haec res* παρεχει ὑπομονην και πιστιν. *Poſterius* praeferendum videtur.

---

v. 11 ſqq. Ex mente Judaeorum nulla θρησκεια ſine τερασι et σημειοις poterat obtinere: proinde auctor carminis, Judaeus et ipſe, gentilium quoque idololatriam iſtiusmodi praeſidiis carere neutiquam poſſe opinabatur: ſed diuinis miraculis illa haudquaquam poterat accenſere: imo fraudes videbantur et praeſtigiae, quae fucum facerent hominibus. Eiusmodi veteratores primis chriſtianis hominibus Ψευδοπροφηται audiebant, nomine admodum inuiſo et exſecrabili, a quibus cauendum erat vel maxime, vid. prolegom. part. 1, p. 70, not. 80. Talem vero ψευδοπροφητην et h. l. taxari, perſpicuum eſt ex cap. 16, 13; 19, 20; 20, 10. Quia tamen gentilium ſuperſtitio et idolorum cultus, ſeu inſolentior aliquis eiusdem vindex ſub belluae figura oculis

καὶ εἶχε κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίῳ, καὶ ἐλάλει ὡς δράκων.

oculis obiectus erat, et hic praestigiator sub figura simili ei adesse et quasi comes adhaerere debebat. Hinc prouocanda poetae erat, fere ad modum Dan. 7, 13, a quo tamen hic longius recedit noster, altera bestia, in qua prior illa magnam haberet adiutricem, quae secundas ferret, et praestigiis fidem et auctoritatem faceret. Eiusmodi adulteratores falsosque magistros surrecturos esse, et praemonuerat Jesus ipse Matth. 24, 24, et apostolis πνευμα ῥητως reuelauerat, 1 Tim. 4, 1 sqq.; 2 Thess. 2 sq., graues iam et insidiosos, quod doctrinam I. C. a vera et genuina simplicitate depellere et facie versicolori induere annitebantur: quanto grauiores putamus, si id agebant, vt praestigiis suis gentilium religionibus in rei christianae detrimentum fidem facerent? Has igitur fraudulentas artes sub noua hac bellua repraesentari constat, et ab omnibus interpretibus conceditur; dubium tamen manebit et anceps, vtrum miracula et falsa prodigia omnia, quibus illudere hominibus christianis tentabant homines callidi e gentibus et astuti, sint intelligenda, an certus quidam homo vafer, eiusmodi artium auctor et magister. Si nobiscum proconsulem Ephesinum sub priore bellua indicari credis, cogitare poteris, adhaesisse ei satellitem quendam versipellem, similem illius Bar Jesu, qui Cypri proconsulem Sergium Paullum fraudibus suis circumuenisse legitur Actor. 13. 6 sqq. Ex Herderiana autem hypothesi, quae cuncta ad Judaeam et Hierosolyma refert, designatur his omnibus callidus ille Simonis comes et satelles, Joannes Leui, Gischala oriundus, qui Josepho B. J. 2, 21. audit ανηρ πανουργοτατος και δολιωτατος, et Lib. 4, 2. γοης και ποικιλοτατος το ηθος. Res gestas eius, in primis facinora, inde a libro tertio B. J. refert Josephus. Ceterum hic ψευδοπροφητης infra vbique fere locorum adesse τῳ θηριῳ legitur, vt exitialis duumuiratus, et, accedente dracone capitis 12 ipso, triumuiratus adeo (cap. 16, 13. alibi) aduersus christianos insurgat.

Ἐκ της γης. Ita fingere libuit poetae, vt varietatem induceret carmini, opponeretque haec τοις: εκ της θαλασσης v. 1. et argutari videntur,

12 δράκων. Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου
πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἐποίει τὴν γῆν
καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας, ἵνα προσκυνή-
σωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ
13 πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. Καὶ ποιεῖ σημεῖα
μεγάλα,

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Ἵνα καὶ πῦρ etc. Griesbachianus textus habet: και πυρ, ἵνα ἐκ του ουρανου καταβαινῃ, fenfu paullulum inflexo quidem, fed tamen eodem redeunte. Ita habet et textus Matthaei, quem expreffit ex 4 codicibus, o, p, l, r.

dentur, qui idcirco εκ της γης monftrum furrexiffe volunt, quia homo ille, quisquis tandem ille fuerit, iftius terrae incola et indigena fuerit. Delineatur ille fub figura agni, ad defignandam manfuetudinem, quam prae fe ferebat, vt Matth. 7, 15. κερασι tamen inftructi, vt exprimeretur vis et poteftas: fed ελαλει ὡς δρακων, quod vel compofitam monftri figuram indicat, cuius forma agnum, vox draconem referebat, vel vocis terrorem, aut fi mauis, aftutiam, illi fimilem, qua δρακων, Satanas, in principio rerum allocutus erat Euam Genef. 3.

v. 12. Sequuntur artes, quibus effecerit pofterius hoc monftrum, vt perfequi confilia in rei chriftianae perniciem poffet bellua prior. Proinde locum prope eandem occupat, ενωπιον αυτου, (nifi forte ex pleonasmo Hebr. addita haec funt) nunquam a latere eius difcedens; iamque eius εξουσιαν πασαν ποιει. Interpretantur nonnulli: "omnem poteftatem, quam exercet bellua prior, exercet et ipfe"; rectius tamen ita vertetur: "poteftati iftius monftri vim et momentum addit fraudibus fuis, eamque *fummam, maximam* reddit." Ita vfurpatur πας Jacob. 1, 2; 1 Tim. 1, 15, et apud externos, e. gr. Xenoph. Hellen. Lib. 6, 1, 4. et latinum *omnis* Cic. Nat. Deor. 2, 21. Οὐ εθεραπευθη etc. De induftria haec repetuntur et h. l. et v. 14, vt contemtum nec non iram exprimat repetitio. Perinde fere Horat. Sermon. Lib. 1, Sat. 6. v. 45. 46. ait: *Nunc ad me redeo libertino patre natum, Quem rodunt omnes libertino patre natum.*

v. 13. Και π. σημ. μεγαλα, magna cum pompa adoften-

μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ
οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.
Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς διὰ 14
τὰ σημεῖα, ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι, ἐνώπιον τοῦ
θηρίου, λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς,
ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ, ὃ εἶχε τὴν πληγὴν τῆς
μαχαί-

VARIAE LECTIONES.

v. 14. ὃ ειχε. Ita textus Bengelianus habet ex pluribus codd. ap. Wetst. et Griesb. 2 ap. Matth. et 5 ap. Birch. concinentibus Complut. Plantin. Genev. Syr. Andr. Areth. Griesbachianus autem textus exprimit lectionem communem εχει. Tres codd. ap. Matth. habent ὁ ειχεν πληγην και εζησε απο της μαχαιρας. — Paullo ante vocibus τους κατοικουντας in nonnullis praefiguntur voces τους εμους.

ostentationem potentiae, 2 Thess. 2, 9. Eiusmodi praestigias narrat et Eustath. ad Odyss. δ, p. 178, 12. Ἱνα και πυρ sq. Quin eo vsque βλασφημιας procedit, vt miracula a propheta Elia patrata aequare studeat, 2 Reg. 1, 10. 12. ignemque adeo de coelo descendere iubeat, quod σημειον alias certissimum praesentiae summi numinis indicium habebatur. Cf. 2 Paralip. 7, 1. Seruius ad Aeneid. 12, 200. — "arae non accendebantur, sed ignem diuinum precibus eliciebant, qui incenderet altaria." Fulmina a sacerdotibus Romanis pro indiciis irati Iouis habebantur.

v. 14. Πλανα — λεγων — ποιησαι εικονα. *His omnibus glaucoma oculis offundit, et eo vsque adigit, vt* etc. Caesarum quidem imagines adoratas fuisse satis constat, eoque adiguntur Christiani a Plinio, epist. 10, 97. Immensam exemplorum farraginem cumulat Wetstenius. Sed neque hoc prohibet, quo minus ad proconsulem Ephesinum respiciamus: siquidem honorem istum, solis Caesaribus concessum, sibi vindicabant nonnunquam et alii, et e. gr. Seianus sub Tiberio. (vid. Sueton. Tiber. c. 48.) quidni et proconsul Ephesinus sub Nerone? Εζησε pro ανεζησε. Ies. 38, 9; Io. 4, 50—53.

v. 15.

15 μαχαίρας, καὶ ἔζησε. Καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦ-
ναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ
ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ, ἵνα, ὅσοι ἂν μὴ
προσκυνήσωσι τὴν εἰκόνα τοῦ θηρίου, ἀποκτανθῶσι.
16 Καὶ ποιεῖ πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγά-
λους, καὶ τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχοὺς, καὶ
τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δῶσιν
αὐτοῖς

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Δῶσιν. Ita pro lect. commun. δώσῃ A C, variique alii ap. Wetſt. et Griesb. 1 ap. Matth. (4 apud Matth. habent ἵνα δώσουσι vel δώσωσι) 1 ap. Alt. 5 ap. Birch. (5 alii δώσουσι) Complut. Plantin. Genev. Aeth. Arab. Areth.

v. 15. En tibi, quousque procedat verſutia! Πνεῦμα *vitam et halitum.* Omnem locum noſtrum tantum non ad verbum expreſſit Lactant. epitome cap. 71. — "iuſtos homines ac dicatos Deo perſequetur, et ſe coli iubebit vt Deum. Vt credi ei poſſit, accipiet poteſtatem, mirabilia faciendi, vt ignis deſcendat de coelo, vt ſol reſiſtat a curſu ſuo, vt imago, quam poſuerit, loquatur. Quibus prodigiis illiciet multos, vt — ſignum eius in manu aut fronte ſuſcipiant etc." Fortaſſe poeta, de vocibus, quas protulerit ſignum, locutus, in mente habet rem quandam nobis incognitam, quae acciderat Epheſi, vbi proconſul imaginem ſuam extollere, et ſibi ſupplicare iuſſerat, quam imaginem hominis noſter, vt effundat bilem, ſub imagine draconis ob oculos ponit. Forſitan tamen nullum alium in finem haec adiecta ſunt, quam ad ſententiam illam locupletius et ornatius proferendam: "omnimoda aſtutia vti ſolere illos, qui idolorum cultum commendare Chriſti aſſeclis allaborant." Pari modo incedit carmen noſtrum ſupra cap. 11, 11 etc. atque in neutro loco anquirendum eſt, quaenam res vere geſta a carmine ſit indicata, aut quonam rerum euentu vaticinia vere comprobata fuerint.

v. 16. Signum domini aut eius, qui omnino aliis praeeſt, ſuſcipere manibus aut fronte vſitatiſſimum erat. Ambroſ. in Orat. funebri Valen-

αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς
δεξιᾶς ἢ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, ἵνα μή 17
τις

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Pro χαραγμα in pluribus legitur et χαραγματα, etiam in 5 apud Birch. — Ibid. το ονομα του θηριου. Alii η το ονομ. τ. θ. Sed in probatissimis deest το· η, quod et otiosum videri possit, si χαραγμα indicat ονομα εγκεχαραγμενον ipsum, vid. tamen commentar.

Valentiniano habita scribit: "charactere domini serui, et nomine imperatoris signantur milites." Veget. art. mil. 2, 5: "Victuris in cute punctis milites scripti iurare solebant." Haec puncta sunt στιγματα Gal. 6, 17, quamquam ille locus aliam explicationem admittit. Sed et apud christianos homines non inusitatum fuisse, signum fronti imponere, quo J. C. sectatores se profiterentur, vel ex Lactantio patet, qui mort. persec. c. 10, init. habet: "tum quidam ministrorum (Caesaris), scientes Dominum (Christi asseclae), quum adsisterent immolanti (Caesari), imposuerunt frontibus suis immortale signum, quo facto, fugatis daemonibus, sacra turbata sunt." Signum illud forsan erat crux, agnus, aut alia figura seu χαραγμα, vel nomen *Jesus Christus* ipsum, idque aut plene scriptum aut charactere tantummodo expressum χς. At hic tyrannus vi adegit homines, et quidem omnes sine discrimine, μικρους — — δουλους, deleto illo signo, suum χαραγμα etc. recipere, quod ni fecissent, in supplicium ducebantur, aut aqua ignique interdicebantur.

v. 17. Αγορασαι η πωλησαι prouerbialiter dictum: pro: *inter viuos esse, commodis in republica viuentium uti.* Eundem in sensum dicitur εισπορευεσθαι και εκπορευεσθαι, 1 Macc. 13, 49. Et Thucyd. Lib. 5, c. 34. habet: ωστε μητε πριαμενους τι η πωλουντας κυριους ειναι.

Ει μη ὁ εχων το χαραγμα etc. Excipit locus, per se quidem satis facilis et expeditus, sed ob ea, quae adduntur versu insequenti, in omni carmine vexatissimus. In quo, quantum fieri potest, perspicue tradendo ita versabimur, ut hic quidem, vbi summa tantummodo delibanda erunt, caeteris in Excursum 4 reiectis, duarum potissimum explicationum rationem habeamus,

τις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων

τὸ

mus, et eius, quae certum aliquem hominem, christianismo prae aliis aduersantem a poeta taxari arbitratur, et eius, quae omnes omnino aduersarios e paganismo profectos designatos esse praefert, et Joannem in his omnibus non nisi vniverse loqui contendit.

Si de singulo aliquo hoste, siue iam tum in nomen christianum grassatus fuerit, siue a futuris demum saeculis exspectaretur, Joannem loqui statuis, haec habeto: Χαραγμα, *figura sculpta, caelata, impressa* (aeri, ligno, cerae, h. l. cuti) *quaeuis*, vel litterarum vel numeri vel picturae. Si particulam η, quam inter το χαραγμα et το ονομα inserit textus communis, genuinam habes, eamque disiunctiuam esse, non comparatiuam, statuis, sequitur ex eis, quae statim adduntur, intelligendam esse impressam figuram belluae ipsius, aut hominis, qui ea designabatur, aut eiusdem monogramma, seu nomen primis litterarum elementis, variisque flexuris depictum propriis illi nomini et suis (*Nahmenszug*, *Paraphe*). Sunt tamen, qui, quia particulam η abesse statuunt, χαραγμα prorsus non ad belluam referant, sed signum: *Dii patrii*, *Ciuis Romanus*, aut simile quid intellectum esse malint, quod tamen ob praemissum articulum το χαραγμα vix ferendum videtur. Ονομα, quod sequitur, erit idem nomen plene scriptum. Αριθμος του ονοματος autem explicandum est ex Cabbala Judaeorum, et quidem ex illa eius parte, quae Gematria vocabatur. Est quippe *ille numerus*, *qui efficitur*, *si numeralem potestatem singularum litterarum*, *e quibus nomen compositum est*, *in vnam summam redegeris*. Ista ars, quam nostra aetas merito repudiat et irridet, illo tempore in primis in honore fuit, non solum inter Judaeos, sed et inter Graecos, vti ex Artemidoro Oneirocritic. Lib. 1, c. 12. colligimus (vid. Excurs. 4.) Vario autem modo extricari poterat eiusmodi numerus nominalis, vel κατα του Ἑβραιων ψηφον, e. gr. nomen דוד habet numerum 14, quia ex alphabeto Hebr.

ד = 4
ו = 6
ד = 4

Summa 14 = דוד

vt

τὸ χάραγμα, τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ϰαὶ τὸν

ἀριθμὸν

VARIAE LECTIONES.

v. 18. ἑξακοσια ἑξηκοντα ἑξ. Prima varietas in eo cernitur, quod lectio communis quidem, a qua recedit textus noster Bengelianus, quam tamen, quod et in inferiore margine indicauimus, seruauit Griesbachius, numerum 666 non verbis exprimit, sed signis numeralibus χξϛ', in quibus χ ex numerali litterae potestate valet 600, ξ = 60, ϛ' = 6, ergo χξϛ' = 666. Qui verbis exprimunt numerum, legunt vel ἑξακοσιΟΙ, ἑξηκ. ἑξ, vt A, Complut. Plant. Genev. Vulg., vel ἑξακοσιΑ, vt cod. num. 7, 16, Andr. prob. Bengelio et in Gnomone p. 1160, alii ἑξακοσιΑΙ, vt C. Eadem

varietas

vel κατα τον Ἑλληνων ψηφον, ex qua computatione nomen Socratis habebit numerum 1629, quia ex alphab. Graeco

σ	=	200
ω	=	800
κ	=	20
ρ	=	100
α	=	1
τ	=	300
η	=	8
σ	=	200

Summa 1629 = ᾀχκθ

vel κατα τον ψηφον Ῥωμαιων, in quorum tamen alphabeto non omnibus litteris numeralis potestas adhaeret; ita nomen Claudii habebit numerum 661, quia in CLaVDIVs est

C	=	100
L	=	50
V	=	5
D	=	500
I	=	1
V	=	5

Summa 661 = DCLXI

Proxime autem verum accedit, Joannem graece et Graecis scribentem κατα τον των Ἑλληνων ψηφον istum numerum computasse, adeoque, si Socratem, vt exempli tantummodo caussa magnum illud nomen afferam ad rem illustrandam, sub bellua intellexisset, cuii imprimenda erat vel figura eius, χαραγμα, vel nomen Σωκρατης, vel numerus ᾀχκθ.

v. 18. Iam id agere *videtur* poeta, vt certum istum hominem, cuius nomen ipsum palam proferre non consultum ducit, ita designet, vt, quicunque artem cabbalisticam calleat, ipse eundem inuestiget. Tortuosissimus sane locus et paene inextricabilis: quem cum Hagenio ab alio adiectum haberem, nisi grauiora momenta vetarent.

τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστὶ, καὶ

ſpicimus et Hebraica et Graeca et Latina, quae ex tribus illis ψηφοις ſupra allatis poſſunt exſculpi. Nolunt tamen quidam hunc ſenſum ſubeſſe vocibus αριθμος γαρ ανθρ. εστι, ſed aliter vertunt, veluti Bengelius: "numerus eſt, ſecundum quem computare ſolent homines omnes, non angeli," aut Hartwig Th. 2. p. 215. "numerus, quem homo ſine magna difficultate (!) exſculpere poteſt" quos non eſt quod refellamus. Και ὁ αριθμος αυτῳ ϛξη. etc. 666. Ergo ex hoc dato numero exquirendum eſt nomen illius, qui ſub figura belluae delineatur. Quantopere in eo inueſtigando inde ab Irenaei temporibus vsque ad noſtram aetatem deſudauerint ingenia των εχοντων νουν και σοφιαν, Excurſus 4. enumerabit. Hic ſufficiat attuliſſe triplicem computationem: Herderus *Simonem Zelotam* in mente habens, numerum κατα τον ψηφον Ἑβραιων deducit ex litteris ר״ שמעון, *Rabban Simeon*. Eichhornius acquieſcit in antiquiſſima explicatione, iam ab Irenaeo adv. Haereſ. V, 30. commendata, quae κατα τον ψηφον Ἑλληνων numerum exſculpit ex nomine Λατεινος, i. e. *Romanus*, *Nero* ſq. "Latini enim ſunt, qui nunc regnant." Eſtne tamen Latinus nomen proprium hominis, quaerimus? Alii malunt eundem deriuare ex nomine Τειταν = *Titus* Romanorum imperator, cf. Var. Lect. apparet, quam precario. — Quod ſi cui nobiscum proconſul Epheſinus menti poetae inhaeſiſſe videtur, huius nomen numero 666 indicari credamus: ſed quia eius nomen in faſtis conſularibus fruſtra quaeritur, faſti proconſulares autem, quantum ſcio, nulli ad nos peruenerunt, mittamus omnem rem, ne oleum et operam perdidiſſe videamur, varia Romana nomina exſculpendo, indicandoque, quodnam eorum nominum proconſulis Epheſini nomen eſſe *potuerit*. — Hactenus de prima explicatione, quae certum aliquem hominem perſequitur, et quidem, id quod breuiſſime hic praemonemus, in Excurſu 4. autem luculentius demonſtrabimus, reſpectu ad 2 Theſſ. 2, et loca ſimilia habito.

Sed *fortaſſe* ne opus quidem erit iſtis ambagibus, dummodo poetam de vniverſa peregrinorum ſuperſtitione, Chriſto aduerſa, αντι-

καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ ἑξακόσια ἑξήκοντα ἕξ. χξϛ΄ Καὶ

αντιχριστῳ (non hominem innuo αντιχριστον, de quo nimia fabulati sunt theologi, quum rectissima iam pridem monuisset Joannes epist. I, c. 2, 18, sed ειδωλολατρειαν αντιχριστον) loqui existimes. Ex altera autem hac explicatione Χαραγμα erit figura monogrammatis etc. et quidem eadem, quam statim exprimit versus 18, χξϛ΄. Hoc ergo suscipiendum erat in fronte aut manibus. Iam additur, ονομα του θηριου (absque particula η, quod bene notandum) η τον αριθμον τ. θ. et erit vtrumque appositio, explicationis caussa subiecta. "Poterit tibi videri χαραγμα istud χξϛ΄ nomen eius rei, quae Christo aduersatur." Χαραγμα χϛ΄ refert nomen Christi: at χαραγμα χξϛ΄ refert nomen eiusdem Christi, cui, id quod Herderianum ingenium non fugit, insinuauit se littera ξ, draco ille c. 12, cum flexibus suis. At χαραγμα χιϛ΄, quod altera lectio praefert, repraesentabit Christum per διαφραγμα diuisum. Ex vtroque charactere ergo exibit nomen non tam *Antichristus*, quam *Christus discerptus* (potestate Satanae, i. e. gentilium superstitione 1 Tim. 1, 20.) seu *res christiana lacerata, infracta et ad incitas redacta*. Nomen autem illud vtique est, non quidem proprium, sed appellatiuum; sed cogitemus, et appellatiua nomina voce ονομα in omni lingua venire, veluti infra c. 17, 5; Jes. 9, 5. et alibi. *Shakespear* in Julio Caesare: *Shame, thy name is: Wife!* Quod autem iam additur: η τον αριθμον, ita explicato: "Si tamen in χαραγματι illo inuenisse nomen appellatiuum minus satisfecerit, poteris et nomen proprium circumspicere, et characterem illum pro numero habere, qui computando ad praecepta Gematriae ex nomine aliquo proprio exit. χξϛ΄ non quidem est nomen proprium: sed litterae habent tamen potestatem numeralem, efficiuntque 666. Iam computum ineas, vt videas, quodnam forte nomen sub his numerorum inuolucris tectum sit: nam procul dubio et propria hominum nomina sub eodem latent, αριθμος εστιν ανθρωπου, (ipse calculum iniui et expertus sum?)" Liceat mihi locum hunc vernacula lingua repetere: *Man muste sich die Paraphe* χξϛ΄ *auf die Stirne* etc. *setzen, die man ansehen kann als Nahmen (Eigenschaft bezeichnenden Nah-*

Cap. XIV.

1 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ τὸ ἀρνίον ἑστὼς ἐπὶ τὸ

VARIAE LECTIONES.

v. 1. Το αρνιον ad Christum referendum est ex cap. 5. Improbanda igitur est lect. commun. quae omittit το, quod in probatissimis adest.

Ibid.

Nahmen) des Christenfeindes, oder, wenn man lieber will, als Zahl eines Menschennahmens; und will man es als Menschennahmenszahl ansehen, so wäre es doch wahrlich in diesem Falle der Mühe werth, zuzusehen, welchen Nahmen sie wohl enthalten könnte. Es mag also jeder, der es kann, sich üben; was für einen Menschennahmen er aus der Zahl 666 (denn so viel würde die Paraphe χξς' bedeuten, wenn man sie als Zahl betrachtet) herausbringt. Si tamen quaeris, quidnam poetam induxerit, lectoris ingenia absque necessitate ita fatigare, respondemus: non metum supplicii, nam omne carmen in capitis discrimen adducere poterat, maxime c. 17, 18, sed artem cabbalisticam, in quam penetrauerat poeta, quamque ostentare voluerat et aliis: et omnino ex istius aetatis genio non inusitatum fuisse, istiusmodi verborum lusu delectari, ingeniumque et artem prae se ferre, aut elegantiam poeticam captare. Pari modo et infra τα c. 17, 8 - 11. ex mero lusu, quem cum numeris exercet auctor, explicanda esse contendit S. V. Hug *Einleit. ins N. T.* Th. 2. p. 437. §. 173.

Quamcunque tamen explicationem praetuleris, noli, rogamus et obtestamur, in his quaerere vaticinia, et futura alicuius hostis atrocissimi praesagia, licet quaesita sint ea inde a primis temporibus, quod vel ex Irenaeo adv. haer. Lib. V. c. 30. patet: ει γαρ αλλο (sc. ονομα) μεν ουτοι (qui lectionem 616 praeferunt) δοκουσιν, αλλο δε εκεινος εχων ελευσεται, ραδιως εξαπατηθησονται παρ' αυτου, ως μηδεπου παροντος εκεινου, ὁν φυλασσεσθαι προσηκει, et statim post: ει γαρ πολλα εστι τα ευρισκομενα ονοματα εχοντα τον αυτον αριθμον (666), ποιον εξ αυτων φορεσει ὁ ερχομενος. — In his acquiescat nostra hic interpretatio, et vberiora excursui 4. relinquat.

Cap. XIV. Quanta cum tristitia et indignatione animi poetam, omnia, quae peregrinam superstitionem redo-

τὸ ὄρος Σιὼν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, ἔχουσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ ἤκουσα φωνὴν

Ibid. lect. commun. habet tantummodo το ονομα του πατρος. Sed plenior noſtra lectio erit praeferenda. quae et adeſt in A B C, pluribusque aliis apud Wetſt. et Griesb. ex vtraque familia, 6 ap. Matth, 1 ap. Alt. 7 ap. Birch. Complut. Plant Genev. Syr. Ar. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Orig. Andr. Areth. Cyprian. Primaſ. et all. Latinn. prob. Mill. §. 686. Wetſt. Griesb. Bengel. omnibusque rei criticae peritis. Non enim patris ſolum, ſed et Jeſu nomen in fronte appareret neceſſe erat.

Ibid. pro γεγραμμενον Erasm. legit καιομενον, quod ex repetito και ονομα forſan inductum eſt. Vid. Bengel. in Gnomone.

redolerent. exoſum haec omnia monſtra contemplatum eſſe putabimus! Sed mox ſolamina miſero adhibentur. Vix conuerſa ex occidentali plaga, quae verſus Romam ſpectabat, facie verſus Hieroſolymam, en laetiora omnia adſpicit; adſunt pii Dei et J. C. cultores, qui potentiſſimo praeſidio tuti adeo non curant aduerſariorum minas, vt potius hymnis Deum celebrando exſultent vitamque quaſi coeleſtem agant. Subitus hic et praeceps ad alia omnia tranſitus mirum quantum confert ad exprimendam ſententiam: "omnes aduerſariorum impetus contemnendos et absque negotio retundendos eſſe, fere vt Pſ. 2, 4. Το ορος Σιων. Haec eſt quaſi arx et propugnaculum, in quo ſedem habet αρνιον, dux et imperator, cuius praeſidio tuti omnes aduerſariorum machinas et blaſphemias irrident. Ἑκατοντεσσ. illi, de quibus ſupra c. 7, 4 ſqq. locutus erat auctor. cf. Jeſ. 44, 5; Hebr. 12, 22. Γεγραμμενον, ſeu εγκεχαραγμενον, vt hoc χαραγμα oppoſitum ſit exſecrabili illi frontali ſigno c. 13, 17. — Plura nolimus circumſpicere, nec anquirere, num chriſtiani e gentibus, an e Judaeis conuerſi, num illi, qui ex vrbe trans Jordanem egreſſi euaſerant, an alii intelligendi ſint.

v. 2. Ex του ουρανου. In terra ergo ſubſiſtit vates ipſe, licet alii ſcenam cap. 14. muta-

φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνὴν ὑδάτων
πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης· καὶ
ἡ φωνὴ, ἣν ἤκουσα, ὡς κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων
3 ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν. Καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν
καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τῶν
τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς
ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν
τεσσαρακοντατέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι
ἀπὸ

VARIAE LECTIONES.

v. 2. In vocibus φωνη et addita vel omiſſa particula ὡς varietas eſt, memoratu tamen non admodum digna.

mutatam et in coelum denuo conuerſam velint, dicentes, et hic, vti cap. 4., in coeleſte theatrum translata eſſe e Hieroſolymis multa, quae piis Judaeis quam maxime ſancta coeloque digna videbantur, vt mons Sion etc. Φωνην etc. Vti χαραγματι illi deteſtabili c. 13, 17. opponitur χαραγμα pium et venerabile, verum Dei cultum prae ſe ferens, ita maledictis illis et blaſphemiis, quibus Jouam et Chriſtum proſcindebat paganiſmus, opponuntur hymni feſtiui, quibus omnis arx Sionitica perſtrepit. Ὑδατων πολλων: imago ad ſonitum magnum exprimendum et ſupra 1, 15. adhibita, cf. Ezech. 1, 24, et ſimilia in Cic. ſomn. Scip. Κιθαρῳδων, cf. infra c. 18, 22.

v. 3. Ωδην καινην. Noua prorſus et antea inaudita erant pericula c. 13, quibus coetum ſanctum eripiebat tutela coeleſtis: proinde et haec ſecuritas digna erat, quae nouo cantico celebraretur, proprio et ſuo. Cf. ſupra ad c. 5, 9. Ουδεις ηδυνατο μαθειν. Nemo enim alius ſeruitutis, quam inferre moliebatur gentilium ſuperſtitio, grauitatem et ignominiam cognouerat et tantopere auerſatus erat, vt felicitatem illorum mente concipere poſſet, qui ſoſpites euaſerant. Similia occurrunt ſupra c. 2, 17, et infr. 19, 12. Οἱ ηγορασμενοι απο της γης. Γη h. l. vt ſtatim v. 4. οἱ ανθρωποι, videtur eodem ſenſu dictum, quo alias κοσμος venit, *ſaeculum prauum et peruerſum*, vt

ἀπὸ τῆς γῆς. Οὗτοί εἰσιν οἱ μετὰ γυναικῶν 4
οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν· οὗτοι
οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ·
οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ
τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ· Καὶ ἐν τῷ στόματι 5
αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος· ἄμωμοι γάρ εἰσιν.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Pro ψευδος textus communis habet δολος. Sed rectiorem nostram lectionem habent A C, plurimique alii, 5 ap. Matth. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syrr. Arr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Orig. Andr. Areth. etc. Bengel in Gnomone: "ψευδος perfrequens est Joanni: δολος illatum est ex 1 Petr. 2, 22."

Ibid. in fine versiculi repetit textus communis: ενωπιον του θρονου του Θεου, quod tamen abest ex A B C, pl. all. vtriusque familiae apud Wetst. et Gr. 4 ap. Matth. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Arab. Aeth. Vulg. Orig. Andr. Areth. Augustin. Hieronym. aliisque latinis.

vt αγοραζεσθαι α. τ. γ. idem innuat, quod Actor. 2, 40: σωζεσθαι απο γενεας σκολιας, licet alia eiusdem significationis exempla frustra quaesiuerim.

v. 4. 5. Iam excurrit in laudes piorum hominum christianorum, nullis idololatriae flagitiis inquinatorum. Et quia ex metaphora, Judaeis frequentissime vsurpata, et ad christianos postea translata, e. gr. 2. Cor. 11. 2, quicunque relicto Jonae patrii cultu peregrina idola sectabatur, conferri solebat adultero turpi, qui missa fide coniugali scorta sectatur, apprime congruenter fideles isti hic dicuntur nunquam μολυνθηναι μετα γυναικων, quae vox indubie h. l., vt γυναικαρια 2 Tim. 3, 6. innuit *scorta, adulteras, omnesque abiectae sortis mulieres.* Παρθενος, et in aliis linguis vocabula huic respondentia, designant *hominem integrum, scelerisque purum, a praua consuetudine alienum,* h. l. nulla flagitiosae gentilium superstitionis labe contaminatum. Ob γυναικων, quod praecessit, masculino sensu accipienda est vox, quod exemplis non caret; 1 Cor. 7, 25. de vtroque sexu

6 Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετόμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνιον εὐαγγελίσαι

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Pro καθημενους vulgaris lectio habet κατοικουντας, quod frequentiſſime in carmine noſtro occurrere conſtat, ideoque, quia eſt lectio facilior, repudiabitur.

ſexu vſurpatur, et de maſculino ſolo apud Suidam voce Αβελ. Ουτος παρθενος και δικαιος υπηρχε. Οἱ ακολουθουντες τῳ αρνιῳ. *perpetui ſunt J. C. ſectatores.* Vox ακολουθειν ex euangeliſtis repetenda videtur, qui paſſim homines a J. C. ad rel. amplectendam admonitos fuiſſe referunt vocibus ακολουθησον μοι. Non iniquum tamen ſenſum fundit, ſi e re militari explicatur; ſiquidem milites nomina dantes iureiurando ſe obſtringebant ακολουθειν στρατηγοις, ὁποι ποτ' αν αγωσι. vid. Brüning. Ant. Gr. cap. 7, §. 4. Senſus: "non deſerunt ſigna του αρνιου ducis, etiamſi in medios hoſtes, quorum vis et ſuperbia c. 13. grauiſſima omnia minatur, ducere placeat." Cf. 2 Sam. 15, 21. Ηγορασθησαν απο των ανθρωπων. Vid. ad v. 3. Απαρχη, i. e. πρωτοι, Deo, Chriſtoque prae aliis dilecti", metaphora ſatis iucunda, petita a primitiis, quae Deo conſecrabantur, 1 Cor. 15, 20; 16, 15; Rom. 16, 15. Omnes ſe Deo dedicant, etiamſi mors oppetenda ſit. — Και — ψευδος. Cf. 1 Petr. 2, 22. et Maleach. 2, 6; Jo. 1, 48.

v. 6. Hactenus de beatitate piorum, ſub agni tutela viuentium. Verum tametſi a minis et inſidiis adverſariorum parum timendum eſt: volunt tamen coelites, vt, ſi fieri poſſit, et hoſtes ipſi a malis ſuis artibus diſcedant, et ad meliorem frugem redeant: proinde idemtidem acclamant, angelis quaſi fecialibus ad eos miſſis, qui pacem ſuadeant v. 6 – 13: quibus repudiatis, tandem detonare incipit tempeſtas calamitoſiſſima v. 14 ſqq. Reſpondent haec quodammodo eis, quae ſupra c. 8, c. 10. leguntur: quatenus ibi quidem chriſtianorum hoſtes e Judaeis egreſſi, hic autem illi, qui e paganis rebus coeleſtibus aduerſantur, admonentur, vt ſibi caueant. Μεσουρανηματι vid. ſupr. ad c. 8, 13. Ευαγγελιον αιωνιον. "Librum, in quo conſignatum erat, quidquid

λῦσαι τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ
πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαὸν,
λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· φοβήθητε τὸν θεὸν 7
καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς
κρίσεως αὐτοῦ· καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι
τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ
πηγὰς ὑδάτων.

Καὶ ἄλλος ἄγγελος δεύτερος ἠκολούθησε, 8
λέγων·

quid ab aeterno decreuerat Deus." Omnia decreta diu: quae ad beandos per Christum homines, et omnem aliam rem eo pertinentem spectant, inde ab aeterno constituta fuisse statuit Nouum Test. e. gr. 1 Cor. 2, 7; Col. 1, 26; 1 Tim. 1, 9; Tit. 1, 2; Eph. 1, 4, Igitur et exitium paganorum, qui huic beatitati hominum aduersabantur, nec non ruina vrbis, in qua tanquam arce sedem fixerat peregrina superstitio, inde ab aeterno decreta erant. Haec igitur decreta libro consignata manu tenet fecialis, perinde ac alius ille, qui c. 10. in terras descenderat. Ista autem decreta, licet funestissima gentibus quin extrema omnia portenderent, at christianis tamen rebus laetissima erant: proinde ευαγγελιον vocantur, et fecialis, tametsi grauissima et luctuosissima nunciat, ευαγγελισαι dicitur, Cf. τα γλυκυ, ως μελι, cap. 10, 9. 10. Επι παν εθν. — λαον. Supr. ad c. 5, 9.

v. 7. *Δουναι δοξαν Θεῳ*, solennis formula apud Judaeos, qua increpabant secus sentientes agentesque, quos ad rectum Iouae cultum reuocare volebant. Jo. 9, 24. Peropportune igitur et h. l. hac formula paganos alloquitur fecialis. *Reuerentiam adhibeatis vero numini, et ab impio aduersus eius cultores odio et insolentia desistite.* Ηλθεν ἡ ωρα κρισ. vid. ad c. 6, 17. προσκυνησατε, non θηριῳ illi, vt c. 13, 8. 15, sed vero numini, omnium rerum auctori, ποιησ. ουραν. etc. vt supra c. 10, 6; Cf. Ps. 33, 6. Jerem. 10, 12. oppos. τοις κενοις ειδωλοις, Jer. 10, 11.

v. 8. Excipit nuncius alter (αλλος δευτερος iungitur et ap. Eurip. Troad. v. 614.), qui et ipse, vt prior, per nubes

λέγων· ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη· ἐκ τοῦ

nubes incedisse credendus est, vt carmen sibi constet: hic tamen grauiora, si fieri potest, annunciat, non quidem instare ruinam vrbis illius, idololatriae sedis, sed vere collapsam iam eandem et euersam esse. Vrbs ista nominatur Βαβυλων, sed indubie indicatur Roma, quae nomine hoc idcirco venit, quia id Judaeis prae aliis inuisum erat, quia quondam per 70 annos captiui ibi tenebantur, et εἰδωλολατρειας βδελυγματα quotidie obuersabantur oculis. Quanto promtius autem inuisam gentilium vrbem hoc nomine designasse poetam credimus, qui ne Hierosolyma quidem nomine Sodomorum et Aegypti (c. 11, 8. ex Jes. 1, 10.), et Judaeos nomine ἐθνων (cap. 11, 2. Cf. Luc. 18, 32.) salutare dubitabat? Proinde omnia, quae superstitio nefaria habebat pioque Judaeo exsecranda, hoc vno nomine comprehendebantur. Accedit, quod hoc nomine summam idololatriae arcem compellans conuenientissime exprimere poterat poetam Jes. 21, 9. Habeto ergo, quotiescunque infra in carmine nostro nomen Βαβυλὼν occurrit, intelligendam esse omnem superstitionis gentilium summam, et ipsam vrbem Romam, eius sedem: id quod poetam, licet nunquam Romae adfuerit, nullo modo fugere poterat. De hac explicatione iam pridem constitit: Tertull. adv. Jud. "Babylon apud Joannem Romanae vrbis figura est, proinde et magnae et regno superbae, et sanctorum Dei debellatricis." Hieronym. in Jes. 47, 1: "non ipsam Babylonem quidem, sed Romanam vrbem explicant, quae in Apocalypsi et epistola Petri Babylon specialiter (legend. spiritualiter) appellatur." Augustin. civ. Dei 16, 17: "Romam, veluti alteram in Occidente Babylonem." Eademque quoque agnoscunt scriptores Judaici quorum auctoritatem ad h. l. adfert Schöttg. vnde et discimus, Romam vocatam fuisse קרתא רבתא *Jalkut Rubeni* fol. 83, 2: "Tenebrae et obscuritas per triduum fuerunt in Aegypto: eadem vsu venient aliquando *in vrbe illa magna*, quae nota est." — Haec ergo ἔπεσε, fortius express. pro: in eo est, vt praecipiti ruina cadat. Nimis sedulos hic se gerunt intt. nonnulli, e. gr. Wetstenius, in conquirendis ex historia testimoniis Romanam rem, in primis ob-

ciuiles

τοῦ οἴνου τῆς πυρνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη.

Καὶ ἄλλος ἄγγελος τρίτος ἠκολούθησεν 9
αὐτοῖς λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· εἴ τις προσκυνεῖ

τῷ

ciuiles post Neronem motus, ad quos omnia ab eo referuntur, exitio proximam fuisse. At vero nil sibi vult poeta, nisi vt enunciet palam, quod animus dudum praesagiebat, fieri non posse, quin *idololatria omnino spectata* praecipiti mox casu collaberetur, et rei christianae locum cederet. Ex του οινου: praefige ὅτι, quod et textus communis habet. "Externa idololatriae species pomparum magnificentia homines illexit sibique vindicauit": id quod probabiliter ad exemplar Jeremiae c. 51, 7. metaphorice effertur: comparato ex Judaeorum consuetudine idolorum cultu cum πορνειᾳ, et vrbe, in qua is florebat, cum meretrice, quae vt Sirenes cantu suo allicit homines, philtra miscet et amantibus tradit. Simili imagine Απατην sub mulieris figura depingit tabula Cebetis: Απατη καλειται, ἡ παντας τους ανθρωπους — — ποτιζει τῃ ἑαυτης δυναμει. Comparationem vero eiusmodi vrbium cum meretricibus frequentissime vsurpatam fuisse Hebraeorum poetis. ex Jes. 23, 15-17; Nah. 3, 4; Jes. 47, 1, admonet ad h. l. perill. Eichhorn. Legitur in textu communi inter οινου et της πορνειας additamentum του θυμου, quod Bengelius quidem, sed non Griesbachius, e textu proscripsit, sensusque est vel vinum aestus, i. e. *inebrians* Hos. 7, 5; Hiob. 21, 20; Jes. 51, 17, 22, vel vinum veneni, seu *veneno imbutum*, Deut. 32, 24. 33; Job. 6, 4; Ps. 58, 7, vel quod praeferendum, *vinum a Deo irato illi propinatum* יין החמה Jer. 25, 15, vt post θυμου subaudiendum sit θεου, quod infra v. 10. diserte exprimitur. Sensus erit: "Deus gentilibus succensens tradidit eos πορνειᾳ, superstitioni," vti eadem fere dicuntur Rom. 1, 24. 26, 28. et nos dicere solemus: *Gott hat ihn im Zorne zum — gemacht.*

v. 9 sqq. Succedit praeco tertius, qui in eo inprimis multus et copiosus est, vt poenarum grauitatem ob oculos ponat, si quis illecebris

τῷ θηρίῳ καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει
χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ ἢ ἐπὶ τὴν
10 χεῖρα αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου
τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου
ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, καὶ βασανισθή-
σεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων
11 ἀγγέλων καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου· καὶ ὁ
καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν εἰς αἰῶνας αἰώνων
ἀναβαί-

cebris idololatrarum alliciendum se traderet, aut eorum comminationibus flecteretur sedeque sua moueretur. Alloqui autem hic nuncius videtur non gentiles solum, vt ab idolorum cultu recedant, sed et christianos homines, quibus instabat το θηριον c. 13, 12. 15 sq. vt ne in transuersum agi se patiantur. Ει τις προσκυν, cap. 13, 8. 12. Και την εικονα ibid. v. 15. Και λαμβ. χαρ. ibid. v. 17.

v. 10. Πιεται και αυτος etc. per antanaclasin dictum: "antea biberat poculum dulcedine sua inebrians, v. 8. iam vere bibet plenis haustibus poculum irae diuinae," Jer. 25, 15; Jes. 51, 17. 22. Id autem poculum κεκερασμενον erit ακρατον (per oxymorum non iniucundum): merum meracius, potus fortissimus infunditur, ad indicandam vim et saeuitiam irae diuinae, Ps. 75, 19. Και βασανισθησεται. Qui tormenta, quibus instat bellua ista, effugere annititur, in multo grauiora incidet. Εν πυρι και θειῳ. Poenae, quas minatur nuncius, illis similes erunt, quas perpessi olim erant Sodomi, quod nomen summa flagitia indicabat, supr. c. 11, 8. et Jes. 1, 9, poenae ergo erunt grauissimae. Vid. infr. c. 19, 20. et Jud. v. 4. Eas autem perpetientur, quo nihil cogitari poterit atrocius, ενωπιον των ἁγιων — — αρνιου, vt testes et spectatores illi adsint, quorum caussa sunt inflictae, vtque contemplatio vitae illorum beatae cum suis tormentis comparata augeat miserias et aerumnas, Luc. 16, 23.

v. 11. Pergit in miseria hac exaggeranda: Βασανισμος ille quia per καπνον et θειον

ἀναβαίνει, καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας
καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τῷ Θηρίῳ καὶ τὴν
εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα
τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.
Ὧδε ἡ ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν, οἱ τηροῦν- 12
τες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ.
Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 12. omnis deest in codd. 12 apud Weist. et Gr. Hagenius credit, ex sequentibus, in quibus beatorum felicitas depingitur, in textum verba irrepsisse. Sed poterit retorqueri, ob difficultatem, quam habet eius interpretatio, eum omissum esse. — Ante οἱ τηρουντες in nonnullis repetitur τα: ὧδε.

θειον adhibebatur, exhalasse dicitur et καπνον. Imago petita ex aeterna poena, quam luere credebantur Sodomitae, qui, in mare mortuum demersi, igne sulphureo, qui teterrimum foetorem exhalabat, sine intermissione cruciabantur.

v. 12. *Quae cum ita sint, satius utique erit, ferre patienter hostium insolentiam, et, propulsato omni impetu, in fide christiana permanere constantissime: nam etiamsi vel mors ipsa oppetenda est, manent tamen praemia beatitatis in aeternum.* Ita commodissime iungitur prioribus versiculus vterque, nec est, quod v. 12. aliena manu in textum insertum esse cum Hagenio credamus, vid. Var. Lect.

Quod autem desunt particulae combinantes, δια τουτο, aut similes, e natura carminis prophetici factum putemus, respiciamusque ad loca alia carminis nostri, in quibus haud minus praeceps et improuisus transitus fit, e. gr. c. 1, 7; 16, 15 et passim c. 22. et alibi. Ὧδε εστι *in hac re cernitur*, vid. ad c. 13, 10. h. l. foret: *in hac re cernitur caussa, ob quam* ὑπομονη, *constans perseuerantia adhibenda est ab* ἁγιοις, i. e. hominibus christianis, Deo et Messiae dicatis, seu, quod idem est, τοις τηρουσι τας εντολ. Θεου και την πιστιν Ι. De voce τηρειν vid. ad 2 Tim. 4, 7. vbi simili fere sensu occurrit. Οἱ τηρουντες, ex anacol. pro των τηρουντων, vid. prolegom. part. 1. p. 36 etc.

Poteris

13 Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης = μοι· γράψον· μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Μοι retinet lect. Bengel. Sed abest ex ABC pl. all. ap. Wetst. et Gr. ex vtraque familia. 5 ap. Matth. 3 apud Alt. 8 ap. Birch. Syr. Copt. Arr. Aeth. Vulg. Areth. etc.

Poteris tamen h. l. verba per hendiadyn explicare: ωδε εστι η υπομ. — και ωδε εισιν οἱ τηρουντες etc.

v. 13. Opponi his poterat: "recte quidem dicta illa, sed quid si et capitis periculum subeundum est? quid si vita ponenda ipsa?" His occurrit poeta dicendo: "ne sic quidem deserenda aut prodenda J. C. prouincia erit: imo υπομονη vestra et πιστις extendi debet αχρι θανατου, supr. c. 2, 10." Quae quo fortius animum arripiant, ingeniose fingit poeta coelestem vocem a se exauditam, quae istiusmodi dubitationi, antequam moveri poterat, occurrebat. Γραψον. Tam dulce curarum leuamen non voce solum promulgandum erat, vt Jes. 40, 6, sed litteris consignandum: v. supr. ad c. 10, 4. Cf. infr. 19, 9. Εν Κυριῳ, *Jesu Christo*, vel pro datiuo est positum, vt Rom. 14, 8, *ex voluntate et in honorem J. C.*; vel supplendum est ουσιν, vt ειναι seu μενειν εν τινι familiarissimam, quae intercedit, consuetudinem et hic exprimat, Jo. 17, 23. Απαρτι i. e. απο του νυν, quod simpliciter dictum esse potest pro αρτι, νυν. Explicatur quidem et: *plene, perfecte* (Phauorin. απηρτισμενως, quo sensu Herodotus particula vtitur) iungiturque cum μακαριοι, *perfecte, terque quaterque beati sunt* οἱ αποθν. Sed non est quod linquamus quotidianum sensum vocis, quae tamen non tam cum μακαριοι est iungenda, vt αποθνησκοντες dictum sit pro αποθανοντες, κοιμηθεντες. 1 Cor. 15, 18; 1 Thess. 4, 14. et prodeat sensus: statim post mortem, inde ab ipso mortis momento summa felicitate perfruuntur (*Tanchuma* fol. 43, 1: "Justi, quando egrediuntur e mundo, statim adscendunt et stant in supernis, in coelo"), sed cum αποθνησκοντες, vt sit: "equidem vere beatos praedicare illos possum, qui hac tempestate (unter solchen Conjuncturen) animam

κοντες ἀπάρτι· ναὶ λέγει τὸ πνεῦμα· ἵνα ἀνα-
παύσων-

mam in J. C. honorem ef- flant." Iam απαρτι vel di- ctum habebitur pro fimpl. αρτι, vel fi praepofitioni απο, quae Matth. 26, 29. 64; Joh. 13, 31. alibi plene prae- figitur, infiftere velis, indi- cabit: nunc demum, quum furrexerit immanis illa bel- lua et in chriftianorum nomen graffari aggreffa fit, nunc demum incipere illuftrem illam temporis periodum, qua fidem exploratiffimam teftatam facere, ingentem gloriam ferre (Actor. 5, 41.) et ad fummam beatitatem viam fibi fternere poffint J. C. fectatores. *Von nun an wird man Gelegenheit ha- ben, recht viele Blutzeugen recht felig zu preifen.* — Atque ne mirum aliquem haberet hoc dictum, nec in morte, pro J. C. fub- eunda, honorem et prae- mia quaerenda effe dubita- retur, ferio affirmatur ef- fatum, et voce Ναι quafi iuramento confignatur. *Ja! wahrhaftig: fo ifts! das πνευμα felbft fagt es:* idem πνευμα, quod 1 Tim. 4, 1. (ubi vide, cf. ad c. 2, 7.) praenunciat grauiffimos ad- verfus chriftianum nomen hoftes infurrecturos effe, fummaque praemia con- ftantibus proponit. Aliter explicat Eichhorn. πνευμα celfo

pro plurali de animabus de- functorum accipiens, quae martyribus, exuviis depofitis, folae fupererant, atque exhor- tationem in his inueniens, qua chriftiani defuncti ex- citabant fuperftites. Ἱνα αναπαυσωνται ex conftructio- ne praegnante eft additum, quafi dictum fit: neque enim alium in finem morti tra- diti funt, quam vt etc. Eft ergo εκβατικως, vt plerum- que alias, dictum: *hinc enim efficietur, vt* etc. exhibitque idem fenfus, ac fi dictum foret ὁτι αναπαυσ. *namque.* Κοπος (cf. ad c. 2, 2.) et de omni humanae vitae aerum- na, Hiob. 7, 1, et de illa laborum grauitate et defa- tigatione faepe accipienda eft, quam in J. C. honorem fubibant primi chriftiani, 2 Cor. 6, 5; 9, 23. 27; 1 Theff. 2, 9; 2 Theff. 3, 8; ergo et de perfecutionibus et morte ipfa. Horum om- nium iam mortuis requies conceditur, αναπαυσις, quo dulcius quid et exoptabilius nil cogitari poterat ab igna- vis Orientalibus. cf. Hebr. 3, 11. Hiob. 14, 6. Sapient. 3, 1. Berefchith Rabba fect. 9, fol. 10: "Iufti toto tempore vitae fuae pugnant cum concupifcentia fua: quando vero mortui funt, tunc quiefcunt." Τα γαρ εργα ακολουθ.

παύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν.

14 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκὴ, καὶ ἐπὶ τὴν

ακολουϑ. tam conſcia mens, quam praemia recte dictorum factorumque, in primis conſtantiae. Sophocl. Philoct. v. 1437. Ου γαρ ευσεβεια συνϑνησκει βροτοις. Aboth 6, 6: "Hora diſceſſus hominis non comitantur eum argentum aut aurum aut lapides pretioſi aut margaritae, ſed lex et opera bona," Pſ. 49, 18; 1 Tim. 5, 25: Avoda Sar. fol. 5, 1: "Si quis praeſtiterit praeceptum vnum in hac vita, illud praeuenit eum, atque incedit ante faciem ipſius in ſaeculum venturum." Plura vid. apud Schöttg. ad h. l. — Ita explicato loco omni non poſſum ſubſcribere eis, qui expreſſam his verbis miſericordiam coelitum volunt, qua eos, qui iam deceſſerunt, beatos praedicant, et ſuperſtitum miſeram ſortem lugent: cuius ſententiae, vt ſchedulae teſtantur, et Koppius fuit. Joſeph. B. J. 2, 6, 2. ait, ſuperſtites, τους καταλειφϑεντας tantum malorum a Zelotis pertuliſſe, ὡστε μακαριζεσϑαι τους αποϑανοντας. cf. ſupr. c. 9, 6; 6, 16, 17. Eodem tendunt loca a Wetſtenio allata: Odyſſ. ι, 306; Aeneid. 1, 94; 9, 158. Ouid. Metam. 13, 518 et multa alia. Id vero prorſus contra conſilium et finem poetae dictum eſſet, quippe qui vbique id agit, vt conſoletur, animum addat, iam inſtare dies halcyoneos ſubinde affirmans. — Neque probanda erit conſtructio verborum, quam exhibet lectio alia: Μακαριοι — αποϑνησκοντες. Απαρτι ναι, λεγει το πν. etc. cui et Vulgata et iuniores nonnulli aſſentiunt. — Nolimus tamen iniqui eſſe religionis doctoribus, ſi in alia omnia hoc dicto vtuntur, vti et illis c. 2, 10, et formula αιτειν εν ονοματι Ιησου Jo. 16, 23 etc.

v. 14. Hactenus admoniti ſunt aduerſarii: chriſtiani autem ſolatio affecti et ad conſtantiam excitati. Sed incaſſum fuerunt illae admonitiones, fecialesque quaſi infecta re redeunt. Proinde hoſtium pernicies decernitur, non tamen infligitur illico, ſed antea ſymbolis indicatur v. 14 — fin. Eadem ferme via ſupra inceſſerat

τὴν νεφέλην ~ καθήμενος ὅμοιος: υἱῷ ἀνθρώπου,
ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν,
καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ. Καὶ 15
ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ κράζων ἐν
φωνῇ μεγάλῃ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης·
πέμψον τὸ δρέπανόν σου καὶ θέρισον, ὅτι ἦλθεν
ἡ ὥρα θερίσαι, ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς.
Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην τὸ 16
~ καθήμενον ὅμοιον

δρέπα-

VARIAE LECTIONES.

v. 14. καθημενος ὁμοιος. Retinet Bengel. lectionem communem, pro qua tamen καθημενον ὁμοιον habent A C plur. alii ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Matth. 4 apud Alt. 4 ap. Birch. Areth. In Gnomone autem anacoluthon probat Bengel ipse.

v. 15. Pro ναου ex interpretatione legitur ουρανου, et inter ηλθεν et ἡ ὡρα inseritur σοι.

cesserat carmen et de 7. sigillis loquutum c. 6, et de eis, quae c. 8, 1-6. tubarum clangorem praecessisse proxime finguntur. Hic autem apprime congrua imagine, ex Joele c. 3, 18. Jes. 17. 5; Jer. 8, 3; Amos 8, 1. 2. desumta, proponuntur frumenta et vuae, matura ad messim et vindemiam, i. e. adversarii maturi ad perniciem, *schon reif zur Strafe.* Macrob. Saturnal. Lib. 5, cap. 15. "Homerus, quoties multorum necem significare vult, messem hominum factam esse dixit." Il. λ, 67; Aeneid. 10, 513; Horat. Odar. 4, 14. Messem autem et vindemiam agit Messias ipse, qui et hic apparet sub forma humana, ὁμοιος υἱῳ ανθρωπου (vid. ad 1, 13.), suisque αγγελοις et ministris opus mandat. Constitutus is h. l. dicitur in νεφελῃ λευκῃ, vt Dan. 7, 13. et similiter passim apud Virgil. 9, 640. et alibi. Στεφανον χρυσουν, insigne regni, quod Messiae tradidit pater. Δρεπανον symbolum poenarum et κρισεως, cuius habendae potestatem a patre acceperat Jo. 5, 22.

v. 15. 16. Haec figura regis, poenarum infligendarum instrumentum manu tenem-

δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ.
17 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ
18 ἐν τῷ οὐρανῷ, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ. Καὶ
ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου,
ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, καὶ ἐφώνησε κραυγῇ
μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ, λέγων·
πέμψον

tenentis, indicio erat, omnia ad cladem hostibus inferendam parata esse: id quod obseruans ministrorum aliquis, qui in ναῷ (quomodo ναος, et mox v. 18. θυσιαστηριον, in coelo apparere potuerit, vid. supr. ad c. 8, 3; 11, 19.) tanquam specula praestolatus erat, aduolat, regemque Messiam ad vltionem iam exigendam prouocat. Πεμψον prorsus vt Joel 3, 18. Ηλθε, text. comm. addit σοι. Εξηρανθη. Jam matura est seges: iam flauescit Ceres. Jo. 4, 35. — Και εβαλεν, in signum, iamiam vindictam esse exigendam. Omnino haec respondent eis, quae supra de carbonibus ex altari coelesti ab angelo in terram coniectis depicta legimus c. 8, 5. Illa Judaeis, haec paganis instantem perniciem symbolo annunciant.

v. 17. Altera imaginis pars: non frumenti solum messis, sed et vuarum vindemia instat Jes. 63, 3; Jerem. 6, 9. Post versum 17 subintelligerem: *et tradidit falcem Messiae.* Sic enim sibi constaret imago. Atqui Messias ipse vtriusque messis dominus habendus erat, qui quia falcem ad secanda frumenta abiecerat, nutu prouocat alium ministrum, qui aliam falcem vuis secandis porrigat: cui absque mora obtemperatur. Sed prohibet hanc explicationem v. 19: itaque sic effinxit poeta, vt vindemiae curam alii ministro cuidam ex principibus a Messia iniunctam dicat. Επι της γης. Aduersarios nominis christiani sub voce γης intell. esse et h. l. et v. 19 etc. in aprico est.

v. 18. En quanta copia angelorum! quantus scenae apparatus! Vix redierat minister ille, qui falcem Messiae tradiderat, domumque se receperat, en aduolat alius, illi similis, qui prodierat, v. 15., atque ad vindemiam agendam prouocat.

πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξὺ, καὶ τρύγησον
τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν
αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς. Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος 19
τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν
ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ
θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὸν μέγαν. Καὶ ἐπατήθη ἡ 20
ληνὸς ἔξωθεν τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ
τῆς

vocat. Εχων εξουσιαν του πυρος hic angelus vocatur, quia et in aula coelesti singulis ministris sua officia assignata sunt. Prope fidem est, eundem hic angelum intelligendum esse, quem iam supra c. 8, 3; 9, 13. ignis i. e. suffitus curam habere (vt Zacharias Luc. 1, 9.) poeta dixerat, proinde et εκ του θυσιαστηριου (i. e. απο του θυσιαστ. seu ex illa parte του ναου, cui inerat θυσιαστηριον c. 8, 3; 11, 19.) prodiisse fingitur. Parum tamen hinc sequitur, priorem angelum v. 15. eundem a poeta intelligi, qui infra c. 16, 5. αγγελος των υδατων dicitur, vt nonnullis placet: at nil ibi adest, quod aquas imagini illi conciliet. Caeterum hic angelus ordine inferior est illo, qui v. 17. falcem tenet, vti angelus v. 15. Messia inferior est. Τρυγαν proprie quidem de omni messe, sed speciatim de vindemia vsurpatur apud LXX et in N. T. Luc. 6, 44. Hesiod. scut. Herc. v. 292. Ηκμασαν, verbum proprium huius rei. Thucyd. 2, c. 19. Του θερους και του σιτου ακμαζοντος: pariter et de pomis, vuis etc. Βοτρυς et σταφυλη fere synonyma sunt.

v. 19. Και εβαλεν. Idem signum quod supr. v. 16. Ληνος. Hesych. ὅπου σταφυλη πατειται, *torcular*. Του θυμου, i. e. *symbolum irae diuinae*, seu ληνος, in quem coniicere decreuit Deus omnes hostes, vuarum instar calcandos.

v. 20. Iam intorquetur torcular: iam calcantur vuae, et illud quidem, quia omnia ex noto sibi Judaeorum Hierosolymitanorum more facta esse fingit εξω της πολεως, ad radices Oliueti, vbi prela olei et vini exercebantur. Αἱμα, non, vt Langio videtur, αἱμα της σταφυλης, דם ענבים Genes.
49,

τῆς ληνοῦ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων, ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων.

Καὶ

49, 11, quibus verbis vinum exprimebat et Hebraeorum et Graecorum (vid. Eustath. ad Iliad. β, 636. et Salmas. exercitatt. Plinian. p. 9?6.) poesis, sed verum αἷμα, idque, vt credi potest, humanum. Imago terribilis, immensam aduersariorum cladem futuram portendens, maxime si reputamus ea, quae sequuntur, tantopere intumuisse torrentem sanguinis, vt equi ad frenum vsque sanguine mergerentur, fluctusque cruentos per stadia 1600 ab vrbe egisse. Hyperbolica quidem et vere monstrosa metaphora: sed Judaeorum genio, vt multae aliae in carmine nostro obuiae, (vid. prolegom. p. 90. et ad c. 21, 16.) haudquaquam inuisa. Similia e Talmude Hierosymitano affert Eichhorn. Silius Italic. Lib. 3. sub fin. "multoque fluentia sanguine lora." Virg. Aen. Lib. 12, v. 339. 340. Quod autem ad *ingentissimum spatium* sanguine madens designandum numero 1600 stadiorum poeta vsus est, haud dubie inde accidit, quod Iudaea, vbi est latissima, inde a Tyro vsque ad Rhinocolura, per 160 milliaria, quorum singula stadia 10 efficiebant, patuit, vt copiose disputatur ab *Abauzitio Eff. sur l'Apocalypse*; Oeuvr. Tom. I, p. 325. Nolimus tamen obloqui, id quidem, sicuti et supra το: εξω της πολεως, ad stragem Judaeorum, quae omnem terram sanguine impleuerit, designandam quadrare: non tamen pariter ad cladem gentilium, de qua hic sermo. Namque poeta, Judaeus ipse, Judaicisque notionibus imbutus, et hic et c. 16, et alibi Judaica et ad gentiles transfert, id quod nemo illi crimini vertet. Multo minus certa quaedam et peculiaria ex historia belli Judaici, aut ciuilium inter Romanos post Neronem bellorum momenta hic circumspicias, qualia sollicite conquisiuit et ad singulos locos, e. gr. εξηρανθη η γη, supra v. 15 etc. adhibuit Wetstenius. Nos vero in generalioribus, immensa clade, exitio funestissimo depingendo acquieuisse poetam rectius putabimus.

Cap.

Καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα CAP. XV. 1
καὶ θαυμαστὸν, ἀγγέλους ἑπτὰ, ἔχοντας πληγὰς
ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ
θυμὸς τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν 2
ὑαλί-

Cap. XV. Hactenus futurae cladis symbola: iam clades ipsa. Antequam tamen ea infligitur, personat coeleste atrium hymnis in laudem potentissimi rerum moderatoris decantatis, quod tandem aliquando iustam vindictam ab aduersariis exigere et misero suorum coetui succurrere velit. Videmus autem, poetam prorsus eodem hic tramite incedere, quo ingrediebatur c. 11, 15 - fin. Namque et ibi, ante extremam Iudaeorum perniciem v. 19, gaudio et hymnis ob expiandos iam defunctorum manes exsultant coelestes, recluduntur fores templi, coelicolarumque oculi, vt et h. l. v. 5, in sanctissima adyta penetrant.

v. 1. Αλλο σημειον μεγα. Vid. ad c. 12, 1. Πληγη, *omnis calamitas grauiorque afflictio*, qua mortales tanquam verberibus percutiuntur, πληγσονται, supra c. 11, 6. Non bene ergo dicitur πληγην εχειν, nisi symbolum aliquod plagae cogitare velis, quod oculis conspici et manu teneri potest. Id tamen v. 7. demum angelis traditur. Proinde εχοντες per prolepsin dictum esse credi potest pro ἑξομενους, vt adesset aliqua similitudo cum c. 8, 6, οἱ ἑπτα αγγελοι, οἱ εχοντες τας ἑπτα σαλπιγγας: vel πληγας εχειν significat "potestatem habere et dominium in illa elementa, quibus tanquam plagis affici poterunt mortales," e. gr. in ignem (αγγελος εχων εξουσιαν επι του πυρος c. 14, 18.), aquam (αγγελος των ὑδατων, c. 16. 5.), ventos, (c. 7, 2.), grandinem etc. Prius tamen praeferendum videtur. Εσχατας, ὁτι εν αυτ. ετελεσθη θυμ. Θεου. Deiectis enim ab imperio Iudaeis praeter gentiles nullus iam aduersarius supererat, 1 Cor. 15, 26. Caeterum et hic, vbi de vltimis poenis infligendis sermo est, numerum septenarium fingi, vt supra c. 6. et c. 8, facile credi potest, cf. Leuit. 26, 18. 21. 24. 28. et Exc. 2.

v. 2. Eodem tempore, quo 7 illos ministros ad exsequendam prouinciam a summo

ὑαλίνην μεμιγμένην πυρὶ, καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ Θεοῦ.

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Inter και et εκ του αριθμου lectio communis inserit: εκ του χαραγματος αυτου, quod tamen deest in ABC multisque aliis ap. Wetst. Gr. 4 ap. Matth., 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Arr. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth. prob. Mill. 1454. Hagenius quidem lect. vulgarem pleniorem tuetur, dicendo, idcirco omissa ea esse, vt auctoritas sequentium αριθμου eo magis percelleret. Sed rectius Bengel in Gnomone, addita haec a librariis esse, indicat, vt locus omnis similior redderetur illi, qui adfuit c. 13, 17.

mo vindice sibi iniunctam accingere se poeta intuetur, adspicit quoque, conuersa ad thronum summi Dei facie, laetam coelicolarum multitudinem, gratias Deo agentium, quod tandem iustae vindictae tradere hostes decretum ab eo sit, v. 2–5. 'Ως θαλασσαν υαλινην, sc. ante solium diuinum c. 4, 6: additur hic μεμιγμενην πυρι, non quidem ad poenarum grauitatem, quae ex hoc mari phialis hauriendae et in homines effundendae sint, exprimendam, quam ad maiestatis splendorem augendum. Circumstant autem thronum eaedem animantes, quae c. 4. depictae erant, infra v. 7., et accedit, vti c. 7, 9. ita et hic, magna defunctorum turba, qui in honorem J. C. martyrium subierant. Νικωντας (cf. ad c. 5, 5.) εκ του θηριου constructio alias inaudita, quae h. l. praegnans videtur, et ita resoluenda: νικωντας pro νενικηκοτας το θηριον και σωθεντας εξ αυτου. Horum autem νικη et σωτηρια eadem fuit, qua exultasse vidimus illos, qui cap. 7, 9. 10. memorantur, mors et supplicium (cap. 20, 4.), quod adire non recusauerant, vt Christo fidem seruarent. Θηριον, εικων αυτου, αριθμος του ονοματος ex c. 13. explicanda, h. l. cumulantur ad exornandam sententiam, "ne tantulum quidem a fidis Christi sectatoribus impetrare potuisse pseudoprophetam illum c. 13." Κιθαραι Θεου,

Θεοῦ. Καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως τοῦ δούλου 3
τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες·
"Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ὁ
Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ· δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ
ὁδοί σου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν. Τίς οὐ μὴ 4
φοβηθῇ σε, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου;
ὅτι μόνος ὅσιος· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ
προσκυ-

VARIAE LECTIONES.

v. 3. εθνων. Ita pro vulgar. αγιων AB multique all. utr. famil. ap. Wetſt. et Gr. 5 ap. Matth. 4 ap. Alt. 8 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Ar Copt. Aeth. Arm. Andr. Areth. pluresque latini, probb. Wetſt. Griesb. et Matth. Andreas in ſcholiis habet: των δειως πολιτευομενων, vnde αγιων ortum eſſe exiſtimat Matthaei. Rectiſſime monet Eichhornius, librarios non capere potuiſſe, quomodo h. l. Deus vocari potuerit βασ. των εθνων, cum tamen in eo eſſet, vt extrema clade eos afficeret. Legitur et αιωνων, quod Vulgat. exprimit, prob. Mill. prolegom. §. 509.

vt 1 Paralip. 16, 42, ſunt inſtrumenta, ad canendas Dei laudes apte inſtructa.

v. 3. 4. Ωδη Μωσεως, canticum illi ſimile, quod olim, educto ex Aegypti ſeruitute populo, ceciniſſe legitur Moſes Exod. c. 15. Ωδη αρνιου, verterim: quae ode Moſis haberi et poteſt ode, quam decantaſſe credendus eſt Meſſias, quum poſt exantlatos labores coelum occupaſſet: vterque enim, opitulante Deo, ſeruituti ſuos eripuerat. Μεγαλα etc. ſimilia et tantum non eadem inuenies Exod. 15, 11; Pſ. 145, 17; 111, 2; 86, 9; 139, 14; Jer. 10, 6. 7. Δικαιαι — οδοι; decet enim te, vtpote iuſtiſſimum gentium moderatorem et dominum, et calamitate afficere eos, qui ſeruis tuis mala inferunt, 2 Theſſ. 1, 6. Τις ου μη φοβηθη etc. Verterim: ecquis non timore et reuerentia tuae maieſtatis plenus, vitam ponere in tui gloriam mallet, quam ignaue aduerſariis obſequi et cum eis magna illa ruina perire? Παντα τα εθνη ἥξουσι etc. Pſ. 86, 9; Jeſ. 66, 23. Bene oppoſita haec ſunt τοις: c. 13, 7. 8: "non obtinebit bellua illa, vt ipſi ſupplicent gentes: imo te adorabit terrarum

προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου· ὅτι τὰ δικαιώματά
σου ἐφανερώθησαν.
5 Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς
6 τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ. Καὶ
ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι, οἱ ἔχοντες τὰς ἑπτὰ
πληγὰς = ἐκ τοῦ ναοῦ :, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς.

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Εκ του ναου. Vulgarem lectionem ſeruauit textus Bengelianus. Sed abſunt haec ex B aliisque apud Wetſt. et Gr. 3 ap. Matth. 3 ap. Alt. 3 ap. Birch. Areth. prob. Millio prolegom. §. 1010. Edit. Complut. habet εκ του ουρανου. Cf. cap. 16, 1, vbi de vocibus iisdem eadem fere valent.

rarum orbis." *Δικαιωματα σου*, id. qu. *δικαιαι και αληθιναι οδοι σου*, v. 3. משפטיך. *Εφανηρωθησαν*. Aoriſtus indefinite ponitur, h. l. pro futuro: "iamiam aderit temporis illud momentum, quo innoteſcet gentibus ſumma tua poteſtas, et ſi innotuerit, omnes tibi ſupplices erunt."

v. 5. Et iam exeunt mandata ad inferendam ſtragem ipſam. Magnus ſane apparatus, rei grauitate dignisſimus! Patent templi fores: patent ſanctiſſima penetralia, *σκηνη μαρτυριου* (אהל מעד), vnde oracula edere ſolet Joua Exod. 29, 42. 43, (ita c. 11, 19. *ωφθη ἡ κιβωτος της διαθηκης*, vbi vide:) denſiſſima nubes, quae mortalium oculis velat diuinam maieſtatem, ſpiſſa caligine omne templum implet; nec, dum haec peraguntur, cuidam mortalium aditus conceditur. — Et hic, vt ſaepe alias, videmus poetam, etiamſi in gentes deſaeuiat, Judaicis tamen imaginibus et notionibus omnia imbuere. Cf. praenom. p. 4. 5. 10. 11.

v. 6. Prodeunt angeli, quos praeſto eſſe ad mandata regis perficienda iam v. 1. poeta conſpexerat: iam quum in eo ſint, vt munere ſuo fungantur, ornatum ſuum habeant neceſſe eſt: isque eis, quoniam e templo prodeunt, a poeta attribuitur ſacerdotalis. *Λινον καθαρον* ſeu *λεπτον*, *teneram bene dealbatam*

χρυσᾶς. Καὶ ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε 7
τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γε-
μούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς 8
καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ ἐκ τῆς δυνά-
μεως

batam byssum, 1 Sam. 2, 18. Περιεζωσμενοι, vti c. 1, 13: Messias ipse sub sacerdotis figura incedit. Cf. Jos. Ant. 8, 3, 8; Reland. Ant. 2, 4, 5.

v. 7. Traduntur eis phialae, non a Joua ipso, sed a ζωοις illis, Jouae ministris, ne quid a sua maiestate alienum ageret Deus rex, si absque aliorum interuentu eas tradidisset, vid. Eichh. ad h. l. Ἑν pro πρωτον, quod proxime a Deo aberat. Φιαλα, *vas planum et repandum, cui infunditur fluidum*, vinum, aqua etc. quae libari possit. Hebr. מזרק Exod. 27, 13. Φιαλας χρυσας. *Patera libare et auro*, vt Virg. ait, sacerdotum erat. Haud importuna itaque est imago, quae angelis, qui sub sacerdotum figura sistuntur, et ipsis φιαλας, calices, tradit. Non tamen vino aut alio consueto libamine repleta sunt ista vasa, sed eheu! θυμου του Θεου του ζωντος εις τ. αιων. id est eiusmodi materie, quae div. irae et vindictae effigiem referre commode posset, veneno, igne, sulphure, sanguine etc. Et sane Hebraei, qui de calice miseriarum loqui solebant (Matth. 26, 39.), facillime et iram diuinam חמה quasi e calice effundi imagine sibi fingere poterant, vt sit e. gr. Jes. 51, 17. 21; Jerem. 25, 15; Ezech. 9, 8; 36, 18; 22, 31, et apud Lucianum de calumnia occurrit phrasis: εκχεειν τον θυμον. Targum. in Gen. 40, 12. adnotante Wetstenio, loquitur de calice vindictae, phiala irae, phiala calicis maledictionis, phiala calicis furoris. Multa tamen otiosa sunt, quae ad h. l. de phialis adnotat Wetstenius.

v. 8. Εγεμισθη ὁ ναος καπνου. Locus ille, in quo praesentiam suam manifestat numen, saepissime dicitur repleri δοξα (כבוד) του Θεου, vt e. gr. Ezech. 44, 4. Ea autem δοξα innotescit mortalibus vel e clarissima luce, quae vndequaque Deum cingit, vt nemo adspectum aut aditum ferre possit, 1 Tim. 6, 16,

μεως αὐτοῦ· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

Cap. XVI.
1 Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης = ἐκ τοῦ ναοῦ:, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις· ὑπάγετε, ἐκχέατε τὰς ἑπτὰ φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν.

Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 1. Επτα ante φιαλας deest in textu communi, sed adest in ABC et plurr. all. ex vtraque familia apud Wetst. et Griesb. 4 ap. Matth. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch. Syr. Arr. Arm. Vulg. Andr. Areth. probb. Wetst. et Griesb. — *Ibidem* antea τα: εκ του ναου delenda sunt, vid. Var. Lect. ad c. 15, 6.

6, 16, vel e spissis tenebris, per quarum caliginem nullus mortalium oculus penetrat. Posterius adhibetur tum potissimum, si de ira div. de infligendis poenis aut alia re graui a Deo peracta sermo est, Exod. 19, 18; 1 Reg. 8, 10. 11; Jes. 6, 4; Ps. 18, 12; Hebr. 12, 18-21. et sexcenties alias. Και ουδεις ηδυνατο. Tam seria enim deliberabantur in consessu coelitum, vt, dum illa peragerentur, otium non superesset, alios admittendi audiendiue alia. Imago a despotis Orientalibus desumta, qui non facile aditum concedunt alloqui volentibus.

Cap. XVI, 1. Et iam exeunt iussa ad vltimas plagas infligendas, quae voce aut Dei ipsius aut alicuius αγγελου seu ministri, qui prope adstabat, prolata fuisse credenda sunt, quia, dum haec agebantur, nemini alii aditus in sanctuarium patebat, c. 15, fin. Et percipitur nonnisi auribus vox imperantis: oculi nil intuentur; quia densissima caligo omnem prospectum prohibebat. Caeterum vox illa, vt par erat, μεγαλη dicitur, vti supra c. 7, 2; 10, 3.

v. 2. Nec mora; vix data sunt iussa: illico perficiuntur: et calamitosissima tempestas detonare incipit in gentes

καὶ πονηρὸν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τὴν εἰκόνα αὐτοῦ.

Καὶ

gentes profanas, nomini christiano infensas. Incurrit in oculos, omnes fere plagas, quae dehinc paganis incutiuntur, repetitas esse ex historia Israelitarum ex Aegypto exeuntium: *Schemoth* R. sect. 9, fol. 116, 3: "quemadmodum Deus animaduertit in Aegyptios, sic quoque puniturus est regnum malum:" et plura exempla ap. Schöttg. Perinde et insana rabies, qua verba nefanda et βλασφημα in Deum eructare perseuerabant afflicti, v. 9, 11, 13, 21. haud obscure referunt obstinatum Pharaonis animum, sanctum populum in promissam terram dimittere repudiantis. Nolimus tamen, vt iam supra monitum est, eam ob caussam dubitare, quin ad gentiles pertineant ea, quae ex Israelitarum historia deprompta sunt: haec enim perpetuo inhaerebat memoriae poetae, peregrinam historiam ignorantis: et omnis terra peregrina, cuius incolae Israelitarum nomen malis persequebantur, erant quasi altera Babylon, seu altera Aegyptus, cf. Jes. 23, 5. Cf. loca scriptorum Judaicorum, quae excitat Eichhornius ad init. cap. 15, commentar. P. 2. p. 161 sqq. — Omne autem artificium hoc poeticum, quo septem phialae effusae esse finguntur, quamuis persimile sit illis, quae supra c. 6. de septem sigillis et c. 8. de septem classicis excogitauerat poeta, eatenus tamen discedit, quod ibi quidem quatuor priores actus breuissimo, tres posteriores vberiore sermone pertexuntur: hic autem omnia perstringuntur multo leuius, nec post quartum demum, sed iam post tertium actum aliis rebus insertis interpellatur rerum narratarum ordo. Cf. quae scripsimus ad cap. 6, initio, et cap. 8, v. 6, nec non quae disserit Perill. Eichhorn commentar. P. 1. p. 190–200. et quae de eadem re in excurs. 2. luculentius exponentur.

Prima plaga. Vlceribus cutis intumescit. Ἐξεχεε. De hac phrasi vid. loca V. T. ad c. 15, 7. laudata. Malum ipsum refert poenam Aegypto inflictam Exod. 9, 8–11; Cf. Deut. 28, 35; Job. 2, 7.

v. 3.

3 Καὶ ὁ δεύτερος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς
τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ, καὶ
πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ.
4 Καὶ ὁ τρίτος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς
τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων,
5 καὶ ἐγένετο αἷμα. Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου
τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 3. 4. 8. 10. 12. 17. ante ἐξέχεε textus vulg. inferit ἄγγελος, quod tamen in probatiſſimis deeſt; probantibus Wetſtenio, Griesbachio, Matthaeio.

v. 3. *Secunda plaga. Maria in ſanguinem conuertuntur:* quod idem prorſus Aegypto accidit, Exod. 7, 20. 21. Ὡς νεκρου, tanquam ſi cruore et tabe cadauerum (νεκρου pro νεκρων) infectum eſſet mare.

v. 4. *Tertia plaga. Non maria ſolum ſed et fluuii mutantur in ſanguinem.* Pari modo et ſupra c. 8, 8. 10. maria et fluuii ſeiunguntur: id quod nobis quidem, ſi ad noſtri aeui ſenſum exigitur, minus arridet, ſed inde forſitan explicandum eſt, quod ſtragem et mortem tam animalium in aqua viuentium, quam hominum, quibus aqua potus eſt, carmine exprimere placuerat. Catullus fluuios et mare vocat *vtrumque Neptunum.* Flumina haud raro cruore tincta eſſe, hiſtoria refert, e. gr. Florus Lib. 2, cap. 6, 18.: "Documento cladis cruentus aliquando Aufidus." *Moed Katon,* Vol. 25, 2: "Dum moreretur R. Joſe, effundebant canales Sepphoris ſanguinem." Nimis ſollicite hic quaerunt nonnulli, num ſanguine hominum chriſtianorum, Judaeorumque a paganis peremtorum, an cruore gentilium ipſorum, quibus cruenta mors imminebat, infectae aquae credendae ſint. At neutrum eorum agit poeta, vt qui nil aliud indicare velit, quam certiſſimum interitum, exinde extimeſcendum aduerſariis, quod vinere inter aquas tabe et ſanie infectas, easque ad potum adhibere coacti eſſent.

v. 5. 6. Iam hic pedem paulliſper ſiſtit poeta fingitque

τῶν ὑδάτων λέγοντος· δίκαιος εἶ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν,
ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας. ὅτι αἷμα ἁγίων 6
καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας
πιεῖν· ἄξιοι εἰσί. Καὶ ἤκουσα τοῦ θυσιαστη- 7
ρίου λέγοντος· ναὶ, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ,
ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου.

Καὶ

gitque angelum aquis praesidentem, quum sua elementa afflicta conspexisset, doluisse quidem, id quod supplendum esse ex poetae mente videtur, sed iustas tamen et debitas laudes Deo retulisse, quod homines sontes et maleficos dignis et iustis illis poenis cruciare decreuisset. *Αγγελος υδατων.* Singulis rebus, locis, elementis, hominibus angelum suum praefecisse. Judaeos, quorum daemonologia per exilium Babylonicum multis incrementis aucta erat, satis constat. De angelo seu principe maris, שר של ים, e scriptoribus Judaicis loca huc affert Schöttgen. et Eichhornius. *'Οτι αἱμα ἁγιων* etc. exempli caussa Judaeorum illorum, qui sub initium belli Judaici vbique trucidabantur, in quibus multi, vt credere fas est, aderant, iam Christi castra sequuti, multique religionis doctores, *προφηται*; cf. proleg. not. 76. et supr. ad c. 6, 9, fin. *Και αἱμα αυτ. εδωκ. πιειν. αξ. εισι.* ex Matth. 7, 2. Cf. Jes. 49, 26; Obadias v. 15 et 16. Persimilia haec sunt illis, quae Scytharum regina, amputato Cyri capite et in vtrem humano sanguine plenum coniecto, dixisse fertur apud Justin. 1, 8, 13.

v. 7. Repetuntur eadem ex templo illo, vnde exierant mandata ad cladem extremam hostibus inferendam. In eo *ναῳ* et *θυσιαστηριον* aderat c. 14, 18; 8, 3, cui et ipsi praefectus erat angelus suus, c. 8, 3, qui preces supplicantium Deo quasi traderet et offerret, addita forsan sententia, num exaudiendae viderentur an repudiandae. Et hic idem angelus h. l. a poeta fingitur laudasse decreta Dei de exaudiendis *των ἁγιων* tanta iniuria affectorum precibus, aduersariisque iusta poena coercendis. *Του θυσιαστηριου ηκουσα.* Audire sibi *inde ab altari resonantem* vocem videtur poeta: quis vero

8 Καὶ ὁ τέταρτος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ
ἐπὶ τὸν ἥλιον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς
9 ἀνθρώπους ἐν πυρί. Καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ
ἄνθρωποι καῦμα μέγα, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ
ὄνομα τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν ἐπὶ
τὰς πληγὰς ταύτας, καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι
αὐτῷ δόξαν.

Καὶ

vero eam edere poterat, nisi angelus ille qui ad aram praesto erat? Est ergo θυσιαστηριον metonymice dictum pro αγγελος του θυσιαστηριου. Lectio communis inserit nonnulla, quo expeditior fiat oratio, habens: και ηκουσα αλλου (sc. αγγελου) εκ του θυσιαστηριου. Ναι, Κυρ. — παντοκρατωρ. Cf. supra c. 15, 3; 21, 23 et alibi.

v. 8. *Quarta plaga. Intolerabili aestu omnia torrentur.* Aestus Orientalibus summae miseriae symbolum habebatur, vt credi potest, quum et nobis idem significet, Jes. 18, 4; similia, licet non prorsus eadem, vid. 1 Petr. 4, 12. Επι τον ἡλιον εξεχεε. Vel ex adverso constitutus angelus ille in solem (εις ἡλιον) eiaculasse materiem pestiferam fingitur, vel, quod praeferendum, in loco supra solem positus esse, vnde eam επι τον ἡλιον effundere posset. Καυματιζειν. verbum de quouis aestu (e. gr. febris, Theophrast. char. eth. no. 13, h. l. solis) proprium, Matth. 13, 6; hic, vt augeatur vis, iungitur τοις: εν πυρι. — Adhuc fere sibi constiterat poeta, et effectum των φιαλων similem illi, qui tubas insequebatur c. 8, proposuerat: hic tamen contrariam viam persequitur, atque, vt quarta tuba omnem vim solis infregerat nullamque reddiderat, ita quarta haec phiala eandem tantopere increscere facit, vt ei tolerandae impares homines se confiteantur.

v. 9. Sed nequicquam haec omnia: perinde ac immensa illa mala, quae sex prioribus tubis prouocata erant, irrita fuisse dicuntur supra c. 9, 21. Imo tantum aberat vt resipiscerent scelesti, vt potius maledicta atrocissima in summum Deum iactare pergerent, Jes. 9, 12. 13.

Καὶ ὁ πέμπτος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ 10
ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου, καὶ ἐγένετο ἡ βασι-
λεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη· καὶ ἐμασῶντο τὰς 11
γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, καὶ ἐβλασφήμη-
σαν

13. Spectat forsitan ad exprobrationes, quibus omnia haec mala Christianorum caussa inflicta esse clamitabant, quorum nihil sibi accidisset, si religionem Christianam omnino non tolerare decreuissent.

v. 10. *Quinta plaga: tenebrae.* Effuderant ministri, qui hactenus officio functi erant, phialas suas in tria elementa, *γην*, *ὑδωρ*, idque vel marium vel fluuiorum, et ignem, scil. solem. Quum quartum elementum, aër, vnde prouocaretur tempestas illa, quae exitium consummaret, extremae phialae seruandum esset, alios locos circumspicit poeta, in quos euacuarentur calices irae coelestis. Proinde quinta et sexta ita effunduntur, vt partim *θηριον*, dux ille et auspex omnium, quae in rem christianam exitialia agitabantur, potestatem suam infractam sentiret, partim illi, qui ad debellandum eum exierant, faciliorem expeditionem inuenirent. Sunt autem, quae dehinc sequuntur, ita quidem prolata, vt poeta eiusmodi res gestas contemplatus esse videatur, quales in terra vsu euenire *possunt:* sed cauendum est vel maxime, ne inde concludamus ad rem quandam tunc temporis vere iam gestam, vel a futuris saeculis exspectandam, licet plurimi interpretes ad res historicas respexisse hic Joannem arbitrati sint, Wetstenius, ad res Romae, Herderus ad res Hierosolymis gestas, de quibus omnibus Excurs. 7. potiora enumerabit. *Θρονος θηριου* (oppon. *θρονῳ Θεου εν ουρανῳ*), in quo collocatus dux ille *προσκυνησεις* hominum admittebat c. 13, 8. 12. 15. — Sed eheu! periit omnis splendor et spissis tenebris obuoluebatur, *εγενετο ἡ βασιλεια αυτου εσκοτωμενη*, id quod pessimi erat ominis, vid. supra ad c. 6, 12-15; 8. 12. Respicitur autem ad tenebras, quae Aegyptum occupasse leguntur Exod. 10, 21.

v. 11. Atque quum regis sui et antistitis solium tetra caligine obductum viderent

σαν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν, καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν.

12 Καὶ ὁ ἕκτος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν

eius cultores, de ſalute deſperabant, omnia conclamata eſſe rati: furore tamen inſano agitati, ne ſic quidem reſipiſcentes nefandis dicteriis inſectari Iouam pergebant. Μασασθαι vel μασσασθαι (vtraque lectio in codd. inuenitur) vox bene Graeca, apud Ariſtophanem, Pindarum (vid. Schol. ad Nemea Od. 1, 64.) aliosque, et in LXX. quoque obuia, Job. 30, 4, *mandere, comedere*: "ira et furore rabidi linguas ſuas, vt fieri ſolet, mordebant." Θεος του ουρανου, Eſra 1, 2; 5. 12. Εκ *propter*, *prae*, vt Actor. 28, 3, vbi vide. Cf. Jeſ. 8, 21. 22. — Εκ των εργων i. e. a div. honore θηριω adhibito, c. 13, et a perſecutionibus Chriſtianorum; ſeu: ab idololatria, vt ſupra c. 9, 20. 21.

v. 12. *Sexta plaga: Apparatus bellicus eorum, qui debellare chriſtianorum hoſtes ſuſcipiunt.* Quae adhuc mala inflicta erant, peſſimi erant ominis, et funeſtiſſimam aduerſariorum ſtragem praenunciauerant. Ipſa tamen clades non ſolum coeleſti igne et calamitoſis naturae euentibus, vt quondam temporibus diluvii, Sodomorum, Koraitarum, incumbet: ſed et ab hominibus, quos ad cauſſam ſuam agendam propulſandosque hoſtes excitabit Deus, inferetur. Surgent ergo aduerſus egregium illum triumuiratum draconis, θηριου et ψευδοπροφητου potentiſſimi reges terrarumque domini, eumque ad internecionem perſequentur, idque opem ferente Deo ipſo, et omnia impedimenta, quae expeditioni obeſſe poterant, remouente. Atque hoc ipſum effuſa ſexta hac phiala efficitur, vt remotis impedimentis via ſternatur exercitui, qua ad trucidandos Dei hoſtes commode et ſecure poſſint incedere. Exercitui autem illi praeeſſe finguntur duces ſummo honore et maieſtate inſignes, digno vocabulo βασιλεις nuncupati, non δρακοντες, θηρια, ψευδοπροφηται. Surgent tamen ii βασιλεις non ex Occidente, vnde (εκ θαλασσης, ad c. 13, 1.) ſurrexerant hoſtes cum θηριω, ſed απο ανατο-

τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν Εὐφράτην· καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων

ανατολης, quod ea de caussa sic effinxisse poetae ingenium videtur, quia Judaeis omnia magna et vim quandam et momentum habentia, maxime si salutem afferebant, aut splendore, sapientia etc. insignia erant, ex Oriente, vt videtur, provenire credebantur, Luc. 1, 78; Matth. 1, 2; 1 Reg. 10: vnde et aduentauerat quondam Cyrus, qui destructa magna et superba illa Babylone, captiuis Judaeis patriam et libertatem restituerat; quique, quum expeditioni aduersus vrbem obstare videret Euphratem fluvium, eius aquam deriuari iusserat, quo facilior militibus transitus redderetur, Jes. 44, 27; Jer. 50, 38; 51, 32. 36; Herodot. 1, c. 191. Xenoph. Cyrop. Lib. 7, c. 5. Quae cuncta cum poetae obuersarentur, facillime eo delabi potuit ingenium, vt alteram illam Babylonem, praecipuam idololatriae et βλασφημιας, quae tunc temporis Christianos vexabat, sedem (supr. c. 14, 8.) et ipsam inde απο ανατολων excidio delendam esse fingeret; sed, quum longe potentius huius Babylonis esset imperium, malaque, quae Christianis inferebat, multo grauiora, non per *vnum* βασιλεα, alterum quasi Cyrum, sed per plures βασιλεις, foedere sibi iunctos. Horum autem armis successus non potuit deesse, quia ipse Deus per angelos ministros remouebat impedimenta. Quod vt exprimat poeta, vnum impedimentum affert, quod proficiscenti exercitui obstare potest vel maxime, fluuium magnum, qui transeundus est, quem tamen tanquam alterum Euphratem exsiccabit suisque liberum transitum patefaciet Deus. Ita locus accipiendus erit, cauendumque est vel maxime, ne rem vere gestam ex historiae penu exquiramus, aut Tibrim, qui Romam praeterfluebat, indicatum esse credamus: imo subscribamus Herdero, qui rectissime ad h. l. obseruat, exsiccata flumina Hebraeis fuisse imaginem praesentissimi auxilii diuini, Exod. 14. 21; Jos. 3; Jes. 44, 27 alibi. Caeterum si haec conferimus cum prioribus, quae inde a capite 9 extremam *Judaeorum* cladem praecessisse carmine traduntur, apparebit, ibi quidem historiam

13 σιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. Καὶ εἶδον
ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος, καὶ ἐκ τοῦ στό-
ματος τοῦ θηρίου, καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ
ψευδο-

VARIAE LECTIONES.

v. 13. ὡς βατραχοι. Ita legendum (quum textus communis habeat: ὁμοια βατραχοις, vti inuenitur in AB, plurr. all. ap. Weist. et Griesb. ex vtraque classe, 4 ap. Matth. 3 ap. Alt. 7 ap. Birch. Sensus non est idem, quum ὁμοιος nonnisi formae similitudinem indicet (Andreas ὡς per paraphrasin reddit εοικοτα βατραχοις, vnde lectio vulgaris effecta esse videtur), ὡς autem et alia quaeuis similia iudicare possit, celeritatem, curam angoremque, debilitatem etc. vid. Commentar.

rlam ducem sequi potuisse poetam, id quod h. l., quum nullus dum rerum similium euentus ante *gentilium* vltimam cladem ex rerum gestarum historia innotescere posset, haudquaquam licuit: quare poeta ad ea confugit, quae ex historia maiorum de expugnata per Cyrum Babylone comperta habebat. — Longissime a nostra hac explicatione, quae eadem est et Eichhornii, Hagenii, aliorum, recedunt illi, qui hos βασιλεις Orientis idcirco volunt esse excitatos, vt succurrerent aduersariis, quo insignior, caesa tanto ingentiore hostium multitudine, redderetur rei christianae victoria; cuius sententiae videtur esse Langius, Herderus (qui de defectu Antiochi a Romanis, Parthorumque ingressu cogitat) et cum eo Koppius.

v. 13. Tantum hostium numerum aduersus se proficiscentem conspicati triumviri et ipsi conuocant exercitum, qui illos a finibus arceat sedemque paganismi defendat; et omnimoda praestigiarum arte vtuntur ad socios et auxiliares alliciendos. Και ειδον, q. d. *Ach was sahe ich da! Da hätte man einmahl sehen sollen, wie sie sich anstellten, um Hülfe zu erhalten.* Emittebant igitur πνευματα, seu δαιμονια ex faucibus, Luc. 11, 14. 24. et quidem tria, quoniam tres foedus contra Christianos inierant, quae ὁλην την οικουμενην peragrarent, et ad auxilium sibi ferendum τους κατοικουντας sollicitarent miraculis,

ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα, ὡς
βάτραχοι, (εἰσὶ γὰρ πνεύματα ~ δαιμόνων: 14
ποιοῦντα σημεῖα) ἐκπορεύεσθαι ἐπὶ τοὺς βασι-
~ δαιμονίων λεῖς

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Pro lectione vulgari δαιμονων, seruata et a Bengelio, legendum δαιμονιων ex A et plurr. all. ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Matth. 5 ap. Birch. Vulg. Areth. probantibus Wetst. Griesb. et Millio, §. 1010. — Forsan et infra 18, 2 pro δαιμονων legendum est δαιμονιων ex rationibus, quas ad istum locum affert Bengel. in apparatu critico p. 840.

ἐκπορευεσθαι. Legitur vox tam post interpunctionem, quam absque interpunctione, nec non: ἃ εκπορευεται vel εκπορευονται, vel και εκπορευονται, quae lectionis inconstantia suspicionem mouet, omnino expungendam eam esse.

culis, praestigiis etc. Ista autem πνευματα fuere ακαθαρτα, vt Luc. 11.: quaenam enim alia πνευματα, nisi ακαθαρτα, insidere possunt eiusmodi monstra? Haec πνευματα, vt a πνευμασι καθαροις, seu a πνευματι illo, quod Christianos regit, rite secernantur, per contemtum conferuntur cum ranis, βατραχοις, quod symbolum mendacia σημειων falsorum, vt videtur, exprimit, 1 Reg. 22, 21-23, (qualia e. gr. in ranis producendis ediderant in Aegypto praestigiatores illi Exod. 8, 7. *Lügengeister*). Ita et apud Graecos βατραχοι pro signo praestigiarum et iactantiae habebantur. Artemidor. Oneirocrit. Lib. 2, cap. 15: βατραχοι ανδρας γοητας και βωμολοχους προσημαινουσι. Alii turpem et foetidam simulque venenatam naturam impurorum πνευματων volunt expressam esse, quam et nos vocabulo *Kröten* exprimere solemus. Andreas ea πνευματα βατραχοις conferri ait δια το ιωδες και βορβορωδες, *propter venenum et stercus.* Forsitan et notio tenuitatis debilitatisque comparatione exprimitur, simulque anxius timor, quo de successu desperantes huc illuc circumsiliebant, ranarum instar, illa πνευματα. Cf. Horatianum illud: *nascetur ridiculus mus;* et similis imago Ezech. 13, 14 sqq.

v. 14. *Nouimus enim, et malos homines, qui a Satanae partibus stant, suis*

πνευ

λεῖς τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς
τὸν πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης
15 τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. (Ἰδοὺ ἔρχομαι
ὡς κλέπτης· μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ
ἱμάτια

πνευμασι *regi, quorum ope miracula edunt, suisque praestigiis glaucoma oculis hominum offundunt.* Δαιμονων seu δαιμονιων πνευματα pro δαιμωσιν seu δαιμονιοις ipsis accipiamus necesse est. Δαιμων autem in N. T. vbique *prauum* genium indicat. Matth. 8, 31; Marc. 5, 12; Luc. 8, 29, et δαιμονια inprimis *numina gentilium*, 1 Cor. 10, 20. 21, aut spiritus malos et impuros, Luc. 8, 29; Eph. 6, 12. Εκπορευεσθαι arctissimo nexu iungendum τοις: ὡς βατραχοι. Sin expungendam vocem censueris, vid. Var. lect. subaudiendum tamen erit eiusmodi quid, aut alia eiusmodi constructio admittenda, quales exhibet lectionis varietas. Επι τους βασιλεις της οικουμενης ὁλης. Cupiunt ergo triumuiri et ipsi reges foedere sibi iungere, sed non reges των ανατωλῶν, verum της οικουμ. ὁλης, quae h. l. aperte opponitur ταις ανατολαις, quatenus ex Oriente bona et salutaria ex Judaeorum opinione exspectabantur, γη autem et οικουμενη et alibi, et in nostro carmine praecipue, denotat terras ab hostibus christianorum inhabitatas, vid. supr. ad c. 3, 10; cf. c. 12, 12. — Sed dum haec moliuntur, non cogitant, se alios populos sollicitare non solum ad pugnam aduersus homines, sed et ad bellum cum Deo, θεομαχιαν, Actor. 5, 39; siquidem gerendum erit bellum istud εν μεγαλῃ ἡμερᾳ εκεινῃ του Θεου (vid. ad c. 1, 10 et c. 6, 17.), qua summam suam potentiam funestissima euersarum gentium strage testatam faciet Deus. Alludere videtur ad 1 Reg. 22. 21. 22.

v. 15. Iam quum μεγαλης illius ἡμερας mentionem fecisset poeta, quem diem eundem esse recordabatur, quo in terras rediturus erat Messias (vid. ad c. 1, 10.), sacro furore, fere vt c. 1, 7, abreptus Messiam ipsum interuenire fingit, qui non tam hostes, quorum vanas iras parum timet, ab vlteriore suorum persecutione absterreat, quam suos admoneat, exhortetur, confirmet, ne a fide discedant, hostibusue latus apertum tradant.

ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ
βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. καὶ συνή- 16
γαγεν

dant. Interpellare quidem nexum videtur interposita haec exclamatio, sed parum offendet cogitantes, propheticum carmen nos legere, cui non semper inseritur illud: λεγει ὁ Κυριος, qualia tamen verba praemittere videtur Versio Armenica. Cf. cap. 1, 7. 8; c. 3, 11; c. 22, 7. 12, alibi. Ὡς κλεπτης intendit notionem ταχυ, quod alibi exprimitur. Mutuatus est tropum poeta ex Luc. 12, 39; Cf. 1 Thess. 5, 2; 2 Petr. 3, 10. Sensum exprimit Jesus ipse Matth. 24, 50. Μακαριος ὁ γρηγορων "qui cautum se et circumspectum gerit" quae metaphora pariter adhibita est a Jesu ipso Matth. 25, 13; Marc. 13, 37, bene spondens eis, quae de furibus, nocte ex improuiso incurrentibus dicta sunt. Quae iam ex alio tropo de ἱματιοις, γυμνοτητι, ασχημοσυνη (pudenda sunt, vt apud LXX in Sir. 29, 28; Exod. 20, 26; Deut. 23, 14; Genes. 9, 22: alias αισχυνη, Ezech. 16, 37.) subsequuntur, eadem fere adfuere supra c. 3, 17. 18: nec male conueniunt prioribus, siquidem ingruente noctu latrone, non suppetit tempus vestes iniiciendi. Qui cum Schöttg. respiciunt ad vestes sacerdotales, quae summa cura seruandae erant, quia sine eis sacrificia non poterant peragi, errare mihi videntur. Sensus versiculi: "Omnibus eis, quae in perniciem Christianorum moliuntur, nil efficient hostes: tu vero, homo christiane, caue tibi ab eorum insidiis, ne imminente Jesu ipso, sero te poeniteat; tunc enim tempus non iam superesit, eius castra repetendi." Cf. parabol. Matth. 25.

v. 16. persequitur ea ex v. 14, quae interlocutione hac interpellata erant. Decretum erat a triumuiratu illo, vndecumque conuocare auxilia: nec successus defuit: aduolauere vndique hostes, qui rem christianam opprimendi cupidine flagrarent. Eorum tamen exercitus, quoniam summis illis ducibus subiectus erat, in vnum aliquem locum congregandus erat, vt lustrari, consilia iniri, strategemata excogitari possent. Et vere convocantur, sed proh dolor! in locum, qui pessimi erat ominis, internecionemque omnium

λεῖς τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης
15 τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. (Ἰδοὺ ἔρχομαι ὡς κλέπτης· μακάριος ὁ γρηγορῶν καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια

πνευμασι *regi*, *quorum ope miracula edunt*, *suisque praestigiis glaucoma oculis hominum offundunt*. Δαιμονων seu δαιμονιων πνευματα pro δαιμωσιν seu δαιμονιοις ipsis accipiamus necesse est. Δαιμων autem in N. T. vbique *prauum* genium indicat, Matth. 8, 31; Marc. 5, 12; Luc. 8, 29, et δαιμονια inprimis *numina gentilium*, 1 Cor. 10, 20. 21, aut spiritus malos et impuros, Luc. 8, 29; Eph. 6, 12. Εκπορευεσθαι arctissimo nexu iungendum τοις: ὡς βατραχοι. Sin expungendam vocem censueris, vid. Var. lect. subaudiendum tamen erit eiusmodi quid, aut alia eiusmodi constructio admittenda, quales exhibet lectionis varietas. Επι τους βασιλεις της οικουμενης ὁλης. Cupiunt ergo triumuiri et ipsi reges foedere sibi iungere, sed non reges των ανατωλῶν, verum της οικουμ. ὁλης, quae h. l. aperte opponitur ταις ανατολαις, quatenus ex Oriente bona et salutaria ex Judaeorum opinione exspectabantur, γη autem et οικουμενη et alibi, et in nostro carmine praecipue, denotat terras ab hostibus christianorum inhabitatas, vid. supr. ad c. 3, 10; cf. c. 12, 12. — Sed dum haec moliuntur, non cogitant, se alios populos sollicitare non solum ad pugnam aduersus homines, sed et ad bellum cum Deo, θεομαχιαν, Actor. 5, 39; siquidem gerendum erit bellum istud εν μεγαλῃ ἡμερᾳ εκεινῃ του Θεου (vid. ad c. 1, 10 et c. 6, 17.), qua summam suam potentiam funestissima euersarum gentium strage testatam faciet Deus. Alludere videtur ad 1 Reg. 22. 21. 22.

v. 15. Iam quum μεγαλης illius ἡμερας mentionem fecisset poeta, quem diem eundem esse recordabatur, quo in terras rediturus erat Messias (vid. ad c. 1, 10.), sacro furore, fere vt c. 1, 7, abreptus Messiam ipsum interuenire fingit, qui non tam hostes, quorum vanas iras parum timet, ab vlteriore suorum persecutione absterreat, quam suos admoneat, exhortetur, confirmet, ne a fide discedant, hostibusue latus apertum tradant.

ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ
βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. καὶ συνή- 16
γαγεν

dant. Interpellare quidem nexum videtur interposita haec exclamatio, sed parum offendet cogitantes, propheticum carmen nos legere, cui non semper inseritur illud: λεγει ὁ Κυριος, qualia tamen verba praemittere videtur Versio Armenica. Cf. cap. 1, 7. 8; c. 3, 11; c. 22, 7. 12, alibi. Ὡς κλεπτης intendit notionem ταχυ, quod alibi exprimitur. Mutuatus est tropum poeta ex Luc. 12, 39; Cf. 1 Thess. 5, 2; 2 Petr. 3, 10. Sensum exprimit Jesus ipse Matth. 24, 50. Μακαριος ὁ γρηγορων "qui cautum se et circumspectum gerit" quae metaphora pariter adhibita est a Jesu ipso Matth. 25, 13; Marc. 13, 37, bene spondens eis, quae de furibus, nocte ex improuiso incurrentibus dicta sunt. Quae iam ex alio tropo de ἱματιοις, γυμνοτητι, ασχημοσυνη (pudenda sunt, vt apud LXX in Sir. 29, 28; Exod. 20, 26; Deut. 23, 14; Genes. 9, 22: alias αισχυνη, Ezech. 16, 37.) subsequuntur, eadem fere adfuere supra c. 3, 17. 18; nec male conueniunt prioribus, siquidem ingruente noctu latrone, non suppetit tempus vestes iniiciendi. Qui cum Schöttg. respiciunt ad vestes sacerdotales, quae summa cura seruandae erant, quia sine eis sacrificia non poterant peragi, errare mihi videntur. Sensus versiculi: "Omnibus eis, quae in perniciem Christianorum moliuntur, nil-efficient hostes: tu vero, homo christiane, caue tibi ab eorum insidiis, ne imminente Jesu ipso, sero te poeniteat; tunc enim tempus non iam superit, eius castra repetendi." Cf. parabol. Matth. 25.

v. 16. persequitur ea ex v. 14, quae interlocutione hac interpellata erant. Decretum erat a triumuiratu illo, vndecunque conuocare auxilia: nec successus defuit: aduolauere vndique hostes, qui rem christianam opprimendi cupidine flagrarent. Eorum tamen exercitus, quoniam summis illis ducibus subiectus erat, in vnum aliquem locum congregandus erat, vt lustrari, consilia iniri, strategemata excogitari possent. Et vere conuocantur, sed proh dolor! in locum, qui pessimi erat ominis, internecionemque omnium

γαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἀρμαγεδών.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Αρμαγεδων. Varie fcribitur: Αρμαγεδδων, Αρμακεδων: Μαγεδδων, Μαγεδω, Μαγιδων, Μακεδδων etc. vid. notata in Varr. Lect. ad Actor. 7, 43.

omnium praefagiebat. Και συνηγαγεν. Impedit forma fingularis, non bene refpondens tribus illis, qui v. 13. πνευματα emiferant. Referendus autem erit vel ad maleficum eorum συμβουλιον, vel ad eorum principem, draconem feu Satanam: vel ad fextum illum angelum, qui v. 12. arefacto Euphrate idololatrarum hoftibus viam ad cladem eis inferendam patefecerat; quique idem et hic interueniffe erat credendus, et curaffe, vt infeftae illae legiones, quae ab idololatris conuocabantur, in talem locum coirent, qui de exitu belli: infauftiffima omina ferret. Nam quod nonnulli συνηγαγον legendum volunt, non ferendum erit, quia nulla adeft auctoritas, Αρμαγεδων. הר־מגדון mons *Megiddo*. Megiddo, feu Megiddon, מגדון, vrbs Manaffitarum, Jof. 12, 21; 17, 11; Jud. 1, 27; 1 Reg. 9, 15; 2 Reg. 23, 29. 30; Zachar. 12, 11; et *aqua Megiddon*, Jud. 5, 19. i. e. torrens Kifchon. Locus ille cum tractu adiacente duplici clade celebratus erat, quia et Cananaei a iudice Baraco occidione ibi occifi erant, Jud. 5, 19; 4, 16, et poftea rex Jofias perierat, 2 Reg. 23, 29; 2 Paral. 35, 22, vnde accidiffe videtur, vt iftum campum quafi locum triftem et lugubrem haberent: faltem Zacharias eum luctuofum et lamentabilem nominat c. 12, 11. Hunc locum Zachariae, quem ducem et alias faepenumero fequitur nofter, et h. l. videtur refpexiffe, carmenque fuum effinxiffe ita, vt coirent hoftiles turmae in illa loca, quae quondam Cananaeorum, Ifraelitis aduerfantium clade innotuerant; id quod peffimi ominis effet, et aduerfariis rei chriftianae omnibus in locum portentofiffimum congregatis internecionem praenunciaret. Id tamen de fuis addit poeta, vt conuocet coalefcentes hoftes non in vrbem Megiddo, vel campum, vel ad aquas eius nominis, fed in *montem* Megiddo, qui eft mons Carmel, ad cuius radices fitus erat ifte campus. Ex hac expli-

Καὶ ὁ ἕβδομος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ 17
τὸν ἀέρα· καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἐκ τοῦ ναοῦ
τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θρόνου, λέγουσα· γέγονε.
Καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ, 18
καὶ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ'
οὗ

explicatione, quae eadem est et Eichhornii, omnia expeditissima sunt. Aliter explicat Grotius, vertitque הר־מגדון locum congregationis, in quo concurrunt exercitus. Alii ex nomine extricant sensum *deletio exercitus* (הרמה גדון), respiciuntque ad Num. 21, 3. sed priora longe sunt praeferenda. Atque in his erit acquiescendum, neque circumspicienda res aliqua vere gesta aut gerenda, vti Herderus castellum Masada, expugnatum tandem et ipsum a Romanis, in mente habet.

v. 17. *Septima plaga. Tandem vrbs illa magna, idololatriae Christo aduersantis arx et sedes, corruit.* Φωνη - θρονου, vti v. 1. vbi vide. Prope fidem est, ex poetae mente prodiisse eam vocem ab eodem ζωῳ, quod, c. 15, 7. mandata diuina de effundendis numinis vindicis poculis angelis tradiderat: h. l. autem de munere ab eis rite administrato ad coelites refert. Γεγονε *actum est*, τετελεσται Io. 19, 30. Virgil. Aen. 2, 325. *fuimus Troes*; Tibull. 3, 5, 5. Propert. 2, 7. 29. Simili via incedit carmen c. 11, 15 - 19, vbi de euertendis Hierosolymis agebatur, sed vnius vocis breuitas multo maiorem vim et pondus huic nostro loco affert.

v. 18. Neque aliter fieri potuit, quin vox illa, peracta omnia esse nuncians, talibus naturae phaenomenis exciperetur, quae tam grauis rerum euentus postulabat. Pariter ergo ac c. 11, 19. insequuntur tonitrua, fulgura, terrae motus, grando, verbo omnia, quae absolutissimae ruinae, qua summa imis miscentur, signa et symbola videri possunt. Tantus autem commotae naturae fuit ille tumultus, quantum hominum memoria vsque ad illum diem cogitare nequibat: neque id secus, quam par erat; quia inde ab omni aeuo tantum rerum euentum nondum produxerat

οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος
19 σεισμὸς οὕτω μέγας. Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις
ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν
ἐθνῶν ἔπεσον· καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη
ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ
20 οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Καὶ πᾶσα
νῆσος

duxerat diuina prouidentia, qui destructionem immensi superstitiosorum paganorum regni dignitate aequare potuisset. Respicit ad Dan. 12, 1, fortasse et ad Matth. 24, 21, ad paganismi ruinam ex more suo ea adhibens, quae ibi de euertenda Hierosolyma cecinerat Iesus.

v. 19. Ἡ πολις ἡ μεγαλη, vid. ad c. 15, 8. Εγενετο, εσχισθη. Εἰς τρια i. e. *in plures*, ex metonymia, quae certum numerum pro incerto ponere amat, respectu forsitan ad Ezech. 5, 2, habito. Et quum vrbs, prima imperii sedes et caput, corruisset: quid mirum, et alias vrbes maiores minoresque eodem lapsu cecidisse, eoque modo consummatissimam omnium rerum in vasto illo imperio ruinam esse insequutam? Vidit ergo poetae phantasia et Ephesum, proconsulis sedem, conquassatam. Caeterum et h. l. factum aliquod historicum hic expressum fuisse, e. gr. motus in Campania, Tac. Hist. 4, 3, arbitrante Wetstenio, aut dissidia Zelotarum Hierosolymis obsessorum, quorum plures a Romanorum partibus stabant, vti Herdero videtur, nolimus cogitare. Και Βαβ. vert. και *sed praecipue*. Εμνησθη ενωπιον του Θεου, scil. ab angelo illo, qui de fatis, precibus, lamentis etc. hominum ad Deum refert, Actor. 10, 31: vid. supra ad cap. 8, 3. 4: cf. c. 16, 7; c. 14, 18. Is inter caetera, quae ad Deum refert, mentionem facit ante omnia vrbis magnae, quae sub humana persona sistitur: verum eiusmodi mentionem, quae non laude, praemiis, sed poenis grauissimis dignam eam censet; id quod per imaginem effertur: dignam eam esse, cui porrigatur ποτηριον, ira et poenis Dei iustissimam vindictam exigentis repletum, quod plenis haustibus ad feces vsque exsorbeat, vid. supra ad c. 14, 10.

v. 20.

νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν, καὶ 21
χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ ἐβλασφή-
μησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς
χαλά-

v. 20. 21. Id poculum quum bibiſſet, en ſumma imis miſcebantur. Πασα νησος — ορη. Ita ſupra c. 6, 14. Velles confugere e continentis totius ruina in inſulas: ſed incaſſum, omnes enim inſulae mari abſorbebantur, vt quaſi fugiſſe credi poſſent: aut velles tamquam in vniuerſo illo diluuio in montibus altioribus ſalutem quaerere, ſed fruſtra, nam et illi fluctibus mergebantur, aut conſidebant, vt ne locus quidem eorum inueniretur. Χαλαζα, calamitatis imago, vt ſupra c. 11, 19. et peſſimi ominis meteoron, Joſ. Ant. 2, 14, 4; B. J. 5, 6, 3; *Tanchuma* p. 74, 2. Quis vero non rideat, ſi Wetſtenium vocem interpretari legit de balliſtis, quae muros vrbis Romae Flauianis partibus patefecerant, Tac. Hiſt. 3, 84? Haec tamen χαλαζα immenſae erat molis, ὡς ταλαντιαια, tanquam talentum pondere aequans. Diodor. Sic. Lib. 19, c. 45. narrat χαλαζαν μναιαιαν, pondere minam, μναν, aequantem, in terram eſſe delapſam, quid ſi ταλαντιαια fuit! Νοσηματα ταλαντιαια apud Alcaeum, teſte Polluce Onom. 9, 53., i. e. grauiſſima. Και εβλασφημησαν. Verum ne ſic quidem ad meliorem frugem redibant homines: imo grauiora maledicta in Deum eructabant. Nec mirum; tametſi enim munitiſſimum propugnaculum ruina erat collapſum, ſuperſtites tamen erant peſtilentiſſimi illi triumviri v. 13, in quibus etiamnum omnem ſpem et fiduciam collocauerant gentes, nec niſi illis occidione caeſis (infra cap. 19, 20.) victoria rei chriſtianae conſummata dici poterat. — Caeterum ſi Romam euerſam hic contemplatur vates, vix eſt quod moneamus, neque ad rem euentu comprobatam hic reſpicere eum (ſtetit enim Roma incolumis, niſi ad incendium Neronianum referre haec malueris), neque ruinam vrbi carmine prophetico praenunciare. Sunt enim, vt caetera omnia, ita et haec, nil niſi imagines, quae phantaſiam poetae praeteruehuntur, in quibus et illam intuebatur, quae Romam

χαλάζης, ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα.

Cap. XVII. 1 Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ,

mam vrbem prae aliis inuiſam corruiſſe, adeoque grauiſſimum, quod victoriae Chriſtianorum obſtabat, impedimentum remotum eſſe, oſtendebat. Cf. prolegom. p. 94, no. 4.

Cap. XVII. Conſtat, ſummo ſtudio in eo elaborare auctorem noſtrum, vt poetas antiquioris aeui carmine ſuo exprimat reddatque, et Ezechielem potiſſimum Danielemque cum Zacharia duces ſequatur. Sed vix plenam eorum omnibusque numeris abſolutam imaginem reddidiſſet, niſi et eiusmodi ſcenam aliquam aperuiſſet, quales in illorum carminibus aliquoties occurrunt, in quibus angeli adſunt, qui imagines allegoricas, quae oculis obiectae erant, enarrent et interpretentur, Dan. 7, 16 ſqq.; Zach. c. 4. et alibi. Iſtum eſſe eiusmodi carminum genium, in prolegomenis p. 90. obſeruauimus: quare male profecto ſtatueremus, ſi eiusmodi interpretamenta, licet orationis nexum, qui et h. l. caput 18 aptiſſime iungeret capiti 16, interpellent importuniſſime, atque ex noſtrae aetatis ſenſu merito faſtidiantur repudienturque, hanc tamen ſolam ob cauſſam pro ſpuriis, et aliena manu adpictis nimis praecipiti indicio habenda eſſe vellemus decernere. Sed ne id quidem offendat legentes, carmini prophetico, ſublimiore et quaſi cothurnato ſermone incedenti, intexi ſubito res hiſtoricas, quae ad regna, eorumque ſtatum et imperatores ſpectant: cuiusmodi enarrationes, quum in libro Danielis cap. 11 ſqq. inueniſſet noſter, eo minus et in ſuum carmen admittere dubitauit, quia ad imperium Romanum maxime ſpectare ea, quae inde a capite 13 pertexuerat, lectores commonefacere commodum videbatur. Quamuis enim a vero, vt mihi quidem videtur, abhorreat, poetam noſtrum, Judaica quidem, vt negari prorſus nequit, eruditione omni imbutum, in rebus Romanis perinde fuiſſe verſatum, ita, vt ſingula quaeuis, quae ad Romanam

ἐμοῦ, λέγων· δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρίμα τῆς πόρνης

nam historiam pertinerent, momenta comperta haberet, (in qua quidem opinione mihi errare videntur nonnulli); at potissima tamen, e. gr. imperatores Romae regnantes, eorum vita et mores, aliaque, quae, quum Romanis parerent omnia, quotidiano sermone vsurpabantur, vix eum fugere poterant.

Proinde haec habeto, iam in eo esse poetam, vt pestilentissimum illum caussae christianae aduersarium, quem inde a cap. 13 tanto cum apparatu oppugnauerat, Romanum esse imperium, Romanos imperatores, Romam vrbem demonstret: quam cum iam supra in mente habuisset et nomine Babylonis compellasset (c. 14, 8.), nunc potissimum inuiso hoc piisque Israelitis detestabili titulo salutare gaudet, figuras delineans, quales adhibuerant maiorum prophetae, Jesaias, Jeremias, Ezechiel, quum veterem vrbem Babylonem exsecrarentur, atque propinquo eius exitio insultans. Et quo grauius haec lectores percellerent, in loca vasta eos et deserta inducit, in quibus maiora omnia et terribiliora phantasiae occurrere videntur: ibique nouum offertur spectaculum, horrendum, ingens, et a prioribus, quae satis multa iam et immania praeteruecta sunt, prorsus diuersum. — In hoc spectaculo versatur caput 17mum carminis integrum, et ita quidem vt v. 1-6. imaginem ipsam depingat, et v. 7-fin. eius sensum intuentibus enarret.

v. 1. Εἷς των ἑπτα αγγ. forsitan dictum pro πρωτος, cf. ad c. 15, 7. Nimios tamen hic se gerunt nonnulli interpretes, qui praeter primum hunc angelum insequentes etiam sex ex serie in scenam reducunt, dicendo: septimam phialam fuisse vltimam, septemque habuisse partes, quae a septem angelis sibi succedentibus agerentur: 1) c. 17, 1; 2) c. 18, 1; 3) c. 18, 4; 4) c. 18, 21; 5) c. 19, 17; 6) c. 20, 1; 7) c. 21, 9. Δευρο δειξω. Apparet, ex verbis, spectaculum, iam oculis vatis obiiciendum, nouum prorsus esse, quod nondum ei occurrerat. Πορνη, זונה. Frequentissime a poetis Hebraeorum, qui omnem idolorum cultum sub adulterii et scortationis imagine auersaban-

νης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν· μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἐκ

ſabantur (vid. Ezech. 16.), emporia aliaeque celebriores paganorum vrbes, in quibus idololatria prae aliis florebat, meretricibus conferuntur, quae homines tanquam amaſios philtris pelliciunt, vt prodant et deſerant verum Deum et ſe ſequantur: Jeſ. 23, 15 ſqq.; Ezech. 23; Nahum 3, 4. Κριμα της πορν. vulgo pro κατακριμα, *poena*, *ſupplicium* accipitur, Sed quia, quae cap. 17. leguntur, non tam interitum vrbis canunt, qui iam c. 16, 19. euenerat, et c. 18 et 19. demum epinicio celebratur, ſed ſcelera potius et in homines chriſtianos ὑβριν et iniuriam, equidem acceperim vocem eodem ſenſu, quo occurrit 1 Tim. 5, 12. *crimen*, q. d. "Vidiſti vrbem immenſa ruina collapſam: iam oſtendam tibi eiusdem crimina, vt non immerito extrema perpeſſa eſſe tibi videatur." Επι υδατων. Επι non vertas *in* (refragaretur enim verſus 3. non bene huic ſenſui aptandus), ſed, vt Hebr. על, *prope*, *iuxta*, vt Matth. 21, 19; Jo. 6, 21; 21, 1. Vrbs, ad mare maioremue fluuium ſita, vrbem exprimit, potentia et dominio in gentes inſignem, vt infra v. 15. explicatur, quia per iſtam aquarum multitudinem emporiis frequentius commercium cum nationibus aliis intercedit; iuſſa ad alias terras exeunt, et vndique confluunt, qui honorem, tributa etc. pendant. Aeque gloriabundam olim ſe gerebat Tyrus in medio mari ſita, Ezech. 28, 2 (Pſ. 107, 21.), et Babylon, magno fluuio Euphrati adiacens, Jerem. 51, 13. cf. Nah. 3, 8.

v. 2. Pergit allegoria. Sicuti vrbes idololatriae obſtrictae πορναι audiunt, ita et incolae, aut peregrini, qui ab vrbis nutu pendent, eius fauorem aucupant, opportune dicuntur πορνευσασθαι μετ' αυτης, quatenus eius idololatriam imitantur. Conuenientiſſime igitur, quae ſequuntur, dici poterant de vrbe Roma, cui ſupplicabant tunc temporis nationes omnes, et Aſia quoque, Cilicia, Syria, quin Herodes ipſe cum regulis, tetrarchis et ethnarchis. Βασιλεις της γης. Peiori ſenſu ſumenda vox γης, vt oppo-

ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς. Καὶ ἀπή- 3
νεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι· καὶ εἶδον γυ-
ναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον
ὀνομά-

opponantur haec βασιλευσιν απο ανατολων c. 16, 12. Εμεθυσθησαν. "Tam plenis haustibus philtra biberunt, vt inebriarentur." Indicatur, non inuitos et vi coactos homines ad idolorum cultum accedere, ſed voluptate quadam et dulcedine in eo obeundo affici.

v. 3. Απηνεγκε, vti quondam Philippum πνευμα, Act. 8, 39, vbi vide. Εις ερημον. Quaeſitum eſt, cur in deſerto theatrum inſtruatur, reſpondeturque varie. Euerſae vrbis quaſi manes, ex Orco reuocati, vt corpore induerentur, nonniſi in loco vaſto et deſerto quaerendi erant, id quod praefertur ab Eichhornio p. 202. Tum Babylonem, quae Romam refert, inde a Palaeſtina adeuntibus deſerta peragranda erant. Porro, vti Koppianae habent ſchedulae, ſceleſta illa vrbs omnia, quae circum erant, longe lateque flagitiis ſuis vaſtauerat, et ſola ſibi beata videbatur etc. Quin tamen et hic reſpondemus, ex arbitrio poetae iſtiusmodi omnia pendere, cui incumbit variare eandem ſcenam, quam hic commodiſſime in locis deſertis inſtruit, quia ibi Joanni ſoli, nemine conſcio, monſtrari poterant ab interprete omnia, et tam ingentia apparere phantaſiae, tanto horrore percutere contemplantem, vt haud facile excidere memoriae poſſent. Quo modo tamen in deſerto emergere poſſit imago aquarum multarum, negotium faceſſere poſſet, niſi eſſet cogitandum, perturbatas et alibi in carmine noſtro ſaepius eſſe imagines et confuſas, nec ſingulas minutias ad viuum eſſe reſecandas; niſi forte immenſum lacum, ad cuius ripas conſederit figura, in mediis terrarum deſertis oculis ſeſe obtuliſſe praetuleris. Θηριον κοκκινον, *bellua rubicunda, coccinea*, Hebr. 9, 19, ſynonym. Φοινικουν apud LXX in Jeſ. 1, 18. Eſt vel ſplendoris diuitiarumque inſigne, vti ſtatim v. 4, vbi cum πορφυρουν iungitur, vel *crudelitatis ſanguineae*, vt πυῤῥος c. 12, 3, vbi vide. Poſterius praefero. Ονοματα βλασφ. vid. ad c. 13, 1, nomina idolorum, rituum, ſacerdotum, et id genus alia. Eiusmodi

ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ
4 κέρατα δέκα. Καὶ ἡ γυνὴ ἦν περιβεβλημένη
πορφυροῦν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη χρυσίῳ
καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Τα ακαθαρτα της. Lectionem anacolutho asperiorem pro molliori lectione communi ακαθαρτητος, praeeunte Wolfio in Cur. philolog. Tom. IV, p. 573, in textum receperunt Bengelius et Griesbachius. Adest ea in AB, plurr. all. 4 ap. Matth. 7 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Hippol. Andr. probantt. Millio prolegom. §. 655, Grotio, Wetstenio etc.

In fine vers. pro αυτης legitur et της γης in B, et aliis, Syr. Arr. Copt. probante et in textum admittente Matthaeio, nec repudiante Griesbachio.

Initio commatis pro ἡ γυνη ην περιβεβλ. adest et ἡ γυνη ἡ π.

ονομασι γεμον est θηριον; quod non fronti solum inscripta fuisse nomina denotare videtur, sed omne corpus istiusmodi signis inscriptum et distinctum, vti c. 4, 8. Εχον — δεκα, vt draco ille c. 12. et bellua c. 13. Apparet, persimile quidem, attamen non prorsus idem monstrum a poeta produci, atque cap. 13, siquidem illud nomina, quae maledicta ac probra in J. C. coniicerent, in fronte gerit, hoc vbique tectum eisdem et circumsitum est: illud vnam ceruicem vulneratam, iterumque sanatam gerit, nostrum hoc minus: illud nullo colore insignitur, nostrum hoc κοκκινον diserte nominatur. Et quia κοκκινος hic color eandem notionem inuoluere videtur, quae inhaeret vocabulo πυρρος c. 12, facile apparet, draconis illius, c. 12, i. e. Satanae ipsius, notionem poetae inhaesisse in componenda figura belluae, cui insidere facit vrbem Romam, vt testatum faciat, Romanum imperium cum infenso illo omnium Israelitarum Christianorumque hoste ipso iniisse pactum et foedus, ad probos Dei cultores vrgendos et vexandos, Satanamque ipsum, vt insultaret populo sancto, corpore suo suscepisse nefanda nomina.

v. 4. Iam in eo est poeta, vt mulierem illam ornatu quoque suo induat, qualis prostibula decet, quique morum infamiam et proteruiam, insidiatum astutiam, omnesque artes meretricias expri-

καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ἔχουσα ποτήριον
χρυσοῦν ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέμον βδελυγμάτων
καὶ τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας αὐτῆς. Καὶ 5
ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον μυστή-
ριον·

exprimit. Sequi in his videtur noſter Jeremiam, qui c. 51, 7. eosdem colores imagini adhibet. Πορφυρουν και κοκκινον ſcil. ἱματιον, i. e. veſtimenta ſplendida luxuriei, quibus alliciuntur amaſii. Κεχρυσωμενη — μαργαριταις, cf. Ezech. 28, 13; Jeſ. 3, 16 ſqq. Ποτηριον, poculum pharmaco ad pelliciendos homines repletum: cf. ad c. 14, 8. — Ne tamen adſit, quod nefariam ſuperſtitionem non teſtificaretur, en tibi, ne hoc quidem poculum vacat ſignis caelatis eiusmodi, quae homini pio faſtidium et horrorem incutiunt. Βδελυγμα, תועבה, שקוץ, omnis res deteſtabilis, et pio Iſraelitae, quia eſt contra diuinas leges, exſecranda: in ſpecie idololatria, vti ſaepiſſime apud LXX. Hunc ſenſum tribuere voci iubent ſequentia, τα ακαθαρτα της πορνειας (quam anacoluthi aſperitatem mitigat alia lectio ακαθαρτητος της π. nouum vocabulum ακαθαρτης pro ακαθαροτης per ſyncopen effingens), quae, vti ἀλισγηματα Act. 15, 20. idolorum cultum denotant.

v. 5. Επι το μετωπον. Belluae quidem capita non inſignita fuiſſe, vt c. 13, 1, frontalibus leguntur: ſed inſidens mulier hoc ſigno neutiquam caret. Fert autem prae ſe vel muneris ſignum, quo fungitur, vel nomen proprium. Vtrumque ad morem Romanorum ſpectat; illud, quatenus, vt Eichhornii verbis vtar, "vti pontifex maximus frontale cum titulo in ſui muneris argumentum gerebat, ita et haec femina, tanquam templi alicuius ſacerdos, corpore lucrum faciens, laſciuos ſuos mores ſimili titulo in frontali expreſſos palam ſignificabat" (de fornicatione religionibus ethnicorum ſancita, qualem committebant ſacerdotes Veneris, loquitur); hoc, quatenus et nomen meretricium ſuum in fronte gerere ſolebant ſcorta Romana, M. Seneca rhet. Controu. 1, 2; Iuuenal. Satyr. 6, v. 123. Μυστηριον. Noli hoc pro parte inſcriptionis habere, ſed per appoſitionem dictum puta, et adiectiua ſignificatione cum ονομα conſtrue, vt ſit ονομα μυστικον

ριον· "Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν

seu μυστηριωδες. Signum, fronti inscriptum, nomen *Babylon* erat, non tamen proprie de vrbe Babylone ipsa intelligendum, sed μυστικως, μεταφορικως, πνευματικως (c. 11, 8.) de alia vrbe. Idem vocis μυστηριον sensus et Eph. 5, 32 occurrit et in carmine nostro supra c. 1, 20, vbi vide. — Sunt qui ad 2 Thess. 2, 7 alludi credant, vertantque exclamando: *O Babylon, verborgen ist dein Schicksal!* quod nemini facile approbabitur. Longius rem repetit S. V. Mynter in dissertatione doctissima: *de occulto vrbis Romae nomine*, Havniae 1811. Solebant quippe exercitus, vrbem hostilem expugnaturi, eius Deos tutelares euocare, quo facilior successus responderet. Erat autem tunc temporis vrbs Roma gentibus, Orientalibus maxime, admodum inuisa: non ignorabant tamen, fata eius ab occulto nomine pendere, quod habebat Roma, teste Plin. H. N. 3, 5; Solin. polyhist. c. 1; Macrob. Saturnal. Lib. 3, c. 5, quodque summa cura celandum erat, ne euocato genio tutelari aditus aduersariis pateret, Serv. ad Aeneid. 2, 293-296; 4, 598; Georgic. 1, 498.

Iam vero patefacto hoc nomine, quin fronti figurae ipsi inscripto, de salute vrbis actum erat. — Legenda apud auctorem ipsum sunt argumenta, quibus commendare opinionem, et nexui aptare conatur vir doctissimus. Mihi tamen eo vsque progressa esse Joannis de rebus Romanis eruditio parum videtur. Βαβυλων. Hoc exsecratissimo augurio Romam, inuisam vrbem, taxari ab auctore, qui supra c. 11, 8, dilectissima adeo sibi Hierosolyma detestabili Sodomorum et Aegypti nomine salutauerat, supra ad c. 14, 8, expositum est. Πορνων etc. non de dissolutis moribus omnino h. l. accipiatur, sed cum sequenti βδελυγμ. de idolorum cultu, cuius μητηρ Roma conuenientissime poterat appellari, quia erat quasi pantheon totius peregrinae superstitionis, et in eam tanquam sentinam confluebat omnis βδελυγματων illuuies. — Caeterum Herderum, et qui ab eius partibus stant, non Romae hic, sed Hierosolymorum imaginem videre, aliquoties iam est monitum. Assentit Koppius, cuius schedulae ex v. 6, qui sequitur, id constare testantur. — Non otiosum forsitan erit, addidisse

τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς." Καὶ εἶδον τὴν 6
γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων
καὶ

disse caussam, qua inductus poeta Romam vrbem sub figura mulieris Satanae insidentis delineasse videtur. Est quippe in numis, Antonini saltem et Seueri imperatorum, expressa vrbs Roma sub effigie feminae leoni insidentis; neque abhorret a vero, poetam, cuius aetate similes numi in vsu fuere, arripuisse hanc imaginem, ita tamen in peius mutasse, vt non leone, qui potentiae est insigne, sed dracone Satana vectam illam mulierem repraesentaret. Iam credendus est, litteras, figurae in numis circumscriptas, ROMA conuertisse in signum fronti impressum, quum nullus alius locus superesset, cui inscribi nomen posset conuenientius.

v. 6. Inhaeret poeta imagini allegoricae. Quid expectari potuit lenius, quam atrocissima vindicta? qua grassatura esset Roma in Judaeos christianosque, qui idolorum cultum detrectassent; meretricis instar, quae repudiata philtra vlcisci solet insolentissime. In hos itaque miserrima nece animaduertit: horum sanguine sitim restinguit, ita vt quasi inebrietur. Ἅγιοι sunt christiani tam e Judaeis quam ex gentibus conuersi, simul cum Judaeis ipsis, verum Jouae cultum professis, quorum quia flagrante bello Judaico maxima strages vbique locorum edita erat a Romanis aliisque ethnicis, qui Romanorum fauorem aucupabant (vid. prolegom. not. 76), bene dici potest, ethnicos, seu eorum principes, Romanos, seu denique vrbem Romam ipsam, sanctorum sanguinem ad ebrietatem vsque potasse: nec est quod ad Neronianas caedes, aut aliam quamlibet cladem christianis Romae inflictam, respiciendum esse censeamus. Herderus, qui omnem locum de Hierosolymis explicat, respiciendum esse monet ad 2 Paralip. 24, 20-22; Matth. 23, 29 sqq., assentientibus schedulis Koppianis. Μαρτυρες J. X. *doctores christianae religionis*, quorum plurimos, vbi summa imis miscebantur, communi ruina sepultos fuisse, credi potest. Horum, non vino, non vuarum, sanguine μεθυουσα depingitur mulier, imagine magnopere percellente, cuius similem nusquam alibi invenire memini. Namque ea,

καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰησοῦ· καὶ
ἐθαύμασα ἰδὼν αὐτὴν θαῦμα μέγα.
7 Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος· διατί ἐθαύμασας;
ἐγὼ ἐρῶ σοι τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς, καὶ τοῦ
θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς
8 ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα. Τὸ θηρίον,
ὃ εἶδες,

cea, quibus Cicero Philipp. 2, 29, in Antonium inuehitur: "gustaras ciuilem sanguinem, vel potius exsorbueras," vi et pondere nostrum poetam non aequant, et locus Plinii de eodem Antonio Hist. Nat. Lib. 14, c. 22: "ebrius iam sanguine ciuium et tanto magis eum sitiens," quum non poetico sermone incedat auctor, sed in omni capite de ebrietate disputet, lusum verborum magis continere videbuntur. Wetstenius autem, in conquirendis et large effundendis exterorum scriptorum exemplis sollertissimus, nil affert, quod tantopere insurgat. Και εθαυμασα — μεγα. Nec secus, quam par erat. Tam exsecrandam enim imaginem nullum σημειον ex omnibus, quae adhuc monstrata erant, spectandam vati praebuerat: tanta flagitia, tantum κριμα nondum conspexerat emblemate: obstupuit ergo et vox faucibus haesit. Sed

v. 7. adest interpres, qui silentium rumpat, aenigma soluendo sensumque emblematis enucleando. Profitetur is, enarraturum se, quid sit 1.) mulier et 2) bellua. A posteriore exorsus tum belluam omnem, tum partes eius singulas, quae prae caeteris percellebant, vati explicat, v. 8 - 14; dein figuram sedentis prope aquas mulieris exponit, v. 15; et denique, quid muliere ipsa intelligendum sit, subiungit. — Sequitur locus ob res historicas, quae, vt fit apud Danielem c. 11 sqq., iam innectuntur, innumeris laqueis impeditus, quos enodare omnes nemini dum interpretum contigit. De quo, quae mihi quidem proxime verum accedere videntur, perpetua adnotatione pertexam, aliorumque interpretum sententias, ne impediatur lectio, in excursu 5. subiungam.

v. 8. Infit explicatio, quae tamen, vt passim alibi (vid. prolegom. not. 101.), ad dissipandas

ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν· καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Και παρεσται. Ita pro lect. communi καιπερ εστι legitur in AB plurr. all. vtriusque familiae ap. Wetst. et Gr. 4 ap. Matth. 2 ap. Alter 8 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Arm. Ar. Copt. Hippol. Andr. Areth. Primaſ. probb. Grotio, Millio §. 510, Matthaeio, Wetsten. Griesbach. etc. Vulgat. et Aeth. ad ſequentia trahunt: *et hic exibit ſapientiſſimus ſenſus.* — In fronte verſiculi articulus το ante θηριον abeſt e textu communi.

pandas tenebras parum apta videbitur. Protinus quoad θηριον ipſum, nentiquam enarratur, quemnam indicet, ſed quaenam fata, quasnam viciſſitudines ſubeundas habeat. Haec autem ſunt eiusmodi, vt dubitari vix poſſit, nil aliud, vt breui dicam, quid ſentiam, figura του θηριου delineatum eſſe a poeta, quam ſummum illum veri Dei cultus aduerſarium, Satanam ipſum (Eichhornius cum aliis Neronem deſignatum eſſe vult), cuius figuram, capite 12 adumbratam, perfectiſſime reddunt ea, quae v. 3, ab auctore ſcripta ſunt: ſiquidem color ibi πυῤῥος, h. l. quod eodem redit, κοκκινος eſt: eius ουρας, quam in ſummam aſtrorum perniciem per coelum trahebat c. 12, 3, h. l. idcirco nulla fit mentio, quia in terra conſtitit: at διαδηματα, ibidem memorata, hic quidem non afferuntur diſerte, veruntamen inſediſſe capitibus monſtri credenda ſunt, quia capita (coronata) reges referre dicuntur v. 10. Satanae autem inſidere vrbs Roma peropportune fingi poterat a poeta, quia omnium terrarum, idola diuino honore proſequentium, princeps illa fuit et regina; idololatria autem ad Satanam auctorem referebatur: cf. notata ad c. 2, 13. Et haec quidem explicatio commodiſſime, nec vlla vi verbis illata, vt equidem arbitror, poterit perduci. Ην και ουκ εστι: *fuit, iam autem in abyſſum praecipitatum eſt monſtrum, vt prorſus exſtinctum et exſtirpatum credi poſſit.* Apprime quadrant in Satanam, qui, collapſa

ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, βλεπόντων τὸ θηρίον, ὅτι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ παρέσται.

9 Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ

lapſa Roma c. 16, 19, e ſede primaria turbatus, nullus iam videbatur, et per prolepſin conuenientiſſime dici poterat praecipitatus eſſe in illam abyſſum, in quem prolabitur c. 20, 3. Perinde cap. 14, 8. de vrbe dicitur επεσε, quum tamen c. 16, 19. demum concidat. Sed ex illa abyſſo (de voce αβυσσος vid. ad c. 9, 1.) αναβαινειν μελλει, emerget denuo, ſurſumque caput extollet, vti in fatis eſt, ſcil. poſt annorum millia c. 20, 7. Και εις απωλειαν, verum nonniſi in poſtremum exitium denuo emerget e voragine iſta, ſiquidem non diu obtinebit regnum, ſed υπαγει (vocabulum de migratione in loca perniciosa frequenter adhibitum, ſupr. c. 13, 10.) εις απωλειαν, non in abyſſum, vnde reditus datur, ſed in vltimam perniciem, quod narratur c. 20, 10, vt praeſens tempus υπαγει pro futuro poſitum ſit. Ὧν ου γεγραπται — καταβολης κοσμου. vid. ad c. 13, 8; cf. c. 3, 5. Θαυμασονται, βλεποντων (anacoluthon pro βλεποντες, q. d. βλεποντων αυτων). Obſtupeſcent homines pagani, qui fieri potuerit, vt θηριον, tanta vi et auctoritate praeditum, exſtingueretur: ſed nonniſi paganos id percellet, qui ſupremum numen non agnoſcunt: at homines chriſtianos eius interitus neutiquam miros habebit. Qui ad Neronem belluae figuram reuocant, vocabulum θαυμασονται vertunt: "gaudio, plauſu, honoribus, praemiis excipient reducem quaſi ex abyſſo et reſtitutum ſibi principem," vid. ad c. 13, 3.

v. 9. Hactenus bene omnia. Iam ſi liceret ea, quae v. 9 - 17. ſequuntur, pro additamento habere, aliena manu inſerto, nullae iam ſalebrae ſuperandae eſſent. Ac poſſes ſane obuertere, vix quaerendam eſſe in ſcriptore Judaico cognitionem hiſtoriae Romanae: proinde illata eſſe cuncta haec a ſciolo aliquo, qui et in inſerendis rebus hiſtoricis carmini noſtro ſimilitudinem cum Daniele conciliare allaboraret, et cuncta, quae inde a cap. 13. de θηριω ſunt expoſita, ad Neronem eiusque fata vellet conuertere. Tum pergeres, vix credendum eſſe, interpretem deſignando θηριω

λαὶ ἑπτὰ ὄρη εἰσίν; ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν.

ριω v. 8–17 immorari diutissime, at figuram mulieris ipsius nonnisi obiter tangere, et quae eiusmodi plura posses opponere. Sed abstineamus ab eis disquirendis, ne difficultate rerum enarrandarum absterriti nodum, qui soluendus erat, secuisse videamur, periculumque faciamus, quo pacto ex his tricis expediamur. — Ὧδε ὁ νους etc. vid. supra ad c. 13, 10, 18; 14, 12. Mens auctoris videtur esse: "ὁ νους, sensus allegoricus huius emblematis, σοφιαν εχει ὡδε pro ουτως, seu τηνδε: *sinnreiche Tendenz hat die Deutung dieser Vision, und zwar folgendermaassen.* Sin εχει, vt saepius fit, pro παρεχει dictum putas, sensus est: *sapientiam tibi dabit, occasione oblata, acumen tuum exercendi,* eritque dictum pari modo, ac illud c. 13, 18. Quae de θηριῳ sequuntur, optime congruunt imperio Romano, sed non est, quod idcirco missam faciamus interpretationem nostram, quae θηριῳ Satanam expressum esse contendit: siquidem vtrumque iunctum sibi coniurat amicissime, quod illucescet, dummodo, quae iam affert poeta, perinde verteris ac ea, quae subsequuntur. Ἑπτα κεφαλαι ἑπτα ὀρη εισι. *Die sieben Häupter bezeichnen die sieben Berge, auf welchen Rom liegt,* i. e. *Darum kann man Rom als im engsten Bunde mit dem Satan stehend, als ein auf jenem siebenköpfigen und zehnfach gehörnten Drachen reitendes Weib darstellen, weil es von seinen sieben Bergen herab herrscht, und weil die Zahl seiner Beherrscher bis zur Ankunft des Messias, sieben, oder, wenn man will, zehn ausmacht.* Ἑπτα ορη. Tritissimum Romae epitheton: vrbs septicollis. Ὁπου, επ' αυτων ex pleonasmo Hebr. Καθηται inuoluit notionem dominii et securitatis, vt infra c. 18, 7, vt ορη loco solii sint? cui insidet regina. Martial. Epigr. Lib. 4. habet: "septem *dominos* montes." Propert. Lib. 3, eleg. 10. "Septem vrbs alta iugis, quae toti *praesidet* orbi." Sunt ergo montes illi potentiae symbolum, et quidem septuplicis, i. e. ex Iudaeorum loquendi more, permagnae.

v. 10.

10 αὐτῶν. Καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν· οἱ πέντε ἔπεσαν, ὁ εἷς ἐστὶν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε, καὶ ὅταν

VARIAE LECTIONES.

v. 10. vsque ad cap. XVIII. 7 desunt in cod. Barocciano, qui apud Wetst. et Griesb. numero 6 signatur, id quod magno documento est, antiquiore iam aeuo hos versiculos, quorum verum sensum nemo facile eruet, in suspicionem venisse.

Ibid. ὁ εἷς ἐστι. Alii: και ὁ εἷς εστι. Vers. Copt. legit: και ὁ εἷς ουκ εστι.

v. 10. Alia ratio, cur septicipiti monstro insideat Roma, quod septem reges in vrbe imperauerant. *Porro eadem haec vrbs, quae septuplici se circumdedit arce (Virgil. Aen. 6,783.), septem quoque imperatores habuit.* Βασιλεις h. l. de imperatoribus Romanis, quorum primus fuit Caesar Augustus, intelligatur: ii enim et apud profanos, et in N. T. saepenumero, vocantur βασιλεις, 1 Tim. 2, 2; 1 Petr. 2, 13. De eis, quae sequuntur, nisi cum S. V. Hugio (Einleit. ins N. T. Th. II. p. 437.) lusum verborum iniisse poetam credere malueris, haec habeto: Series Caesarum Romanorum orditur ab Augusto: non a diuo Julio, vnde auspicantur Wetstenius et alii. Iam, qua tempestate scriptum est carmen nostrum, innotuerant septem: quinque e familia Caesarum, Augustus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero: et duo e gente Flauia, Vespasianus et Titus, ille pater iam ad imperium euocatus (prolegom. p. 62.): hic filius in Judaea quidem relictus, sed paternum regnum indubia successione adepturus. Galba, Otho, Vitellius non admittuntur in censum, quia neque ex vna eademque gente illustri oriundi erant, neque imperium diu obtinuerant, et "gens Flauia demum susceperat firmaueratque rebellione trium principum et caede incertum et quasi vagum imperium," Sueton. Vespas. init. Οἱ πεντε επεσαν. Augustus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero: Forsan non otiosus est articulus οἱ, sed indicat quinque *illos* e gente Caesarea. Ὁ εἷς, Vespasianus, tunc temporis imperium iam obtinens. Neque hic frigere articulum ὁ credam, sed indicare primum *illum* e gente Flauia (εἷς pro πρωτος vt c. 15, 7; c. 18, 1, alibi).

Ὁ

ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι. Καὶ τὸ 11
θηρίον, ὃ ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι,
καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει.

Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Adnotat Wetstenius, in Versione Coptica pro ογδοος legi αγγελος quod nostrae de Diabolo explicationi fauet.

Ὁ αλλος ουπω ηλθε. Titus Flauius, tum Hierosolymam obsidens, suo tamen tempore ad imperii summam dignitatem euehendus. Οταν ελθῃ, ολιγον δει αυτ. μειναι, quia scil. aduentus J. C. imminebit, eumque vix dum imperium aggressum e solio praecipitabit. cf. c. 12, 12. — Obuerti quidem posset huic interpretationi, quod mirum sit, poetam de Tito solum, nec pariter et de Domitiano, qui tamen et ipse e gente Flauia oriundus erat, cogitare: sed respondemus: nunquam forsitan de eo audiisse poetam, quum tamen Titus, Romani exercitus, vrbem oppugnantis, dux et imperator eum vix latere posset: in longiorem autem successorum seriem poetam idcirco non prospicere, quia persuasissimum habebat, Tito imperante, indubie aduenturum esse Messiam. *Es kann nach dem jetzigen Kaiser höchstens noch einer kommen, und auch der wirds nicht lange mehr machen.* Adde, quod quocunque tandem modo numerus septenarius extorquendus erat a poeta, qui in ea arte ipsa eam σοφιαν ponebat, de qua loquitur v. 9.

v. 11. Atque septem his capitibus, quae in rei christianae perniciem conspiravere, accedit Satanas ipse, foedusque paciscitur (*Octupel-Allianz*) tanquam dux caeterorum et antesignanus. Ex των ἑπτα εστι, vulgo vertitur: *octauus ille est vnus ex serie των ἑπτα*; quod quum sibi contradicere videretur, plurimas molestias interpretibus creauit hic locus. Sed hoc indicare verba mihi videntur: "est ex eadem *classe*, einsdem farinae (*von demselben Gelichter*)," infenso quippe erga J. C. animo, perinde ac septem illi, quibuscum foedere iungitur. Eiusmodi sensum exprimi posse particula εκ, larga exemplorum copia comprobatum dedit Vigerus de Idiotismis lingu. Graecae p. 580. Occurrit et in N. T. 1 Tim. 1, 5; et eodem

12 Καὶ τὰ δέκα κέρατα, ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὐκ ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασι-

VARIAE LECTIONES.

v. 12. Ουκ ελαβον. Ita expressum dedit Bengelius ex A, praeeuntibus editt. Erasm. Ald. Colinaei. Vulgaris tamen lectio ουπω, quae et in omnibus apud Matth. inuenitur, neque a Wetstenio nec Griesbachio vlloue alio sede sua mouetur.

Ibidem post μιαν ὡραν codex Vffenbachianus, qui apud Wetst. et Griesb. numero est 16, inserit ου.

eodem sensu vice versa homines mali Jo. 8, 44. dicuntur εκ του διαβολου ειναι, vti h. l. diabolus dicitur εκ των ἑπτα πονηρων ειναι.

v. 12. Conturbata fuit imago ipsa, sub qua c. 12, 3. Satanam spectandum praebuerat carmen; nec nisi eum vi quadam decem cornua aptari poterant septem capitibus, vid. supra ad ill. loc. Quid mirum, et exegesin emblematis turbatam reddi et confusam? si sensus (νους v. 9.) tam septem capitum, quam decem cornuum, est extricandus. Ad imperii quidem insigne etiam κερατα illa adhibenda erant, quia imperium et potentiam symbolice indicabant, (supr. ad c. 5, 6.). Atqui iam septem Imperii signa exposuerat: et etiamnum decem signa, eandem rem indicantia, supersunt explicanda. Quomodo ex his tricis expediisse se poetam putamus? Audiamus. Non septem solum imperatores Romanum regnum obtinuisse ait, v. 10; sed et decem, v. 12. At qui fieri istud poterit? Nos vero nolimus hic cum intt. permultis decem toparchias circumspicere, aut decem cohortes legionum; quae cuncta, quam sint precaria, in oculos incurrit; sed admittamus in computum versiculi 10. Galbam quoque, Othonem Vitelliumque, et exibit numerus denarius. Sens: *Wenn der Satan, womit Rom verglichen wird, mit sieben Köpfen abgemahlt ist, so geht das sehr gut an, weil Rom auf sieben Bergen liegt, und sieben Kaiser zählt, fünf schon verstorbene, einen jetzigen, und höchstens noch einen, der vor der Ankunft des Messias noch kurze Zeit regieren kann. Allein wenn derselbe Satan auch mit zehn Hörnern abgebildet wird,*

βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου.
Οὗτοι

wird, ſo paſſet auch das ſehr gut, weil es ja eigentlich zehn Kaiſer ſind, freylich zum Theil nur Schattenkaiſer. Haud dubie in his exputandis nimis argutati eſſe nonnullis videbimur. Sunt argutiae: quis enim neget hoc? ſed argutias ſectatur emblematis interpres cum poeta ipſo; argutandum eſſe praecipit auctor v. 9, nam haec et huiuscemodi eſt ea σοφια, cuius exercendae opportunitatem dedit emblema, vt ait v. 9. Iam vero ſi quilibet auctor ex ſenſu et ingenio proprio et ſuo explicandus eſt, non multum a vero aberraſſe nobis videmur, ſi ea, quae argute dicta ſunt, et argute explicamus. — Sed videamus iam, quam contemtim de decem iſtis regulis loquatur. Την βασιλειαν ουκ ελαβον, ſeu ex lectione vulgari ουπω: ne adepti quidem regnum dici poſſunt, quia nullo tempore firmum ſtetit ſolium. Ὡς βασιλεις, *Schattenkönige ſind ſie, und das nur auf kurze Zeit,* μιαν ὡραν, vid. 1 Theſſ. 2, 17; Matth. 20, 12; 26, 14; Philem. v. 15. Μετα του θηριου. Similitudinem h. l. et convenientiam deſignat particula μετα, vt ſit ſenſus: "regnum eorum nonniſi εφημερον erit, perinde ac imperium του θηριου, Σατανα, perbreue eſt, c. 12, 12, quia εις απωλειαν ille ὑπαγει," ſupra v. 8 et 11. Prorſus eadem particulae vis exprimitur Hebr. 11, 9. Non credo equidem, illud contra hanc explicationem moneri poſſe, quod, quae hic diſputata ſunt, ad Galbam, Othonem et Vitellium quidem quadrant, minime vero ad potentiſſimos Caeſares Romanos alios. Cogitemus enim, contemtim h. l. de regno Romano loqui auctorem, quatenus eos cum ſummi numinis et J. C., quem laceſſunt, poteſtate confert. Illi, inquit, nonniſi ὡς βασιλεις, *quaſi* reges, appellandi ſunt, quum verus et ſolus rex ſit Deus v. 14, cuius et ſuorum imperium per omnia ſaecula ſaeculorum valebit, quum illorum regnum μετα του θηριου et ſurrexerit, et ceciderit (εις απωλειαν ὑπαγει). — Sin tamen et alias ob cauſſas, mihi hucusque ignotas, improbanda videbitur haec interpretatio; quin per luſum haec omnia, et rotunde, vt aiunt, dicta eſſe credimus, diabolumque, tam Chriſtianiſmi inſectatorem cap. 12, quam Romae vrbis vectorem c. 17, et ſeptem illa et decem poteſta-

13 *Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν*

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Αυτων. Ita pro vulgari lectione ἑαυτων, quam retinuit Wetſt. et Griesbach., expreſſit Bengelius ex A et nonnullis aliis, 5 ap. Matth. 1 ap. Alt. 4 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Hippol. Andr. Areth.

Ibidem. Διδοασιν pro vulgari lectione διαδιδωσουσι A et alii ap. Wetſt. et Griesb. 5 ap. Matth. 1 ap. Alt. 8 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Arm. Vulg. Irenaeus, Andr. Areth. probb. Wetſt. et Griesb. etc. Difficilior eſt lectio διδοασι, quia tempus praeſens, inter medias formas futuras occurrens, impedire videtur. Similiter infra c. 18, 11 κλαιουσι legendum, non κλαυσουσι. Matthaeius: διαδιδωσουσι eſt εκ διαδοχης δωσουσι: ſaepe enim δια ſeriem et conſecutionem denotat, ut e. gr. διαδεχεσθαι την πατρωαν αρχην, i. e. *conſequi et obtinere.*

poteſtatis ſymbola nonniſi ad ornatum poeticum reuocanda eſſe: nec quidquam vlterius eſſe diſquirendum, nedum euentus hiſtoricos circumſpiciendos. Caeterum ingenue fateor, nulli explicationi alii, quae apud interpretes doctiſſimae inueniuntur, de quibus Excurſ. 5. diſputabit, ſubſcribere me potuiſſe, nec Herderi, qui ſeptem montes Hieroſolymitanos et decem toparchias Palaeſtinae etc. in mente habet, nec perilluſtris Eichhornii, qui Neronianam hiſtoriam, ex qua ſupra ad c. 13, 3. nonnulla annotata ſunt, in ſubſidium vocat, nec aliorum, veluti Langii, qui decem regibus alios reges, non Romae, ſed aliis in partibus terrarum regna ſua capeſſentes indicatos fuiſſe vult.

v. 13. Γνωμη *ſententia*: μιαν γνωμην εχειν, *ſumma concordia, ſummo animorum conſenſu agere.* Exemplorum farrago inuenienda apud Wetſten. *Dieſe 7, oder dieſe 10, handeln alle nach gleichen Principien, das Chriſtenthum auszurotten.* Subintelligit forſitan: quamuis plures imperatorum a populo ſuo laudabantur, in eo tamen coniurarunt et etiamnum coniurant omnes. Και την δυν. — διδοασι. Saepius in carmine occurrit verbum διδωμι, vt ſubaudiendum ſit δυναμιν (v. c. c. 6, 4.), h. l. diſerte additur; *cedunt, permittunt*: *Ja noch mehr* (ita verte-

τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ διδόασιν. Οὗτοι 14
μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον
νικήσει αὐτοὺς, ὅτι κύριος κυρίων ἐστὶ καὶ βα-
σιλεὺς βασιλέων, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ κλητοὶ καὶ
ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί.

Καὶ λέγει μοι· τὰ ὕδατα, ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη 15
κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσὶ, καὶ ἔθνη καὶ
γλῶσσαι. Καὶ τὰ δέκα κέρατα, ἃ εἶδες, καὶ 16
τὸ

verterim το: και) *ſie geben ſich und ihre Macht ganz dem Teufel zur Diſpoſition.*

v. 14. *Sed efferant animos, acuant iras, nil prorſus efficient*, ου προκοψουσιν επι πλειον, 2 Tim. 3, 9. Qui ſubſequitur locus, illis N. T. adnumerandus erit, in quibus diuina praedicata Jeſu Chriſto attribuuntur, licet arripiat profecto ingrata illa antanaclaſis, ex qua J. C. modo αρνιον, et ſtatim poſt Κύριος, vocatur. Και οἱ μετ᾽ — πιστοι, *fideles ſectatores*, vocabulis ſatis frequenter in N. T. occurrentibus ita vocati. Subaud. autem: νικησουσιν αυτους, vt τα: ὁτι — βασιλεων parenthetice ſint legenda.

v. 15. Hactenus figura του θηριου ex praeceptis της σοφιας v. 9. explicata eſt. Iam ad locum, in quo conſpicitur monſtro inſidens mulier, pergit interpretatio. Λαοι — γλωσσαι vid. ſupra c. 5, 9; 13, 7. Ὑδατα. Hanc aquarum imaginem frequentiſſime adhibitam fuiſſe ad indicandam populorum frequentiam et celebritatem, tum ſupra ad v. 2. obſeruauimus (cf. Pſ. 32, 6; 93, 3; 144, 7; Jeſ. 17, 12), tum ex ſcriptoribus Judaicis conſtat. *Bemidbar Rabba.* 2: "non ſunt aquae multae, niſi gentes mundi. *Schir R.* 8, 7: aquae multae ſunt multitudo populorum." *Targum.* Cantic. 8, 6: "congregabuntur omnes populi, qui aſſimilantur aquis maris, quae ſunt multae." Cum tanta populorum frequentia rem habuit proſtibulum illud: omnes ei ſupplicarunt, idolorumque cultum ſunt amplexi.

v. 16. Verum enimuero, tametſi contra rem chriſtianam, quam ſibi aduerſari arbi-

τὸ θηρίον, οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνὴν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται, καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Και το θηριον. Ita pro vulg. επι το θηριον in AB, plurr. all. vtriusque famil. apud Wetst. et Griesb. 5 ap. Matth. 2 ap. Alt. 7 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Copt. Aeth. Vulg. Hippol. Andr. variisque Latinis.

arbitrantur, insurgent, attamen hominum imperio sibi subiectorum commodis parum prospiciunt: imo in sua ipsorum saeuiunt viscera, et, sui ipsorum tantummodo ratione habita, rempublicam omnem parum curant. Quam vera et iusta omnium imperatorum Romanorum, inde ab Augusto vsque ad Vespasianum, effigies! quoties illi senatum oppresserunt, qui vel leuissimam reipublicae et libertatis vmbram vellet amplecti! Omnis eorum splendor et maiestas nonnisi in detrimentum reipublicae vertit. Τα δεκα κερατα, *omnes imperatores Romani*, pusilla illa triade non exclusa. Μισησουσι, quatenus rem suam tantummodo, non publicam, quae suae saepissime aduersatur, cogitant. — Quae sequuntur και ηρημωμενην etc. ornandi loci caussa sunt adiecta, in quibus tamen metaphora vaga est et inconstans, siquidem ερημωσαι et κατακαυσ. εν πυρι, quibus incendium Neronianum fortasse indigitatur, spectat ad vrbem et adiacentem regionem, γυμνην ad ornatum mulieris, supra v. 4, σαρκας φαγειν (Deut. 31, 42; Ies. 49, 26; Jerem. 30, 16; 2 Cor. 11, 20.) ad mulierem ipsam. Notandum autem, futurum tempus, quod verba versiculi exprimunt, non id sibi velle, vt a temporibus futuris eiusmodi calamitas sit exspectanda, sed positas esse eas formas aoristice, vt δωσουσι illud c. 4, 9: namque eum vitae tenorem inierant iam inde ab Augusto principes Romani, et, qui tum regnabat, eundem tramitem persequebatur. Dixerat autem auctor, τα κερατα, imperatores, et το θηριον, Satanam, omnium illorum antesignanum, hanc viam secturos esse: cuius rei, sicuti et omnis illius temeritatis, rationem reddit in eis, quae subsequuntur.

v. 17.

ἐν πυρί. Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας 17
αὐτῶν, ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι
μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν
τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθήσονται οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ.
Καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Verba ποιησαι την γνωμην αυτου και ποιησαι desunt in A, Vulgat. Tychon. Andr. prob. Mill. proleg. §. 1800. Bengel. in Gnomone: "Non ausim affirmare, antiquum librarium verbum ποιησαι per festinationem iterum arripuisse, et, cum id delere nollet, sententiam ex v. 13 suppleuisse. Perantiquus videtur potius esse hiatus." Alii tamen ex auctoritate Andreae haec e multis abesse credunt.

v. 17. Repetit quippe perversam hanc imprudentiam omnem a Deo, dicendo: "nec casu ita accidet, sed moderante ita diuina prouidentia, quae cuncta sapienter attemperat, et in iustissimae caussae commodum vertit." Ita et flagitia gentilium Deo accepta feruntur Rom. 1, 24. 26. Cic. Orat. pro Milone c. 33: "Dii immortales — mentem dederunt illi perdito et furioso, vt huic faceret insidias." Vti Jesu Christo in cruce suspenso Judaei, ita et pagani calamitate, quam intulerunt Christianis, nil nisi decreta diuina perficiunt, ποιουσι την γνωμην αυτου. Phrasis similis illi, quae aderat v. 13, denotat: voluntatem alicuius perficere, quo sensu apud Arrianum, Thucydidem etc. occurrit; vid. Wetst. ad h. . Δουναι την βασ. τ. θηρ. vid. ad c. 13. Non solum eo obtemperant Satanae, quod homines christianos vexant excruciantque, sed et, quod rem Romanam ipsam lacerant dissipantque. Atque in ea re persistunt αχρις ου τελεσθησονται οἱ λογοι του Θεου, donec adfuerint tempora illa, quibus omnis gentilium superstitio tam languida reddita erit et effoeta, vt rei christianae nihil iam inde sit metuendum. Οἱ λογοι, non, vt lect. vulg. habet, τα ῥηματα, sunt *oracula diuina*, נאם יהוה, scil. de doctrina christiana omnium gentium aliquando regina et domina.

18 Καὶ ἡ γυνὴ, ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη,
ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

Cap. XVIII. 1 Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον ἄλλον ἄγγελον καταβαί-

v. 18. Tandem ad mulierem conuerſus interpres, exegeſin emblematis abſoluit. Leuiſſime perſtringuntur haec, ſed eo diſertius, vt dubium vix ſupereſſe poſſit, Romam vrbem, cuius tantum non nomen recitatur, eſſe intelligendam; quamvis Herderiana interpretatio et haec Hieroſolymis aptare ſtudeat, ſub βασιλευσιν intelligens regulos, tetrarchas etc. Noli tamen breuitatem hanc repetere a metu auctoris, timentis ne prolixiore ſermone capitis periculum adiret. vid. notata ad c. 13, fin. Ἡ πολις ἡ μεγαλη — γης. Martialis Lib. 12, epigr. 8: "Terrarum Dea gentiumque, Roma, Cui par eſt nihil et nihil ſecundum." Plura exempla legere qui ſatagit, adeat Wetſtenium, qui pleniſſimum copiae cornu hic effundit.

Sufficiant haec ad interpretationem meam qualemcunque explicandam commendandamque. Aliorum intt. clariſſimorum ſententias dabit Excurſ. 5.

Cap. XVIII. Miſſis iam, quaecunque epiſodium capitis 17. carmini immiſcuerat, capitis 16ti finem repetamus, cui, quae iam ſequuntur, iungenda ſunt nexu arctiſſimo. Collapſa igitur eſt magna illa vrbs, princeps ſuperſtitionis peregrinae ſedes et fortiſſimum propugnaculum, nec vlla miſeris ſpes ſupereſt, niſi triumuiratus ille, totius belli contra chriſtianos ſuſcepti dux et auſpex, quo freti ne ſic quidem a maledictis et probris in Deum coniiciendis abſtinere poſſunt. — Suſpicor equidem, interitum huius triumuiratus de induſtria nondum expoſitum eſſe a poeta, ne, ſi magna illa clade, quam inflixiſſe leguntur non niſi angeli, Dei et Meſſiae miniſtri, concidiſſent et illi, nil ſupereſſet aduentanti Meſſiae, quod debellaret ipſe. Quid tamen prohibere credimus, quo minus iam, ſubactis non Judaeis ſolum (cap. 11 et 12.), ſed et paganis, ad regnum ſuum inaugurandum tandem aliquando adueniat Meſſias? Nil vero! imminet aduentus, et coelitus deſcendens ipſe (io triumphe!) ſolenni pompa

ταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγά-

VARIAE LECTIONES.

v. 1. Ἄλλον. Vox haec deest in leot. vulg., adest tamen in AB multisque all. ap. Wetst. et Griesb. 5 ap. Matth. 2 ap. Alt. 8 ap. Birch. Complut. Plant. Genev. Erasm. Syr. Ar. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Hippolyt. Andr. Areth. et Latinis.

pompa victor ingreditur, omniaque, quae aduersantur, occidione occidens, tandem et tres illos duces et antelignanos sub Orcum mittit; iamque regnum suum occupat: vid. mox c. 19, 11 sqq. — Antequam tamen expeditionem istam victricem carmine persequitur Joannes, praemittit nonnulla, quae proxime subsequuta fuisse credi poterant tantae vrbis casum, qui procul dubio varie admodum affecisse existimandus erat hominum animos, quorum alii, tale quid accidere potuisse ne cogitatione quidem assequi poterant, alii resurrecturum mox ex cineribus Phoenicem confidebant, alii miserrimo eiulatu plangebant tam improuisam calamitatem, alii ὑβρίζοντες irridebant deuictos, et nullam cum eis consuetudinem habere homines commonefaciebant.

Annotant plerique, capite 18ve lessum seu carmen epicedion cani in vrbem euersam: admonentque, quia coelites non decebat planctu et lamentatione lugubri prosequi vrbem profanam, ita de industria attemperasse poetam carmen suum, vt e theatro coelesti reuocaret angelum, qui de lamentis terram personantibus ad Joannem referret. Quod mihi secus videtur: siquidem angeli, qui e coelo exeunt, nuncii sunt et interpretes eorum, quae in coelo agebantur, et circa ruinam vrbis colloquiis coelitum vsurpabantur. Sunt autem ea eiusmodi, vt sarcasmus et irrisio hostilis in eis absque negotio inueniatur, qua coelites illudunt vrbi euersae et desperatis iam conclamatisque aduersariorum rebus; admonentes omnes, ne vllam amplius rem habeant cum muris illis deiectis et nullo tempore resurrecturis. Nolimus obloqui, discrepare id toto, vt aiunt, coelo ab ethica christiana. Discrepant et illa, quae c. 19, 17 angelus vociferatur. Cogitemus vero, carmen nos legere, in quibus eiusmodi res neutiquam cum puluisculo excutien-

μεγάλην, καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ.
2 Καὶ ἔκραξεν ˜ ἰσχύϊ, φωνῇ μεγάλῃ: λέγων·
˜ ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ.

ἔπεσεν,

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Retinuit Bengelius lectionem vulgarem, pro qua tamen εν ισχυρᾳ φωνῃ legendum, vti in margine interiore adnotatum est. Ita habent AB, aliique ap. Wetst. et Gr. 5 ap. Matth. 5 ap. Birch. Plantin. Genev. Copt. Syr. Ar. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. Latini, probb. Wetst. Griesbachio, qui in textum recepit, et Millio, prolegom. §. 510. Legitur et aliter in aliis: quae lectionis inconstantia suspicionem forte mouere posset, legendum esse εκραξε φωνῃ μεγαλῃ, seu tantummodo: εκραξε.

Ibid. Δαιμονων, forte δαιμονιων, vid. ad 16, 4.

cutiendae sunt: cf. Prolegom. p. 36. nr. 5. et Eichhorn. in locis nota 45 laudatis. Caeterum et in huiusmodi carmine praeeuntes noster habet prophetas maiorum, in quibus frequentissime ab Israelitis pessima quaeuis praenunciantur superbis vrbibus, Babyloni, Tyro, Damasco etc. iisque euersis cum risu et odio illuditur. Vid. Jes. cap. 13; cap. 14; c. 17 et 18; c. 23 et 24; c. 34; c. 47. Jerem. c. 50 et 51; Ezech. 27; Nah. c. 2 etc. e quorum carminibus fere omnia in suum transtulit noster. Accuratiorem autem carminis, quod iam sequitur, dispositionem noli quaerere: siquidem non vnus e nunciis diuinis illud recitat, sed plures se excipiunt: modo loquuntur angeli ipsi: modo homines eiulantes inducunt: modo forma loquuntur praesenti, modo futura: facillimo tamen nexu priora a sequentibus excipiuntur, neque est, quod impediat.

v. 1. Δοξης. Clarissimam lucem effundere sistitur coelestis nuncius, vti figura illa c. 10, 1, quae omnia, quae in terra lucent, ita superauerit, vt illa quasi obnubilaretur.

v. 2. Εκραξε. Vox angelorum intentissima et clamans in carmine nostro subinde sistitur, cf. ad 1, 10; 10, 3. Επεσεν, επεσε, ex Jes. 21, 9. expressum. Euersa autem vrbs non potest inhabitari, adeoque in desertum mutatur: vnde *euertere domum* et *desertam linquere* synon. sunt, Matth. 23, 38. Atqui loca ab hominibus

deserta

ἔπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο
κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύ-
ματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου
ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου· ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου 3
τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα
τὰ ἔθνη, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς
ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς δυνά-
μεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν.
Καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ 4
λέγουσαν· ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς, ὁ λαός μου, ἵνα
μὴ

deserta occupantur a feris, et ex Judaeorum mente non a feris solum, sed et a malis daemonibus, quorum domicilium deserta erant, Matth. 12, 43; sed non *κατοικητηριον* solum, verum et *φυλακη*, vbi quasi vincti sunt daemones, vnde nec exitus datur, nisi soluentibus superis, supra c. 9, 14, vbi vide. Indicatur, tristem hanc sortem excisae vrbis non temere faciliorem reddi tum iri. *Ορνεου ακαθαρτου.* Aues impurae pro omnibus animalibus impuris ponuntur: ea autem prae aliis horrebant et detestabantur Israelitae, nec nisi hostibus ea imprecabantur, Ies. 13, 21; c. 34, 14; Jerem. 51, 37 etc. Quae ex Artemidoro huc affert Wetstenius, parum quadrare videntur.

v. 3. Ratio, cur tanta ruina conciderit vrbs. — De hac metaphora vid. supra ad c. 14, 8. 10; c. 17, 2. 4. *Θυμου*, vel *inebrians*, vel *venenatum*, vid. ad c. 14, 8. *Στρηνος*, *luxus*, 1 Tim. 5, 11. *Δυναμις* de *opibus* interpretatur Eichhornius ex Ruth. 4, 11; Ies. 61, 6, vertens: *opibus eius, luxus ostentandi caussa profusis, ditati sunt mercatores.* Potest autem *δυναμις του στρηνους* esse quoque *immensus luxus, omnia profundens*, sensu eodem.

v. 4. Nequeunt coelites temperare sibi a gaudio ob expugnatam vrbem; vnde ministrum illum, qui laetum istum de parta victoria nuncium attulerat, subsequitur alius, qui a consuetudine cum tam vili et de-
pressa

μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἐκ
5 τῶν πληγῶν αὐτῆς ἵνα μὴ λάβητε· ὅτι ἐκολ-
λήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ.

καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Εκολληθησαν. Ita pro vulgari multo frequentiori ηκολουθησαν, quod interpretamenti caussa effictum videtur, legitur in AC, multisque aliis vtriusque familiae apud Wetst. et Griesb. 5 ap. Matth. 2 ap. Alt. 7 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Arr. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth. Cyprian. probb. Mill. §. 955, Grotio, Griesbachio, Wetstenio, qui habet: "patet hoc ex Jeremia; דבק enim aliquoties vertitur κολλασθαι, nunquam ακολουθειν." Vsurpatur κολλασθαι ita apud LXX Thren. 2, 2; Zach. 14, 5.

pressa vrbe christianos absterreat, ne flagitiorum contagione inficiantur et ipsi, eademque poena digni coram supremo iudice habeantur. Λαος, εξελθετε, ex satis frequenti forma collectiua dictum. Expressit poeta Jeremiam c. 51, 6; Cf. Numer. 16, 26. Πληγη αυτης ex genetiuo similitudinis dictum, vt υπομονη Ιησου X. c. 1, 9, vbi vide. Intelligendum non tam de clade, quae vrbem iam prostrauerat, quamquam et eorum, quae inde euenere, malorum participes fieri poterant et alii; sed, vt ex v. 5. patet, in primis de poenis in vita aeterna. Noli tamen subtilius quaerere, cur εξερχεσθαι moneantur Christiani ex vrbe, quae in ruinas versa non amplius potuit ab hominibus inhabitari, v. 2. Loquitur hic non idem angelus, qui v. 2. ob vrbem in desertum versam exsultauerat, et si loqueretur idem, nil foret; nisi: *abstinete a consuetudine cum eius incolis.*

v. 5. *Profecto enim grauissimae eos poenae manebunt.* Εκολληθησαν; vid. var. lect. Si legendum esset ηκολουθησαν, bene vox responderet illis, quae supra c. 14, 13. adfuerant; iamque, vt ibi bona opera, ita hic peccata vsque ad iustissimi Dei tribunal sequuntur. Sed multo maius pondus inest voci εκολληθησαν. Adhaerent illis ad iudicem coelestem proficiscentibus peccata tenacissime, perpetui comites et accusatores. Genes. 18, 20. 21; c. 19, 13; et Odyss. ο, 328, των υβρις τε βιη τε σιδηρεον ουρανον ηκει. Cf.

Jerem.

καὶ ἐμνημόνευσε ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς.
Ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν = ὑμῖν:, 6
καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς·
ἐν

VARIAE LECTIONES.

v. 6. ὑμιν. Seruauit vocem ex lect. vulg. text. Bengel. At abest ex AC aliisque apud Wetst. et Griesb. 2 ap. Matth. 3 ap. Alt. 6 ap. Birch. Syr. Arr. Copt. Aeth. Vulg. probb. Millio proleg. §. 1218, Grotio et ipso Bengelio.

Jerem. 51, 9. Εμνημονευσε ὁ Θ. τα αδικημ. α. Cf. annotata ad c. 16, 9. Iustissimus iudex vti, quoties bene facta praemiis ornat, μνημονευειν, μνησθηναι τινος dicitur, Nehem. 13, 31; Actor. 10, 31; ita, vbi peccatis poenas infligit, similiter vocatur recordari peccatorum humanorum, Ps. 109, 14.

v. 6. Pergit angelus: *sed non sufficit, nullam amplius cum vrbe exsecrata consuetudinem iniisse: imo manus ei inferte, vindictam exigite, nec parem solum, sed duplo maiorem.* Verba sunt expedita: alterum απεδωκεν ad paronomasiam effingendam adhibitum est, pro εποιησε κακον, Jerem. 50, 15, aut simili aliquo. Διπλους. Vox pro eis ponitur, quae omnino sunt grauiora, Jes. 40, 2; Jer. 16, 18; Zach. 9, 12: post διπλα subaudiatur πηματα, et post διπλουν subintell. ποτηριον, *duplicem veneni portionem eis propinate.* Ne hic quidem offendat lectorem, praecepta invenisse, eis, quae de animo et erga hostes et inimicos beneuolo commendat Jesus, prorsus repugnantia. Si vel a Joanne, Jesu apostolo, conscriptum esset carmen nostrum, qui quum vitam suam et mores prae aliis ad exemplar magistri, cui in deliciis erat, composuisset, et in epistolis caritatem commendet vel maxime, nil miraremur, quandoquidem h. l. id potissimum agit, vt sententias, quas inuenerat in carminibus poetarum antiquiorum, quorum haudquaquam facilem erga aduersarios animum nemo ignorat, carmine suo exprimat. Atqui nec miramur in scriptis Paulli apostoli, qui de caritate christiana 1 Cor. 13, praeclare admonuerat, vbi de aduersariis rei christianae sermo est, eiusmodi sententias inuenisse, quales legimus 2 Thess. 1, 6. Cf. prolegom. not. 80. Sententias

ἐν τῷ ποτηρίῳ, ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν.
7 Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον
δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος, ὅτι ἐν τῇ καρ-
δίᾳ αὐτῆς λέγει· κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα
8 οὐκ εἰμὶ, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. Διὰ τοῦτο ἐν
μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος καὶ
πένθος

tias nonnullas similes e profanis huc attulit Eichhornius, ex Aristotele: Ου δικαιον, ει τις τον οφθαλμον εξεκοψε τινος, αντεκκοπτηναι μονον, αλλα πλειονα παθειν, et Sophocl. in Oedipo tyranno v. 1328: «και θαυμα γ' ουδεν, εν τοσουτοις πημασι διπλα σε πενθειν και διπλα φερειν κακα».

v. 7. *Omnia gaudia, quibus gloriabatur hostilis vrbs, vestra opera in damna et miserias conuertuntor.* Δοξαζειν ἑαυτον posset significare *gloriari, iactare*, sed praefero sensum, qui idem adest et 1 Cor. 12, 26, *genio indulgere, cutim curare, sich gütlich thun.* Aptissime id iungitur sequenti εστρηνιασε, *luxuriata est*, vid. ad 1 Tim. 5, 11: Ὁσα εστρηνιασε autem dictum pro καθ' ὁσα. Sequuntur verba gloriabundae vrbis. Καθημαι, *secura, ab omni calamitate tuta; omnibus leges scribens, vt regina*, vid. ad Ies. 47, 7. 8; Ezech. 27, 3; Zeph. 2, 15. Χηρα ουκ ειμι, Vti femina liberis orbata, ita et vrbs, ciuibus tanquam filiis filiabusque ex ea eiectis, vidua potest nominari. Hanc autem viduitatem a se longissime abesse vere gloriari potuit vrbs Roma, tanta incolarum frequentia celebris, vnde phrasis per litoten expressa videtur ad indicandum ingentem incolarum numerum. Perinde iactantem Nioben inducit Ouidius, Metamorph. Lib. 6, v. 193: "Sum felix, quis enim neget hoc? felixque manebo, Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit, Maior sum, quam cui possit fortuna nocere."

v. 8. Tam insolentem autem arrogantiam indigne ferens Deus ex improuiso a summo culmine praecipitem egit gloriabundam. Nota, ea, quae seqnuntur, in forma futura dicta, vel sic esse intelligenda: e miseriis, in quas praecipitata est vrbs, c. 16, 19 sqq. nunquam emerget; vel sensu aoristo et inde-

πένθος καὶ λιμός· καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται·
ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ κρίνας αὐτήν.
Καὶ κλαύσονται καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ Βασι- 9
λεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ
στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς
πυρώ-

indefinito esse sumenda, vt statim v. 11. subsequitur praesens forma: vti ad cap. 17, 16. nec non ad initium huius capitis obseruauimus. Εν μιᾳ ἡμερᾳ, ex improuiso, inopinato, ita ביום אחד Jer. 47, 9; Jes. 10, 17, vt εν μιᾳ ὡρᾳ infra v. 10. 16. 19. Phrasis et apud scriptores exteros frequentissima, vid. Wetst. ad h. l. Θανατος indicare potest in specie pestilentiam, cf. ad c. 2, 23. Πενθος, vt Eichhornius opinatur, exprimit luctum ob orbitatem, adeoque orbitatem ipsam, ex oppos. iactantiae illius, v. 7, seu mortem gladio illatam. Idem θανατον, πενθος, λιμον et πυρ plagas esse autumat, ex industria ad numerum quaternarium reuocatas, id quod in Excursu ad c. 6, 1, in vsu fuisse demonstrat. Mihi tamen omnia haec synonyma non nisi ad augendum horrorem cumulata esse videntur. Caeterum parallela loca, vnde haec expressit noster, quaeras in Jerem. cap. 14; c. 27; c. 34; c. 38; c. 42; c. 44. Κρινας puniens pro κατακρινας. Ὁτι ισχυρος: neque id secus, quam par est: summa enim est potentia eius Dei, qui hanc calamitatem affert.

v. 9. Et tantum ob casum, sicuti haud immerito exsultabunt christiani (infra v. 20.), ita ingemiscent omnes, qui a partibus paganismi stant. — Hic vtique infit lessus, vsque ad v. 19, sed per caput integrum ille haudquaquam pertexitur, vid. ad initium capitis. Κλαυσονται, forma media alias in N. T. non occurrit, vnde et vulgaris lectio habet κλαυσουσι. Κοψονται, vid. supra ad c. 1, 7. Πορνευσαντες μετ' αυτης, vid. supra ad c. 17, 2. Πυρωσις, incendium, non nisi h. l. et infra v. 18. hoc sensu occurrens: Neminem autem percellat, et h. l. confundi sermonem et ad alias metaphoras deflecti, siquidem vrbs quidem, at non aeque meretrix, πυρωσει, quae καπνον effundit, castigatur.

Vidi-

10 πυρώσεως αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ
τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες· οὐαὶ
οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, Βαβυλὼν ἡ πόλις ἰσχυρά,
11 ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. Καὶ οἱ ἔμπο-
ροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ,
ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι,
12 γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου καὶ
μαργα-

Vidimus tamen eandem imaginum perturbationem et supra c. 17, 16 et alibi.

v. 10. Neque audent eiulantes illi propius accedere, ne et ipsi plaga ea feriantur, sed e longinquo lamentantur, fere vti Ps. 38, 12; Matth. 27, 55. Ουαι supra c. 8, 13, lamentantium vox, vt Jes. 1, 4.

v. 11. Quae iam de effectu, quem in *mercatorum* potissimum animis produxerit vrbis ruina, afferuntur et saepius deinceps repetuntur, quum Roma tamen mercatura non admodum celebris fuerit (cf. tamen Plin. H. N. Lib. 6, cap. 26.), ideirco praecipue expressit poeta, quia imitatur carmina illa maiorum ad v. 1. allata, in quibus, vti in Ezech. c. 27, nonnulla in occasum *Tyri*, *celeberrimi emporii*, dicta erant; fortasse et, quia in vrbem capitalem vndique confluebant merces, ad splendorem et luxum ostentandum accommodatae. Γομος, alias Φορτιον, significat merces, quibus naues onerantur, *Schiffsladung*, Actor. 21, 3.

v. 12. Sequitur satis longus recensus rerum et mercium, ad vitam mollem et elegantem, qualis in vrbibus primariis viuitur, designandam. Eiusmodi catalogum reddere amabant et veteres poetae, quoties in aetatem luxuria diffluentem inuehebantur, vid. e. gr. Jes. 3, 16-24. Omnia autem, quae ad luxum faciunt, in vrbem Romam vndique terrarum confluxisse, et per se cogitari potest, et pluribus auctorum locis probatur: Galen. de antidot. 1. Εις Ρωμην τα πανταχοθεν ηκε καλα δια παντος ετους — — εξ απαντων των εθνων. Philo Legat. ad Caium p. 561, 8. Οἱ εν Ρωμη και τη αλλη Ιταλια, παρ' οις αργυρος και χρυσος τεθησαυρι-

μαργαρίτου, καὶ ˜ βύσσου:, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ καὶ κοκκίνου, καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου ˜ βυσσίνου

τιμιω-

VARIAE LECTIONES.

v. 12. βυσσου. Pro vulgari hac lectione, quam seruauit Bengel, legendum est βυσσινου, sc. ἱματιου. Ita semper occurrit in carmine nostro c. 18, 16; 19, 8. 14, sicuti et in ipso hoc nostro versiculo caetera ex adiectiuo sunt expressa, σηρικου, κοκκινου (scil. ἱματιου). Suffragantur testes AC cum mult. all. apud Wetst. et Griesb. 4 ap. Matth. 3 ap. Alt. 6 ap. Birch. Areth. prob. Wetst. et Griesb., quibus et πορφυροῦ (πορφυρεου ἱματιου) pro πορφυρας praeferendum videtur. Perinde infra v. 16 χρυσιῳ legendum pro χρυσῳ. — Plura in versiculo varie leguntur, vti παν σκευος θυϊνον pro παν ξυλον θυϊνον, et εκ λιθου τιμιωτατου pro εκ ξυλου τιμ.

σχυρισται τοσουτος, ὡστε, ει συμπας ὁ εξ ἁπασης της αλλης οικουμενης απο περατων αυτων συνενεχθειη, πολλῳ καταδεεστερον αν εὑρεθηναι. Cf. Aristid. in Romam p. 200. Χρυσου — μαργαριτου. Est scriptoris nostri consuetudo, vt verba eadem crebrius repetat. c. 10, 2. 5. 8. c. 13, 3. 12. 14; pariter et haec verba eadem adfuere supra c. 17, 4. Βυσσου seu Βυσσινου scil. ἱματιου, var. lect. Est *byssus* species lini tenuissimi, ex Aegypto oriundi ex quo vestes mollissimae texebantur, niueo candore oculos praestringentes, interdum tamen et purpureo colore infectae, vid. intt. ad Luc. 16, 19, et Celsii hierobotan. Tom. 2, p. 169. Salmas. Exercitatt. Plinianae, p. 701 sqq. Σηρικου, *omnis generis vestimenta e serico fabrefacta*, quod mercium genus, inde ex remotissima Orientis plaga, a Seribus, Indiae populis, aduectum tunc temporis longe maioris pretii fuisse, quam nostra aetate, notissimum est. Affert Eichhornius locum e Vopisco, sericum ipsum aurum adeo pretio aequasse. Cf. Salmas. exercitatt. Plinianae VI, 63. Josephus B. Jud. de triumpho Vespasiani: χαμαινοι — ησαν εσθησεσι σηρικαις etc. *Allerlei seidene Stoffe.* Κοκκινος, vid. supra ad c. 13, 3. 4. Hesych. Κοκκος· εξ οὑ Φοινικουν βαπτεται το χρωμα. Θυϊνον ξυλον, quod est ex arbore θυος, seu θυα, *citro*, in Africa nascente, et maximi pretii

a ve-

10 πυρώσεως αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες διὰ
τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες· οὐαὶ
οὐαὶ ἡ πόλις ἡ μεγάλη, Βαβυλὼν ἡ πόλις ἰσχυρά,
11 ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. Καὶ οἱ ἔμπο-
ροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ,
ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι,
12 γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου τιμίου καὶ
μαργα-

Vidimus tamen eandem imaginum perturbationem et ſupra c. 17, 16 et alibi.

v. 10. Neque audent eiulantes illi propius accedere, ne et ipſi plaga ea feriantur, ſed e longinquo lamentantur, fere vti Pſ. 38, 12; Matth. 27, 55. Ουαι ſupra c. 8, 13, lamentantium vox, vt Jeſ. 1, 4.

v. 11. Quae iam de effectu, quem in *mercatorum* potiſſimum animis produxerit vrbis ruina, afferuntur et ſaepius deinceps repetuntur, quum Roma tamen mercatura non admodum celebris fuerit (cf. tamen Plin. H. N. Lib. 6, cap. 26.), idcirco praecipue expreſſit poeta, quia imitatur carmina illa maiorum ad v. 1. allata, in quibus, vti in Ezech. c. 27, nonnulla in occaſum *Tyri, celeberrimi emporii*, dicta erant; fortaſſe et, quia in vrbem capitalem vndique confluebant merces, ad ſplendorem et luxum oſtentandum accommodatae. Γομος, alias Φορτιον, ſignificat merces, quibus naues onerantur, *Schiffsladung*, Actor. 21, 3.

v. 12. Sequitur ſatis longus recenſus rerum et mercium, ad vitam mollem et elegantem, qualis in vrbibus primariis viuitur, deſignandam. Eiusmodi catalogum reddere amabant et veteres poetae, quoties in aetatem luxuria diffluentem inuehebantur, vid. e. gr. Jeſ. 3, 16-24. Omnia autem, quae ad luxum faciunt, in vrbem Romam vndique terrarum confluxiſſe, et per ſe cogitari poteſt, et pluribus auctorum locis probatur: Galen. de antidot. 1. Εις Ρωμην τα πανταχοθεν ηκει καλα δια παντος ετους — — εξ απαντων των εθνων. Philo Legat. ad Caium p. 561, 8. Οἱ εν Ρωμῃ και τῃ αλλῃ Ιταλιᾳ, παρ' οἱς αργυρος και χρυσος τεθησαυρι-

μαργαρίτου, καὶ βύσσου:, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ καὶ κοκκίνου, καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου βυσσίνου τιμιω-

VARIAE LECTIONES.

v. 12. βυσσου. Pro vulgari hac lectione, quam ſeruauit Bengel, legendum eſt βυσσινου, ſc. ἱματιου. Ita ſemper occurrit in carmine noſtro c. 18, 16; 19, 8. 14, ſicuti et in ipſo hoc noſtro verſiculo caetera ex adiectiuo ſunt expreſſa, σηρικου, κοκκινου (ſcil. ἱματιου). Suffragantur teſtes AC cum mult. all. apud Wetſt. et Griesb. 4 ap. Matth. 5 ap. Alt. 6 ap. Birch. Areth. prob. Wetſt. et Griesb., quibus et πορφυροῦ (πορφυρεου ἱματιου) pro πορφυρας praeferendum videtur. Perinde infra v. 16 χρυσιῳ legendum pro χρυσῳ. — Plura in verſiculo varie leguntur, vii παν σκευος θυϊνον pro παν ξυλον θυϊνον, et εκ λιθου τιμιωτατου pro εκ ξυλου τιμ.

σχυρισται τοσουτος, ὡστε, ει συμπας ὁ εξ ἁπασης της αλλης οικουμενης απο περατων αυτων συνενεχθειη, πολλῳ καταδεεστερον αν ευρεθηναι. Cf. Ariſtid. in Romam p. 200. Χρυσου — μαργαριτου. Eſt ſcriptoris noſtri conſuetudo, vt verba eadem crebrius repetat. c. 10, 2. 5. 8. c. 13, 3. 12. 14; pariter et haec verba eadem adfuere ſupra c. 17, 4. Βυσσου ſeu Βυσσινου ſcil. ἱματιου, var. lect. Eſt *byſſus* ſpecies lini tenuiſſimi, ex Aegypto oriundi ex quo veſtes molliſſimae texebantur, nineo candore oculos praeſtringentes, interdum tamen et purpureo colore infectae, vid. intt. ad Luc. 16, 19, et Celſii hierobotan. Tom. 2, p. 169. Salmaſ. Exercitatt. Plinianae, p. 701 ſqq. Σηρικου, *omnis generis veſtimenta e ſerico fabrefacta*, quod mercium genus, inde ex remotiſſima Orientis plaga, a Seribus, Indiae populis, aduectum tunc temporis longe maioris pretii fuiſſe, quam noſtra aetate, notiſſimum eſt. Affert Eichhornius locum e Vopiſco, ſericum ipſum aurum adeo pretio aequaſſe. Cf. Salmaſ. exercitatt. Plinianae VI, 63. Joſephus B. Jud. de triumpho Veſpaſiani: χαμαινοι — ησαν εσθησετι σηρικαις etc. *Allerlei ſeidene Stoffe*. Κοκκινος, vid. ſupra ad c. 13, 3. 4. Heſych. Κοκκος· εξ οὑ φοινικουν βαπτεται το χρωμα. Θυϊνον ξυλον, quod eſt ex arbore θυος, ſeu θυα, *citro*, in Africa naſcente, et maximi pretii a ve-

τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ μαρ-
13 μάρου, καὶ κινάμωμον, καὶ ἄμωμον, καὶ θυμιά-
ματα.

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Και αμωμον. Verba haec, quae Bengel. et Griesbach. in textum receperunt, probatissimorum testium auctoritate freti (sunt enim in AC, 6 aliis, Syr. Aeth. Vulg. etc.), absunt e lectione communi. Sane multo facilior prodit lectio, omissis his verbis, quia κιναμωμον et αμωμον sensu est idem; vt adeo suspicari possis, legendum esse και κινναμον αμωμον aut κινναμωμον. Sed eam ipsam ob caussam, quia nostra lectio est difficilior, non quia inter vtrumque discrimen intercedit, ciuitate lectionem donarunt viri rei criticae periti.

a veteribus aestimata. Plin. Hist. Nat. 13, 6. "inter pauca nitidioris vitae instrumenta haec arbor est." Strabo L. IV, p. 310, A. Πολλα δενδρα και τῃ ποικιλιᾳ των θυϊνων ουκ εστι χειρω προς τας τραπεζοποιΐας. Aelian. Var. Hist. Lib. V, cap. 6. iungit κεδρον, θυον και κυπαριττον. Martial. Lib 14, epigramm. 89. mensam citream appellat *Atlantica munera syluae*. Hagen suspicatur, indicari *thyoidem* Linnei, *Bergzypresse*. Cf. Celsii Hierobotan. Tom. 2, p. 22 sqq. Ελεφαντινον σκευος, sunt *vasa et vtensilia eburnea*, e. gr. lecti, in quos, pestiferi luxus testes, inuehitur et Amos 6, 4. Eadem luxuriae instrumenta refert Herodian. Lib. IV, c. 2, 3. Εκ ξυλου τιμιοτατου. Peccauit poeta contra nostrum sensum aestheticum, eo quod, quum antea iam speciem aliquam ligni pretiosissimi, θυϊνον, attulisset, nunc generatim loquitur; ni forte id excusare eum posse videtur, quod plures materias iam recensset, ex quibus vasa pretiosissima conficiuntur.

v. 13. Κιναμον seu κιναμωμον, quod et reduplicata littera scribitur (Exod. 30, 23; Prov. 7, 17; Cant. 4, 14.), cortex aromaticus arboris in Aethiopia etc, nascentis. Plin. Hist. Nat. Lib. 12, c. 19 et Salmas. Exercitatt. Plin. p. 1304. Ad vnguendum corpus, et crines maxime, adhibebatur pretiosissimum hoc aromatis genus, Lucan. Pharsal. Lib. X, v. 166: "multumque madenti Infudere comae, quod nondum euanuit aura, Cinnamon etc." Αμωμον Graecis proprie dicitur omne aromatum genus

ματα, καὶ μῦρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα, καὶ

nus ſincerum, non adulteratum, et omnis vitii expers, αμεμπτον: deinde et pro *cinnamomo* promiſcue vſurpatur. Martial. Lib. 8, epigramm. 77: "Aſſyrio ſemper tibi crinis amomo Splendeat etc." Μυρον, vnguentum aromaticum, e variis odoribus mixtum, Plin. Hiſt. Nat. 13, 2, et Perizon. ad Aelian. Var. Hiſt. Lib. 12, c. 31. Matth, 26, 7; Marc, 14. 3. 4; Luc. 7, 37. 38; Exod. 30, 25; Prov. 27, 9. — Ab vnguentis et odoribus tranſit poeta ad οινον και ελαιον, Pſ. 104, 15, indeque ad cibos delicatiſſimos, quo pertinet Σεμιδαλις, *ſimila* vel *ſimilago*, *flos et deliciae farinae triticeae.* quod h. l, per hendiad. cum σιτος, tritico ipſo, iungitur: de eo vid. Athenaeus deipnoſoph. Lib. 3, p. 127, C. — Pergit ad cibos animales, κτηνη και προβατα: neque enim de animantibus ad vehenda plauſtra etc. adhibitis ſeu iumentis ſolum, ſed maxime de eis, quae hominibus cibum ſuppeditant, adhibetur vox κτηνός. Etymolog. M. κτηνη· κυριως επι των σφαζομενων εις βρωσιν — καταχρηστικως δε και επι των αλλων. Hic inſerit Hippolytus και τραγους, verſio autem Armenica και κτηματα παντα. — Tandem ad omnia alia progreditur, quibus otium diſſipat vita mollis et delicata. Ῥεδων. Rheda fuit genus vehiculi penſilis quatuor rotarum, ad itinerum commoditatem ita inſtructum, vt quaſi ρεειν, fluere, videretur. Cic. Orat. pro Milone c. 10. Summo ſplendore, vti et noſtra aetate, iſtiusmodi vehicula inſtruebantur, veluti Alexander Seuerus imperator, rhedis, argento obductis, vectus eſſe legitur apud Lampridium. Iſtiusmodi autem luxuriem vel maxime deteſtabantur pii et ſimplices chriſtiani doctores, vid. e. gr. 1 Petr. 3, 3. — Maiori tamen odio erat conſuetudo, mancipia emendi vendendique. Mancipia in libris iuris ciuilis Romanorum interdum *corpora*, σωματα, vocantur, vt ſubintelligatur δουλα, vid. Caſaub. ad Athen. Lib. V, c. 10. Pollux Onomaſt. 3, 71. Ita et apud LXX. vox occurrit Tob. 10, 11 et 2 Macc. 8, 11; Polyb. Hiſt. Lib. 1, cap. 19; Lib. 4, c. 74. 75 etc. Qui eis emendis vendendisque victum quaerebant, dicebantur σωματεμποροι. Euſtath.

καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν, καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς
14 ἀνθρώπων. Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς
ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ
λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπώλετο ἀπὸ σοῦ, καὶ
οὐκέτι

ftath. in Odyff. α, p. 34. 51. Apud Strabonem Lib. 14, p. 985. occurrit σωματα εμπορειν, et in Antholog. 1, 12. 10. σωματα τρεφειν, *Sclaven halten.* Ψυχας ανθρωπων. Excidit et hic, vt fupra paffim, conftructione auctor, quum dicendum fuiffet ψυχων, vti priora genetino cafu funt pofita, pendentque a γομον v. 12. Caeterum et haec vox fpectat vel ad mancipia, vti נפש אדם Ezech. 27, 13 de mancipiis adhibetur, et in Polyb. Excerpt. p. 1486 adeft: κυριος ου μονον του σωματος, αλλα και της ψυχης (vitae phyficae, non πνευματος), et nos perinde loquimur *Seelenverkäufer*: vel indicat fummam illam luxuriem, quae cernebatur in alendis gladiatoribus, qui femetipfos vendebant ad depugnandum, feu, vt Liuius Lib. 28, c. 21. ait, "venalem fanguinem habebant."

v. 14. Loquutum erat carmen de vrbe Babylone in perfona tertia, inde a v. 4; fecunda autem, v. 10, dein tertia denuo, v. 11; iam repetitur perfona fecunda, ac v. 15. fuccedit iterum perfona tertia. Sed eadem perturbatio adeft et in carminibus maiorum: quare male egerunt, qui, hac fortaffe cauffa inducti, verfum 14. poft verfum 23. inferendum effe ftatuerunt. Οπωρα *autumnus* 2) *fructus autumnalis*, vti poma, mala perfica, vuae etc., LXX. in Jer. 40, 10; 48, 32. Xenoph. Hellen. 2, c. 4; Herodian Lib. 1, c. 6. 3) quia eiusmodi fructus in menfis fecundis folebant apponi, indicantur omnia bellaria, poft epulas in ditiorum menfis adponi folita. Της επιθυμιας της ψυχης σου (Pf. 10, 3.), refolue: "quam (οπωραν) ἡ ψυχη σου επιθυμει, bellaria, quibus comedendis et liguriendis tantopere delectaris." Eft ergo fenfus: "non licebit pofthac genio indulgere, perinde ac antea, liguriendis cibis delicatiffimis." Sunt tamen, qui tropice intelligendum fenfum effe cenfeant, ad *poma amoris* refpiciendo: *non licebit vltra rebus venereis indulgere.* Ita

οὐκέτι οὐ μὴ εὕρῃς αὐτά. Οἱ ἔμποροι τούτων 15
οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν στή-
σονται, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς,
κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες· οὐαὶ, οὐαὶ 16
ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον,
καὶ πορφυροῦν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένη ἐν
χρυσίῳ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ὅτι μιᾷ
ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. Καὶ πᾶς κυ- 17
βερνήτης καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, καὶ
ὁ ἐπὶ τόπον πλέων ναῦται,

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Επι των πλοιων ὁ ὁμιλος. Pro hac vulgari lectione, quam male, vt in Gnomone ipse fatetur, Bengelius retinuit, admittenda erit difficilior illa in margine interiori adscripta: ὁ επι τοπον

Ita v. c. Elsnerus, Grotius. Reddunt alii, quod et mihi perplacet: "maturior aetas concupiscentiae tuae abiit a te, quin et auctumnus; fies anus, nec poteris amplius gaudia luxuriei persentiscere." Λιπαρος, pinguis 2) praeclarus, splendidus, quod in ακμῃ est. Sic iungitur fere synonymo illi λαμπρος. Adiectiuum neutrius autem pro substantiuo, veluti λαμπροτης, poni, notissimum est. Haec quoque vel ad splendorem mensae dapibus lautissimis refertae possunt reuocari (Ies. 25, 6; Horat. Epist. 1, 4, 15.), vel, quod praefero, ad omnem diuitiarum splendorem. Ουκετι ου μη: terna negatione vis et pondus augetur. Nota autem, lectionem απηλθεν et απωλετο promiscue in codd. occurrere.

v. 15. 16. Απο μακροθεν, vid. supra v. 10, et infra v. 17. Βυσσινον — μαργαριταις. Eadem fere sunt, quae supra c. 17, 4; cf. ad v. 12. Sensus eorum, quae carmen exprimit metaphorice, satis est apertus, forma tamen, qua incedunt tropi, nostrae aetati displicet, cui neque vrbs bysso et purpura amicta, neque πλουτος ερημωθεις probabitur. Vid. proleg. p. 90.

v. 17. Οἱ επι τοπον πλεοντες ex Eichhornii sententia sunt illi, "qui mercibus ex emporiis primariis ad loca non

ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ
18 μακρόθεν ἔστησαν, καὶ ἔκραζον βλέποντες τὸν
καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες· τίς ὁμοία
τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ;
19 Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν,
καὶ

των πλεων, quam praeferunt et Wetsten. Griesbach. Matthaei cum aliis. Legitur ita in ABC*multisque aliis apud Wetst. et Griesb. 5 ap. Matth. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch. Syr. Arr, Vulg. Sunt et aliae lectionis varietates, e. gr. επι πλοιων πλεων, quae tamen nonnisi explicationis caussa effictae esse videntur.

non procul dissita deuehendis vacant," et, οσοι την θαλασσαν εργαζονται, sunt, "qui maiorem nauigationem absoluunt." Posses tamen et hoc modo locum accipere: Κυβερνητης est *gubernator nauis*, qui ad clauum sedet, ὁ επι τοπον πλεον est *dominus nauis*, (*Schiffscapitain*), qui nauem cum mercibus *ad hunc illumue locum ducere suscepit*. porro ναυται, qui *naui agenda* occupantur (*Matrosen*), denique, vt terminis generalioribus comprehenderentur classes omnes, additur: οσοι την θαλασσαν εργαζονται, siue sint famuli illi et ministri, siue domini. Εργαζεσθαι θαλασσαν autem est, *tractare mare*, *sulcare*, *das Meer gleichsam bearbeiten*, quo sensu apud Graecos frequenter occurrit, e. gr. apud Appian. vid. exemplorum farraginem apud Wetstenium. Sensus. "Omnes, qui nauigatione quaestum faciunt, a summo vsque ad infimam plebeculam, lugent casum tuum, quia transiere omnes opportunitates, ex tua luxurie diuitias conquirendi." Simili paraphrasi Jes. 19, 8-10. describuntur, quicunque rei piscatoriae operam nauant.

v. 18. Καπνον της πυρωσεως, supra v. 9. Τις ὁμοια τ. π. τ. μεγαλῃ, varie interpretari poteris: vel *quoad splendorem*, *potentiam*, *luxum*, vertendumque erit: quaenam vrbs *quondam* ei similis *erat*? Martial. Lib. 12, epigr. "Roma, cui par est nihil et nihil secundum," vel: "quaenam vrbs tam improuisum et praecipitem casum, quo ex summo culmine deturbabatur, experta est?"

v. 19. Χους est terra εκχεομενη, ideoque *puluis*, *cinis*

καὶ ἔκραζον κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες·
οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἐν ᾗ ἐπλούτησαν
πάντες οἱ ἔχοντες τὰ πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ
τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη.
Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ, οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγιοι, καὶ οἱ 20
ἀπόστο-

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Voces: και οἱ ante: αποστολοι desunt in textu vulgari, legiturque και οἱ ἁγιοι αποστολοι, quod effictum indubie est, vt exprimeretur ecclesiastica phrasis οἱ ἁγιοι αποστολοι, Ephes. 13, 5., Similia effinxit lectio vulgaris infra c. 22, 6; nec deest codex (num. 36), qui et supra c. 16, 6 particulam και deleuerit, vt eodem sensu legeretur των ἁγιων προφητων. Lectio nostra autem h. l. innititur testimoniis A et plurimorum aliorum ex vtraque classi, 6 ap. Matth. 1 ap. Alt. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Vulg. Hippolyt. Andr. Areth. Primas. probantibus Millio proleg. §. 1118, Wetsten. Griesb. pluribusque aliis rei criticae peritis.

nis, id. qu. κονιορτος. Pulvere autem conspergere faciem, non Hebraeis solum grauissimi luctus argumentum erat (1 Sam. 4, 12; 2 Sam. 15, 19; Hiob 2, 22; Jes. 7, 6, 9.): sed et aliis gentibus. Ouid. Metamorph. Lib. 8, v. 528: "Puluere canitiem genitor vultusque seniles Foedat humi fusus." Τιμιοτης, q. d. *pretiositas*, vsurpatur pro πλουτος, *divitiae*, vt nostrum *Kostbarkeit*. Liban. epist. p. 1557: προσαγορευω σοι τιμιοτητα.

v. 20. Quae tamen tristia sunt et luctuosa aliis, bona aliis habentur et salutaria: quare et hic Christiani habent, quod sibi gratulentur, quod expugnata arce et fortissimo propugnaculo nulli iam sunt hostes, nihilque ab eis metuendum superest. Sunt autem sequentia, vt per se patet, voces non eorum, qui hucusque eiulauerant, sed angeli illius, inde a coelo loquentis v. 4. — Christiani piique Dei cultores, quos ad gaudium angelus exhortatur, et h. l. vocantur (perinde ac c. 12, 12. cf. c. 11, 18., qui locus huic nostro respondet) ουρανος, quatenus in eo cum Deo aulaque coelesti sedem habent habebuntque; et οἱ εν αυτου σκηνουντες c. 12, 12. Hos iam sigillatim recenset: οἱ

ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς.

21 Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων·

οἱ ἁγιοι, christianorum vulgus, οἱ αποστολοι και οἱ προφηται, qui doctrinam tradiderunt et per gentes promulgarunt. Κριμα est omnium *peccatorum flagitiorumque* summa, (ita supra c. 17, 1; LXX. in Ps. 17, 2) Ὑμων, genetiuus effectus: *quae aduersus vos commisit*, haec εκρινε, *puniuit*, *Deus*, εξ αυτης, *vindictam ab ea sumendo*. Constructio haec verbi insolita est, κρινειν κριματα (punire flagitia) εκ τινος, q. d. poenam exigere ex aliquo (vti et dicitur εκδικησαι αἱμα τινος εκ τινος infr. c. 19, 2.), quum alias dicatur κρινειν τινα propter peccata. — Quod tamen ad gaudium ob prostratos hostes excitat poeta, contra ethicen christianam peccare et hic videbitur: sed parum id arripiet nos, cogitantes poëtam hic loqui, et quidem eum, qui maiorum exemplaria nocturna diurnaque manu versauerat, in quibus exsecrari hostes, diras eis imprecari, Deum ad vindictam prouocare, et calamitati eorum insultare frequentissimum est; vide annotata supra ad v. 6. Eandem hanc rationem et h. l. poeta sequitur: id quod clarius illucesceret, si vulgaris lectio, quam e textu quidem proscripserunt Bengelius et Griesbachius, non tamen omnino repudiant, pro genuina esset habenda, quae habet ευφραινου επ' αυτην, *contra eam*, *ihr zum Trotz*. Laetantur ergo christiani h. l. επι τους κατοικουντας την γην (ob casum aduersariorum), perinde ac aduersarii ipsi lugent et plangunt επι Ἰησουν Χριστον, *ob*, et *quasi contra successum* rei christianae, supra c. 1, 7, vbi vide annotata.

v. 21. Duo iam praecones e coelo prodierant, qui tristem et deploratum euersae vrbis statum depinxerant christianis graphice, vt ab omni consuetudine cum incolis flagitiosissimis ineunda absterrerentur, v. 1 et v. 3. Sed ne hoc quidem suffecit: imo signo aliquo, qualia vbique flagitabant Judaei (Jes. 7, 10.), et symbolo demonstrandum erat, iacere ruina et iacituram esse in aeternum

γων· οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν, ἡ
μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι· καὶ φωνὴ 22
κιθαρῳδῶν, καὶ μουσικῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ σαλ-
πιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι, καὶ πᾶς τεχνί-
της

ternum vrbem illam profanam, neque vnquam resuscitatum iri. Eiusmodi scenae saepe numero instruuntur in carminibus prophetarum, e. gr. Zachar. c. 5; c. 6: neminem tamen accuratius h. l. exprimit noster, quam Jerem. c. 51, v. 63. 64, vbi ad occasum Babylonis significandum lapis in Euphratem deiicitur. Μυλος, *lapis molaris*, vid. intt. ad Matth. 18, 6. Ουτως ορμηματι non bene graece dictum pro τοιουτῳ vel τοσουτῳ ορμηματι, *tam velociter, tanto cum impetu et fragore*. Βληθησεται, aoristice, *prostrata est et manebit*. Respiciunt nonnulli intt., quia in θαλασσαν proiectus esse lapis fingitur, ad interitum Aegyptiorum, mari submersorum, Exod. 15, 5. 10; Nehem. 9, 11. Vix tamen credo, eo alludere poetam, sed nonnisi *magnum impetum*, quo, veluti molari lapide icta, vrbs εσχισθη εις τρια μερη, cap. 16, spectandum esse. Obseruandum autem, saepius clades per praecipitem casum, ictum, iactum infligi a carmine nostro, vti supra c. 8, 8. 10; 9, 1; fortasse, quia terrae motibus isti tractus infestabantur.

v. 22. Iam multus in eo est poeta, vt vastatae vrbis imaginem amplificet, et de perpetuitate deplorattissimi status pessima quaevis auguretur. Hanc autem desolationem, cum luxu, frequentia et celebritate vrbis pristina collatam, quantopere arripuisse spectantes putamus? Protinus itaque aberit omnis musice, gaudii et prosperitatis index; frigebunt omnia, et tristitia squallebunt.— Expressa et hic sunt carmina maiorum, Jes. 24, 8; Jerem. 7, 34; 16, 9; 25, 10; Ezech. 16, 13. Κιθαρῳδων — σαλπιστων, i. e. symphoniaci, quicunque tandem illi sint, omnes te fugiunt. Pergit poeta, quia non symphoniarum concentibus solum luxuriata erat vrbs, sed et exquisito supellectile, eleganter fabrefacto: *et harum artium periti artifices abibunt*. Μυλου φωνη non cum Grotio intellig. de strepitu lapis molaris ipsius, seu molarum multarum in magna

vrbe;

της πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι, καὶ
23 φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι, καὶ
φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι, καὶ φωνὴ
νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι·
ὅτι οἱ ἔμποροί σου ἦσαν οἱ μεγιστᾶνες τῆς γῆς,
ὅτι

vrbe: ſed metonymice eſt ſonus canticorum, quae ad operam leuandam decantare ſolebant molentes ſerui vel ancillae molam truſantes. Vide perſimilia Ieſ. 24, 8; Ierem. 25, 10; Ezech. 26, 13. Omnes iſtiusmodi labores leuantur, ſi plures iunctim manum adferunt, canendoque alacres ſe reddere et ſeruare conantur, Virg. Georg. Odyſſ. Proinde et in molenda farina ita ſibi conſulebant, et, quum quaelibet familia ſuas haberet molas, manu tractabiles, coibant e pluribus domibus et ſocietate iungebantur ancillae, vt hodienum fila nentes conueniunt, cantibusque tempus et operam fallere conabantur. Quin legitur, certum quoddam eiusmodi canticorum genus in vſu fuiſſe. Vti enim apud ſcriptores inueniuntur ασματα επιληνια (in calcandis vuis cantata), ναυτικα, ὁδοιπορικα, ita et adſunt ασματα επιμυλια, quae ſunt haec noſtra: vid. Athenaeus Lib. XIV, p. 618. et Euſtath. in Iliad. φ, p. 1324. — Extat progr. Lebrecht Wilke de cantu, dulci laborum lenimine ad illuſtr. φωνην μυλου Apoc. 18, 22. Wittenb. 1760.

v. 23. Deploratiſſima vrbis conditio non ſolum altiſſimo ſilentio, quod priſcum ſtrepitum excepit, deſignatur, verum et tenebris profundis, quae loca occupauerunt, facibus antea et candelis colluſtrata, vt adeo et in oculos et in aures incurreret vrbis vaſtitas. Λυχνου, νυμφιου, νυμφης, expreſſa ex Ierem. 16, 9; 17, 34; 25, 10. 22; 33, 11. Lumina, quorum fulgor hic deſideratur, ſunt faces vel lucernae nuptiales (Matth. 25.), quae nullae iam ſunt, quia nuptiae celebrari deſiuerunt. Vel ſermo eſt de luxuria omni id genus alia, qualis e. gr. affertur Virg. Aen. 1, 730: "dependent *lychni laquearibus aureis.*" Ὅτι οἱ εμποροι etc. *Nam omnis hic ſplendor* 1) *in te fuit, quia cum ditiſſimis rem habuiſti:* 2) *ſed nunc abiit, quia*

a) eos

ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σου ἐπλανήθησαν πάντα τὰ
ἔθνη, καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα: προφητῶν καὶ ἁγίων 24
αἵματα

εὑρέθη,

VARIAE LECTIONES.

v. 24. Pro αἷμα, quae est vulgaris lectio, seruata a Bengelio, Griesbachius praetulit et ciuitate donauit lectionem αἵματα, quae legitur in multis codd. ap. Wetst. et Griesb. 3 ap. Alter. 5 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Arr. Andr. Areth.

a) *eos seduxisti*, et b) *ἁγίους trucidasti.* Οἱ εμποροι 1) mercatores et institores, qui rem habent cum iis, a quibus emunt, quibusue diuendunt merces; 2) tropice: homines impuri, qui rem habent cum prostibulis, corpore quaestum facientibus: οἱ εμποροι σου verte, *die Handelsmänner, mit denen du Handel getrieben.* Vtitur autem hoc potissimum tropo, quia imitatur Iesaiam, de Tyro emporio similia praedicantem c. 23, 8; 15-17. Οἱ μεγισταvες, ad c. 6, 15. Sens. "Omnium populorum principes ad idololatriam pellexisti: ipsum adeo Herodem, Iudaeorum regem, impulisti, vt signa Iouis templo Hierosolymitano imponeret." Φαρμακεια, seu ποτηριῳ illo, quod propinasse gentibus dicitur Babel c. 14, 8; 18, 3. Επλανηθησαν frequenter de amoribus illicitis adhibetur: Sirac. 9, 9.

v. 24. Παντων. Quin et hic, etsi nolumus vrgere vocem παντων, intelligimus illos, qui initio belli Iudaici per omnem Palaestinam iugulati erant, de quibus iam aliquoties monuimus. Quamuis enim illi non in vrbe Roma profuderant suum sanguinem, attamen, quia percussores ad Romanorum gratiam aucupandam eos trucidauerant, opportunissime dici poterat eorum sanguis *εν αυτῃ ειναι, per vrbem Romam fluere*, cf. Matth. 27, 25. — Qui cum Herdero de vrbe Hierosolymorum omnia, quae in hoc capite occurrunt, dicta esse volunt, huic potissimum versiculo innituntur, respicientes ad Matth. 23, 34 sqq.; Actor. 7, 52 etc.

Sic finitur carmen, ex istis prophetarum locis expressum, quos supra ad initium capitis attulimus. In editione N. T., per Erasmum Schmidium curata, ad calcem huius capitis adest conspectus iuxta se positorum locorum omnium V. T., quae hic

εὑρέθη, καὶ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

Cap. XIX. Μετὰ ταῦτα ἤκουσα φωνὴν μεγάλην ὄχλου
1 πολλοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, λεγόντων· Ἀλληλούϊα· ἡ
σωτη-

VARIAE LECTIONES.

Versui 1 magna inest lectionis varietas: veluti και praefigitur τοις: μετα ταυτα, et ὡς ante φωνην, quae nec Wetstenius, nec Griesbachius, nec Matthaeius damnare videntur. Pro λεγοντων adest et λεγοντες, et Κυριω praefigitur τῳ: Θεῳ etc.

hic expressa sunt, quem intueri, quia multa cum cura est delineatus, profecto iuvabit, nec quemquam poenitebit.

Cap. XIX. Obseruauimus in fronte capitis praecedentis, poetam, priusquam Messiam ipsum coelitus descendere facit, expressisse varios affectus, quos in animis protulerit tantae vrbis ruina: et audiuimus capite 18 tum planctus et eiulatus perditorum, tum sarcasmos, cavillationem et dicteria in hostes a christianis coniecta. Sed cuncta illa in terra accidisse poema refert: nullo autem modo silentio omitti poterant affectus coelicolarum: qui vt digno cantu celebrarentur et ipsi, repetendum ex c. 4. poetae erat theatrum coeleste. Et quid aliud ibi spectandum offerri posse credimus, quam festiva gaudia et plausus laetissimos? Tantam ad laetitiam coelestes subinde erigit carmen, c. 12, 12; 18, 20: tanto plausu personare atrium coeleste ex imitatione maiorum, Esech. 3, 12; Ps. 104 etc. saepissime iam audiuimus, quoties iussa ad hostes profligandos a Deo exierant, aut decreta haec, luctuosa quidem aduersariis, at Christianis saluberrima, a ministris peracta re ipsa et ad finem suum perducta erant, c. 4, 11; 5, 12-14; 7, 10 sqq.; c. 11, 15 sqq.; c. 12, 10; c. 14, 2 sqq.; c. 15, 3-5; c. 16, 5-7. Solennius tamen festum vix celebrari poterat apud superos, nec dulcioribus facile hymnis resonabant sedes coelestes, quam nunc, quum prospicere liceret in disiectas moles tristissimasque reliquias vrbis, quae omnis miseriae, qua Christiani torquebantur, principium fuerat et fons. Et his quidem solennibus poeta immoratur c. 19, vsque ad v. 10: quibus peractis tandem aduentat christianorum liberator.

v. 1.

σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ δύναμις τῷ Θεῷ ἡμῶν·
ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτοῦ, ὅτι 2
ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις διέφθειρε
τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ
αἷμα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς·
καὶ δεύτερον εἴρηκαν· Ἀλληλούϊα, καὶ ὁ καπνὸς 3
αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ἔπεσαν οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι 4
καὶ

v. 1. Repetamus hic theatrum coeleste, quale c. 4. instructum fuisse legimus: eo enim cuncta erunt reuocanda. Ὀχλου πολλου. Intelligenda erit innumera illa coelicolarum multitudo, quae extremo orbe diuinum solium circumdedisse legitur supra c. 5, 11. Ordiuntur itaque ex poetae nostri fictione solennes hos cantus coelicolae omnes (*Tutti*) v. 1-3, quos excipiunt voces singulae, et Amen illud graue et venerabile, quo plausus coelestes consignat senatus, v. 4. 5; quo facto repetit plausum panegyris omnis, v. 6-8. inter cuius strepitum vates a coelesti nuncio admonetur; vt litteris consignet, quae iam sit conspecturus, animumque bene attendat: iam enim immiare Messiam ipsum. Ἡ σωτηρια, vid. ad Cap. 7, 10; c. 12, 10 et c. 5, 12.

v. 2. Αληθιναι και δικαιαι αἱ κρισεις, vid. ad c. 16, 7; cf. c. 15, 3. Διεφθειρε etc. Sensus idem, ac των: επλανηθησαν εν φαρμακειᾳ, cap. 18, 23. Εξεδικησε, praegnans constructio pro εξεδικησε και εζητησε. Εκ της χειρος, quia quasi mulcta ex ea exigetur. Posteriora haec desumta sunt ex Deut. 32, 43. cf. c. 6, 10, et ibi, vti ad c. 18, 20. notata.

v. 3. Και ὁ καπνος. Και accipio pro και γαρ; alias enim importunissime interuenirent sequentia. Iam autem sensus erit: "est quod Deo meritas laudes referamus: namque tam graui excidio prostrata iacet vrbs, vt nullo tempore possit resuscitari." Imaginem mutuatur poeta a Iesaia c. 34, 10, expressam iam supra c. 14, 11. et c. 18, 18.

v. 4. Omni huic coelesti plausui vis et pondus additur a sancto senatu, qui, vti et

καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ
τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, λέγοντες· Ἀμὴν,
5 Ἀλληλούϊα. Καὶ φωνὴ ἀπὸ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε
λέγουσα· αἰνεῖτε τῷ Θεῷ ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι
αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν, οἱ μικροὶ καὶ
οἱ μεγάλοι.
6 Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς
φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν
ἰσχυρῶν, λέγοντας· Ἀλληλούϊα, ὅτι ἐβασίλευσε
Κύριος

et antea ſaepiſſime ad adorandum numen legitur procubuiſſe, c. 4, 4. 8. 10; c. 5, 8; c. 7, 11; c. 11, 16; c. 14, 13. ita et h. l. Amen illud et Hallelujah ſanctiſſimum ſerio et digne proloquitur. Crebrius tamen accidit, vt, veluti Pſ. 106, 48, vice verſa a multitudine omni Amen illud reddatur.

v. 5. Excitantur denuo coeleſtes incolae ad iterandas numinis laudes, voce απο του θρονου egreſſa, adeoque ex poetae mente vel a των τεσσαρων ζωων, thronum cingentium, aliquo profecta, vti c. 6, 1, vel, quod Eichhornius ſuſpicatur, a Meſſia ipſo, qui prope ſolium aſſidebat, c. 5, 6; c. 7, 17. Παντες οἱ δουλοι, vt Pſ. 134, 1; 135, 1 etc.

v. 6. Nec pigros ſe ad iuſſa exſequenda gerunt coelicolae, ſed repetunt pleniſſimo concentu plauſus feſtiſſimos, qui altiore iam et ſonantiore voce redduntur, ita vt conferri ſtrepitus poſſit vndis reſonantibus. Ὑδατων πολλων, vt ſupra c. 1, 15; 14, 2. Ὁ παντοκρατωρ. *Deus ille ſummus, a cuius nutu pendent omnia* (amat hanc vocem carmen noſtrum, vid. c. 1, 8; 4, 8; 11, 17; 15, 3; 16, 7. 14, et infra 19, 15 et 21, 22, qua LXX exprimunt το: שדי) εβασιλευσε, quod vel pro praeſenti forma adhibitum eſt, βασιλευει, vel hunc ſenſum exprimit: "nunc tandem vere regem potentiſſimum ſe monſtrauit Deus noſter, ſuamque vim, quae omnes terrarum dominos reguloſque, c. 17, 12. 14. longiſſime excedit, teſtatam fecit." Prorſus eadem adfuerant ſupra c. 11, 15.

v. 7.

Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Χαίρωμεν καὶ 7
ἀγαλλιώμεθα, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ· ὅτι
ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡ-
τοίμα-

v. 7. *Quapropter debitas ei gratias referamus* (δωμεν δοξαν αυτω, vt supra c. 11, 13; 14, 7; 16, 9.) *laetosque plausus celebremus. Nam nunc demum, profligatis ope potentissimi hostibus omnibus, adueniet extemplo suisque se monstrabit Messias.* Augurantur itaque coelites, instare iam desideratissimum liberatorem. Sed et hic, vt par erat, tropice loquitur carmen nostrum, et aduenientem modo hac modo illa imagine adumbrat: aut regis et imperatoris, qui, profligatis extrema acie hostibus omnibus, regnum suum inauguratur: aut sponsi, qui, quum diu a dilectissima sibi sponsa aduersariorum fraudibus et insidiis diremtus esset, nunc tandem adest ad celebrandas nuptias festas, sponsamque nuptiali et legitimo foedere sibi iungendam. Et haec quidem imago, et a Paullo apostolo Eph. 5, 32. adhibita, poetae nostro prae aliis potissimum in deliciis fuisse videtur: mentique inhaesit et c. 3, 11; c. 3, 17-20; c. 16, 15; c. 19, 9; c. 21, 29. Est autem efformata ad eum nexum, qui Israelitis quondam cum Joua suo intercessisse dicitur, arctissimis et quasi coniugalibus vinculis Deo populum suum iungens, Jes. 54, 5-8; Ezech. c. 16; Hos. 2, 18, alibi. Atqui ex Judaeorum moribus et loquendi cogitandique formis, vt alia permulta, ita et hunc tropum ad se suamque rem transtulit antiquitas christiana, praeeunte Jesu ipso Matth. c. 22 et 25. Nostra tamen aetate, cui longe alia est facies, non temere amplectemur hanc imaginem, multo minus e Cantico canticorum eam ad res sanctissimas adhibebimus. Ὅτι ηλθεν ὁ γαμος, namque, antequam coniunctio illa iniri poterat, iustae prius et legitimae nuptiae celebrandae erant. Ἡ γυνη, metonym., consequ. pro antec. νυμφη, c. 21, 2. *futura coniux*, Matth. 1, 20. Illa ἡτοιμασεν ἑαυτην, sicuti praecepit Jesus Matth. 25; Apocalyps. 3, 18. — Repudiata est infamis illa πορνη, et legitima νυμφη solium occupat.

v. 8.

8 τοίμασεν ἑαυτήν, καὶ ἐδόθη αὐτῇ, ἵνα περι-
βάληται βύσσινον λαμπρὸν καθαρόν· τὸ γὰρ
βύσσινον τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων ἐστί.
9 Καὶ λέγει μοι· γράψον· μακάριοι οἱ εἰς τὸ
δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ
λέγει

v. 8. Amplificatur imago ornaturque. Εδοθη αυτη, vel: "porriguntur ſponſae veſtes a puellis inter amiciendum eam adiuuantibus," vt annotat Eichhornius, vel, eodem ſenſu ſimpliciori, quo ſupra idemtidem obuium fuit illud εδοθη, "conceſſus ei eſt honor, vt veſtitu mundo et ſimplici, qui Meſſiae ſponſam deceret, ornaretur" ex oppoſito profanae illius pompae, qua ſpectandam ſe praebuit impura πορνη c. 17, 4. Βυσσινον ſc. ἱματιον, vid. ad c. 18, 12 et 16, ſponſarum nuptias celebrantium veſtitus, Ezech. 16, 10. (cf. Jeſ. 61, 10.), qui idem etiam apud Graecos in vſu fuit, vid. Brüning. Antiq. Graec. Cap. 3, Sect. 2. Sequitur ratio, cur byſſo potiſſimum amicta ſit. Eſt quippe albedo veſtimenti ſymbolum integritatis morumque probitatis, qua excellunt ἁγιοι, chriſtiani. Τα δικαιωματα. Vox δικαιωμα, quae proprie de decretis et ſententiis iudicialibus, ſeu iuſſis et praeceptis ſuperiorum adhibetur, interdum ponitur pro δικαιοσυνη; ita Rom. 5, 18. 19, et h. l. et apud LXX Jeſ. 11, 20. Sunt ergo δικαιωματα των ἁγιων omnia, quae homines chriſtiani, integri vitae ſcelerisque puri, recte et praeceptis magiſtri conuenienter ſentiunt peraguntque. Atqui hanc innocentiam veſtimentorum puritate et albore vnaquaeque lingua delineare ſolet. Caeterum τοις: το γαρ βυσσινον — εστι rationem ſibi reddunt coelites ipſi: quare nolimus nimis praecipiti iudicio verba tanquam ſpuria et aliena manu adpicta proſcribere.

v. 9. Quotiescunque gravius quid et memoratu dignius occurrebat in theatro coeleſti, admonetur vates, vt rem, ne memoriae excidat, extemplo calamo conſignet. Ita c. 14, 13. ſumma piorum, conſtanti fide Deo et Jeſu Chriſto adhaerentium, in ſedibus coeleſtibus beatitas digna erat, quae in tabulas referretur. Quanto digniorem

λέγει μοι· οὗτοι οἱ λόγοι οἱ ἀληθινοὶ τοῦ Θεοῦ
εἰσί. Καὶ ἔπεσα ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ, 10
προσκυ-

rem credimus fuisse euentum illum, quem nunc iam carmine celebrare festinat poeta, aduentum Messiae, in quo ista piorum summa felicitas vel maxime esset conspicua. *Nun wohlan denn! jetzt können die sich glücklich preisen, die dem Messias treu geblieben sind: denn siehe jetzt gehen die Verheissungen Gottes in Erfüllung! siehe da kommt er, der Messias!* Και ελεγε μοι. Quinam tamen dixisse haec credendus erit? Procul dubio aliquis ex illo οχλῳ πολλῳ, cuius mentio fit v. 1, vbi vide, et v. 6. Οἱ εις — κκλουμενοι, i. e. "qui dignos se praebuerunt, qui intersint solennibus illis nuptialibus, quae iamiam cum sponsa celebrabit Messias," vti Luc. 14, 15 sqq. Matth. 22, 1 sqq.; dignos autem se illi praebuere et vitae morumque integritate, et constantia in fide, ergo erit sensus: "qui in fide erga Christum perseuerarunt," prorsus vt c. 14, 13. Και λεγει μοι posterius rationem antecedentium reddit: cf. infr. c. 21, 5; 22, 6; 1 Tim. 1, 15 etc. Λογοι sunt oracula diuina, נאם יהוה, h. l. oracula de redituro ad liberandos suos Messia. Haec oracula, vt caetera diuina omnia, sunt αληθινα, *promissis stantia, euentu comprobata*, vt Jo. 7, 28. vel *iusta et aequa* (vt supra c. 6, 10; 15, 13; 16, 7; 19, 2.), quod et ipsum quadrat, quatenus iustum est, Deum per redeuntem Messiam castigare hostes, 2 Thess. 1, 6: praefero tamen priorem sensum. Οὗτοι autem dictum esse puta pro ὡδε, vt saepius fit: sensus: "*en* tibi promissa Dei impleta! *en* rata et effecta, quae promissis Dei confisi sperauimus: *en* Messias adest, *Maran atha*!

v. 10. Tantum euangelium percellit vatem: fiduciam antea posuerat in promissis Dei: iam, quum rata fiant, quanto gaudio eius praecordia correpta credimus! Nequit sibi temperare, suique quasi nescius prosternitur ad pedes laetissimi nuncii. Nec mirum: siquidem mens, conscia fidissimi amoris erga Messiam et perseuerantiae, testimonium exhibebat, sibi quoque dictum esse μακαρισμον illum v. 9. Abeant ergo, neque insulsissimis interpellationibus molesti sint, quicunque clamitant,

προσκυνῆσαι αὐτῷ· καὶ λέγει μοι· ὅρα μή· σύνδουλός

mitant, neque h. l., neque infra c. 22, 9. decere hominem christianum, nedum apostolum Joannem, diuina veneratione prosequi creatum angelum. Atqui nil nisi ciuilis honos, quo superiores prosequi solemus, voce προσκυνειν, השתחוה, indicari satis constat. Si tamen et hoc prohibetur ab angelo, idcirco accidit, quia angelus Joannem se inferiorem noluit habere. Perinde est, ac si, rectissime annotante Rosenmüllero, collega collegae diceret: serua hunc honorem regi, aut nos diceremus: *machen sie doch mit mir nicht so viel Complimente*. Aequales autem ab aequalibus adorari non conuenit, Philo de decalogo Tom. 2, p. 191, 14. Quod si supra c. 1, 17. προσκυνησιν admiserat Messias, si tamen erat illa προσκυνησις, alia vtique erat res. Hic tamen Joanni, non quidem increpando, sed benigne monendo et deprecando, ait: Ὁρα μη, scil. ποιησης. Eadem ellipsis apud Euripid. Jon. v. 1335; vid. Lamb. Bos ellipsf. Graec. sub voce ποιειν. Similes ellipses occurrunt et in vers. των LXX, vti 2 Sam. 18, 2; Ps. 25, 15, et in N. T. vti Rom. 8, 3, (ὁ Θεος scil. εποιησε). Ratio, cur deprecetur angelus honorem istum, sequitur: "non mihi acceptum ferre licebit euangelium istud (sum enim tibi aequalis): sed Deo: proinde Deo serua hanc προσκυνησιν." Συνδουλος σου ειμι, sum, aeque ac tu, δουλος (cultor) Θεου και Ιησου Χριστου. Est ergo, qui hic cum Joanne colloquitur, non insignioris alicuius ordinis angelus, sed vnus multorum, e turba illa, qui extremo orbe diuinum solium cinxisse leguntur c. 5, 11; cf. ad v. 9; forte vnus eorum, qui morte sua martyrium pro J. C. subierant; quamquam id eis, quae insequuntur, non affirmatur, in quibus et αδελφος, et εχων την μαρτυριαν Ιησου, nil denotant aliud, nisi hominem christianum, cf. ad c. 12, 17. Qui Joannem apostolum carminis auctorem agnoscunt, vertunt, vt Koppius in schedulis: *ich bin einer von denen, welche, wie du, Jesum auf Erden als Augenzeugen gekannt haben*. Sohar. Genes. fol. 61, col. 241: "Vocauit Deus S. B. familiam suam (angelos), dicens ipsis: — — in posterum filii mei in terra erunt socii vestri." — Obscuriora sunt, quae subsequuntur: ἡ γαρ μαρτυρια του Ιησου εστι το πνευμα της προφη-

δουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν ἐχόν-

προφητειας, quae alii intt. a Joanne responsa, alii rectius ab angelo illo continuata esse volunt; et ingenue fateor, me nondum satis assequi, quid sibi velint, quemue in finem dicta sint. Fortasse sic ferme de eis statuendum erit: Poterant angelo huiusmodi fere responsa a Joanne reddi: "tu vero nimis tenue et humile de te ipso iudicium fers, aequando te mihi dicendoque, nihil te esse amplius, quam μαρτυρα Ιησου, qualis sum et ego: imo vero longe me antecellis, nec μαρτυρ tantum I. X. es, sed et προφητης (qualis ego non sum), quandoquidem λογους του Θεου, effata et oracula diuina, enuncias." Haec autem aut huiusmodi responsa praeoccupaturus angelus pergit: recte tu quidem ista, sum προφητης, diuinorum oraculorum conscius, sed parui aestimanda est προφητεια sola, nisi consilio et fine, ad quem tendit, pretium suum et honorem ferat: atqui iste finis nullus est alius, quam μαρτυρια I. X., honor Jesu Christo eo habendus, quod doctrinam eius confiteamur, (ἡ μαρτυρια τ. I, emphatice dicatur, quare et praedicatum subiecto πνευμ. τ. προφ. praeponitur, vt Jo. 1, 1, Θεος ην ὁ λογος): quod si igitur προφητεια antecello, in honorem et μαρτυριαν I. X. antecello, adeoque et me nominare possum μαρτυρα, seu εχοντα την μαρτυρ. I. X. Oracula autem ipsa, quae ego vt προφητης enuncio, non a me proueniunt, sed a Deo, quapropter et illi soli προσκυνητεον εστι. — Eodem tendere videntur, quae scribit Langius: "was *ich* habe, sagt der Engel, ist dasselbe, als was *ihr* habt: ihr habt die Lehre Jesu, ich aber den Geist der Weissagung (d. i. höhere Belehrung): die Lehre Jesu aber ist höhere Belehrung. Also sind wir eins etc. Nec alia sibi volunt ea, quae Rosenmüllerus annotat: "nam etiam doctrina Jesu habet spiritum propheticum, et quae illa docet de redemtione, peccatorum remissione, salute aeterna etc. non minoris pretii sunt aestimanda, quam facultas, futura praenunciandi: sumus ergo aequales. Ex hac explicatione πνευμα, vt nostrum *Geist*, foret *finis*, *consilium*, nostrum *Tendenz*, quod bene ferri poterit, quando πνευμα exprimit omne, quod ex re aliqua in sensus non incurrit; atqui verba prophetiam

ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ· τῷ Θεῷ προσκύ-

tiam pronunciantis auribus quidem percipiuntur, non tamen pariter consilium eiusdem et mens. — Sunt tamen satis multae explicationes aliae, veluti προφητεια de carmine nostro seu Apocalypsi accipitur, vt prodeat sensus: "Finis et consilium huius carminis est, vt I. Ch. μαρτυριαν constantissime ad mortem vsque seruemus." Vel: "Das in dieser Schrift enthaltene Zeugniss von Jesu kömmt von demselben Geiste der Weissagung her, der die Propheten ehedem beseelte, d. i. von Gott: also must du Gott, und nicht mir solche Dankverehrung beweisen." Vel, quae mens Herderi, qui et versioni carminis haec verba symboli loco praefixit, esse *videtur*, p. 280: "Optimus interpres Apocalypseos est J. Ch. ipse, quatenus eius effata, Matth. 24. accuratissime referunt ea, quae de excidio Hierosolymitano etc. carmen nostrum pronunciat." Eichhornius vertit: "quidquid J. Ch. in hoc oraculo exposuit, id debetur spiritui, Deo et Jesu Christo communi, quo olim prophetae etiam (Hebr. 3, 7.) adflati sunt. Equidem, nisi, quae priori loco scripsimus, approbabuntur, in suspenso linquere rem maluerim, aut praetulerim versionem illam, eodem redeuntem: "Wer die Lehre Jesu bekannt macht, oder wer von Jesu zeugt, ist auch ein Prophet, und zwar ein vom πνευμα beseelter Prophet. Also etc." — Sed linquamus haec animumque ad intuendum spectaculum, quod sequitur, ex omnibus, quae carmen offert, longe augustissimum erigamus.

*
* *

Nam dum ita loquuntur: en atria coelestia, quae inde a c. 12, 18. clausa fuisse videntur, valuis reclusis subito apparent. Hoc erat in votis! Illuxit tandem post tot exhaustos labores ardentissimis christianorum precibus expetita μεγαλη illa ἡμερα Κυριου. Adest Messias, libertatis christianorum vindex et Stator. Io triumphe! victor ingreditur, et, quidquid hostium superest, ad internecionem usque delebit.

Neque poeta sibi deest in tanto spectaculo graphice describendo et digne ornando, licet et hic, vt saepe alibi, confundat imagines, et Judaica Romanis admisceat. — Pessime autem distincta sunt capita, quibus missis,

προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία Ἰησοῦ ἐστι τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας.

* * *

Καὶ

missis, hinc tertiam partem carminis ordiamur.

Solent annotare ad locum nostrum interpretes, triumphum de profligatis hostibus a Joanne describi, et carmini epinicio, quod adhuc decantatum erat, succedere pompam triumphalem. Non tamen, pace doctissimorum interpretum dixerim, hanc carminis formam ac rationem iniisse poeta mihi quidem videtur. Neque enim istiusmodi solennibus vnquam interfuerat vates, atque, si vel ex percunctatione et narrationibus aliorum plura comperta poterat habere, ita tamen fastidiebat Romana omnia, vt vix a se impetrare potuisse eum equidem credam, carmini suo, sanctissimae genti dedicato, talia intexere: (de triumpho Titi imperatoris, de pacata Judaea habito, qui a Josepho Bell. Jud. 6, 9; 7, 1. refertur, ne cogitari quidem poterit, vid. prolegom. p. 62: quamquam et eo respiciunt interpretum nonnulli). — Quoties a Romanis triumphus celebrabatur, praeibant tubicines, victimae Joui Capitolino immolandae, post quas victarum vrbium imagines, aurum argentumque, signa, tabulae et arma hostibus erepta vehebantur: deinde captiui cum regibus, ligatis post tergum manibus, incedebant, necandi mox, aut carcere custodiendi, aut sub corona vendendi: quos sequebatur imperator triumphans, currui insistens, paludamento alioque, quem solennia sacra desiderabant, ornatu splendens, et tandem victor exercitus, laetissimo plausu exsultans, agmen claudebat. Ex quibus cunctis, praeter ornatum triumphantis ducis, pauca aut nihil in eis, quae subsequuntur, equidem mihi videor inuenire: sed imperatorem intueor, ad vltimam cladem hostibus infligendam se accingentem: siquidem, expugnata quidem arce fortissima, c. 16, 19, at superstite tamen infestissimo illo triumphiratu, extrema acie confligendum supererat, et de rerum summa decertandum. Quia tamen ex eis, quae iam praecesserant, successus certissimus poterat sperari, victoris iam et *quasi* triumphum iam agentis imperatoris ornatu indutus Messias ingreditur v. 11-16. Iamque ad pugnam rite praeparatis omnibus, vltimas quidem vires col-

11 Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος

colligunt hostes ad propulsandum impetum; quod non est sequius captiuorum, in triumpho ducuntur, : v. 17-19: sed corripiuntur subito, praecipites in Tartarum deturbantur, et quidquid militum eos sequebatur, occidione occiditur v. 20. 21, parcitur tamen principi illi et atrocissimo omnium hosti, Satanae seu draconi, qui, quia est e naturis non terrestribus, vt θηρίον illud cum ψευδοπροφήτῃ c. 13, 1 et 11, sed ex sublimioribus angelis, bonis primitus Deoque acceptis, sed lapsis postea et deprauatis, ad tempus in custodia habetur, vt et Christiani ab ipsius insidiis tuti sint, et ipse ad meliorem frugem redeat, c. 20, 1-3. Iamque, ad virilem aetatem adulta re christiana, Messias regnat in terris per mille annos, euocat e mortuis suos, qui prae caeteris de caussa sua bene promeruerant, dignis praemiis afficit eosdem, regnumque ita munit, vt nulla iam vi expugnari aut labefactari possit, c. 20, 4-6. Surgit quidem, elapsis mille annis, ex abysso Satanas, et superos inferosque mouens in terram christianam denuo in carcere conditur, v. 7-9. Sed incassum. Namque quum occaecatus satis docuisset, nulla eum via ad sanam mentem, pristinumque bonorum angelorum decus reduci posse, et ipse, omni suo exercitu deleto, sub Orcum mittitur, v. 9. 10. Et iam, superatis hostibus omnibus, adest τὸ τέλος, intereunt terrestria omnia, in coelum suos extollit Messias, suscitat mortuos omnes, habitoque iudicio et repulsis scelestis, non nisi dignos in ciuitatem coelestem adscribit, v. 11-15: quibuscum in aeternum regnat in futura vita, cuius beatitas dulcissimo carmine cap. 21 et 22. celebratur.

v. 11. Omnis apparatus ad extremam hanc Messiae adversus hostes expeditionem in coelo instruebatur, in quem, valuis quasi apertis, vates prospicit, vt supra c. 4, 1; 11, 19; cf. Act. 7, 56. Ἵππος, λευκὸς in omen certissimae et prorsus indubiae victoriae: vid. supra ad c. 6, 2, vbi ratio plane eadem est. Is autem equus coloris albore prae aliis omnibus, et ipso adeo equite, in oculos incurrebat. — Nimium forsi-

ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν, καλού-
μενος πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ
κρίνει καὶ πολεμεῖ. Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ 12
φλὸξ

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Καλουμενος. Haec vox, quae in antiquiſſimis teſtibus, Irenaeo, Origine etc. inuenitur, omittitur iam a Hippolyto, ſicuti et in A et 5 aliis apud Wetſt. et Griesb. 1 ap. Matth. nullo ap. Birch.

v. 12. Ονομα γεγραμμενον. Rectiſſime ſeruatur lectio communis et a Bengelio, comprobata quoque teſtimoniis aliis, et auctoritate Irenaei, Hippolyti, Origenis, aliorumque. Sed tranſiit deinceps illa lectio in: ονοματα γεγραμμενα, ἁ, quae verba, aut eis ſimilia, leguntur in 6 apud Birchium. Tres apud Matthaeium habent vtrumque, quare in textu Matthaeiano adeſt ονοματα γεγραμμενα και ονομα γεγραμμενον, ὁ etc.

forſitan agere videtur perilluſtr. Eichhorn, obſeruando, ea de cauſſa equum prius memorari, quia per triumphales portas ductum agmen anteriorem partem equi prius quam equitem conſpiciendum dat. — Sed iam apparet et is, qui inſidet, ante omnia laudatus ob ethica attributa, nominatusque tum πιστος και αληθινος (v. 9.), quia promiſit ſuis victoriam, iamque promiſſis ſtat, tum δικαιος, quia iuſtiſſimam ſuam cauſſam bello contra hoſtes gerendo defendit, εν δικαιοσυνῃ κρινει (κατακρινει τους εχθρους), και πολεμει (μετ' αυτων). Expreſſa ſunt haec ex Ieſ. 11, 4, cuius oraculum ad Meſſiam reuocatur.

v. 12. Decebat autem Meſſiam, ad vltimam victoriam ab hoſtibus reportandam egreſſum, et victoris ornatus. Atque hoc iam induitur, multis ex partibus ad illum efformato, quo apparuerat vati capite 1, 10 ſqq. Ὡς φλοξ πυρος, vt c. 1, 14. Διαδηματα πολλα, ex ritu non Romanorum, ſed Orientalium, quorum duces devictorum regum coronam (2 Sam. 12, 30), et plures interdum coronas (1 Macc. 11, 13), i. e. e pluribus coronis compoſitam aliam capiti imponere geſtiebant. Iam vero Roma ipſa euerſa, quot, quaeſo, gentes erant ſubactae! quot coronae capiti imponendae! Εχων ονομα γεγραμμενον, neque hoc ex

φλὸξ πυρὸς, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα

ex Romanorum more. Inſcriptum id videtur fuiſſe laminae fronti applicatae, perinde atque in fronte pontificis maximi legebatur Jonae nomen. De iſto nomine praedicatur: ὁ ουδεις οιδεν, ει μη αυτος, quod non ſignificare credo: *ſibi ſoli notum eſt, caeteris incognitum* (nam v. 13. omnibus palam affertur, quamquam non tam proprium illud quidem, quam virtutes indicans, vid. ad c. 13, 18, fin.) ſed indicat, vti Jud. 13, 18. ονομα θαυμαστον, שם פלאי; i. e. *cuius vim et pondus nemo capit, niſi qui gerit ipſe et dignus eſt, qui illud gerat*, vt ſupra c. 2, 17. Reſpondet fere τοις: Jo. 1, 18; 1 Jo. 4, 12. Koppius: *Worte, womit man ihn nennt, drücken nur ſeine Eigenſchaften aus: ſein wahrer Nahme, ſeine innere Natur bleibt ein verborgenes Geheimniſs.* ROSENMÜLLERUS in libro: *das alte und neue Morgenland* locum F. Buchanani ex commentariis Aſiaticis (Aſiatic Reſearches, Vol. I, VI, p. 264.) excitat, quo perhibetur, in India orientali nomina complurium idolorum, numinis loco adoratorum, nec non principum nonnullorum, quamdiu regnum illi quidem obtinent, nemini innoteſcere. Sed vix locum illa habere poſſunt, quia regum et imperatorum nomina tunc temporis per omne Romanum imperium ſatis innotuerant. Praeſtat ad ſublimiorem et diuinam Meſſiae naturam reſpicere, qua per omne carmen noſtrum ſplendet, cui conueniebat, vt et Meſſiae nomen proprium tenebris ſacris obuolutum lateret, ne in ore omnium eſſet, et quotidiano vſu profanaretur; quemadmodum Jouae ipſius nomen proprium nullum erat, quia nulla humana lingua poterat proferri. Hoc autem eo teſtatum faciebant Judaei, quod decem illis attributis diuinis, ſeu Sephiroth, quas per figuram ad corpus humanum reuocatam diſpeſcuerant, ſuperſcribebant אין סוף, *ineffabile*, indicaturi, attributa quidem diuina nominibus ſuis appellari poſſe, proprium autem nomen ſummi Dei nullum eſſe, nullaque lingua humana eloquendum. Schema huiusmodi ſtemmatis, quod vocatur *decem Sephiroth praeter illud ineffabile*, expreſſum dedit et Herderus in commentar. in Apocal. ad h. l., et perilluſtr. Eichhorn. tum in commentar. in Apocal. ad h. l. Vol. 2, p. 268, tum in

δήματα πολλά· ἔχων ὄνομα γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς

in Algem. Biblioth. der bibl. Litt. B. 3, St. 2, p. 205, vnde non fraudi erit, figuram huc transtulisse, huiusmodi:

אין סוף
(Ineffabile)

כתר
Corona
אהיה

חכמה
Sapientia
יה

בינה
Intelligentia
יהוה

גדולה
magnitudo
אל

גבורה
Fortitudo
אלהים

תפארת
Pulchritudo
יהוה

נצח
Victoria
יהוה צבאות

הוד
Gloria
צבאות

יסוד
Fundamentum
אל חי

מלכות
Regnum
אדני.

Pari modo fieri potest, vt et Messiae nomen *proprium*, quod fronti inscriptum hic dicitur, ineffabile fuisse, nec nisi illa nomina, quae eius attributa indicabant, quorum vnum adest v. 13, exprimi potuisse lingua humana, statuerint Judaei. Sed tametsi permulta ex Sephiroth illis expressa esse a Joanne largimur: hic tamen longius rem repetiisse mihi videntur bini illi coryphaei. Consentit et Hagenius, qui explicationi Sephiroticae caeteroquin admodum fauens, et peculiari excursu de hac re disputans, ex hoc tamen loco eam abesse vult. — Quod si lectio ὀνόματα γεγραμμένα ferenda esset, indicaretur diuinarum eius virtutum attribu-

δεὶς οἶδεν, εἰ μὴ αὐτός.
13 Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα

VARIAE LECTIONES.

v. 13. βεβαμμενον. Pro hac voce inuenitur et ερραντισμενον apud Origenem et in 2 sp. Alter., quae tamen lectio, vt Matthaei suspicatur, ab Origene forsan effecta habenda erit, cui βεβαμμενον nimium videbatur. Pari modo et Marc. 7, 4 pro βαπτισωνται nonnulli legunt ραντισωνται. Alibi Origenes, de nostro hoc loco sermonem faciens, habet ερραμμενον.

tributorumque summa: qualis erat πολυωνυμια Θεων apud Graecos poetas, quo respicere videntur et Andreae Scholia. De his Sephiroth cf. Excurs. 2.

v. 13. Βεβαμμενον αἱματι, *infectum sanguine victimae alicuius*, quod in augurium verteret, caede hostium mox infectum iri vestimentum. Spectasse volunt poetam ad ritum Romanum, ex quo triumphantes imperatores paludamentis coccineis ornati erant (Brüning antt. Graec. c. 7, §. 14.), et nonnunquam inter pugnam ipsam rubras vestes induebant, vt Lucullus, referente Alexandr. ab Alex. genial. dier. Lib. 1, c. 20. Sed rectius statuimus, locum Jes. 63, 1. 2. obuersatum fuisse. *Synopsis Sohar p. 113, no. 23*: "futuro tempore Deus vestimentum vindictae induet contra Edom." Tale autem vestimentum non dedecebat Messiam, licet caritatis erga inimicos praeconem. Conferamus, quae scripta sunt ad c. 18, v. 6, cogitemusque, isto tempore longe cruentiora fuisse bella, et laudi, vt exemplo vtar, versum fuisse Tito, Hierosolyma oppugnanti, quod quondam ad talos vsque sanguine maduerit. Και καλειται το ον. αυτου ὁ Λογος Θεου. *Und dieser so bedeutungsvolle Nahme, den er nach v. 12. an der Stirne trägt, und dessen Sinn niemand begreift, als er selbst, ist: ὁ Λογος Θεου (Ausfluß des Wortes Gottes im Schicksalsbuche: Kopp.)*. De eodem ergo nomine in vtroque versiculo sermonem esse persuasus sum. Plerique tamen opinantur, aliud hoc esse, et v. 12. nomen illud ineffabile, illud אין סוף indicari, h. l. autem nomen, quod vnam ex decem Sephiroth seu attributis indicet. Eichhornius: "quamquam

ὄνομα αὐτοῦ· ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὰ 14
στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ
ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν
καθα-

quam nomen imperatoris proprium et verum, naturae eius infinitati respondens, non datum esset humano ori pronunciare, exstabat tamen aliud, quod inter homines frequentabatur, a beneficio nouae disciplinae, quam inter humanum genus olim introduxerat, ductum." Sequitur Langius cum pluribus aliis. Mihi tamen secus videtur. — Nomen autem ipsum Λογος Θεου plerique volunt eodem sensu dictum esse, quo occurrit Jo. 1, 1, et hinc quoque praesidium petunt sententiae, ab Apostolo Joanne carmen esse concinnatum, addentes, pari modo et angelos nominatos esse Sap. Sal. 18, 15, quasi diuinae voluntatis interpretes. Alii in subsidium vocant illud מיטטרון, *Metatron*, *μηνυτωρ*, de quo Buxtorf. in Lex. Talmud. Equidem tamen hoc loco longe alium sensum in nomine Λογος Θ. inuenio. Siquidem paullo ante collocutus cum vate angelus inter alia dixerat quoque: *ουτοι οἱ λογοι αληθινοι εισι του Θεου*, v. 9. Iam vero adest ille ipse, in quo oracula diu. de saluandis hominibus rata fiunt (nam primo eiusdem in terras aduentu nondum euentu comprobata videbantur, vid. proleg. p. 63 sqq.): quam opportune, quaeso, vocari is poterat Λογος Θεου? *das göttliche Orakel*, i. e. *derjenige, durch dessen Erscheinung das göttliche Orakel in Erfüllung gegangen*. Tale autem nomen haud immerito obscurum hominibus dici poterat v. 12, quia ista decreta diuina 2 Cor. 2, 9, et in pluribus locis aliis, latuisse homines frequenter perhibentur.

v. 14. Imperatorem ad bella proficiscentem sequitur exercitus, et is quidem coelestis, e cohortibus angelorum, צבאות השמים, collectus, Luc. 2, 13. Insident autem et milites equis albis, in victoriae augurium, indutique sunt sagis byssinis, vt v. 8, ad significandam puritatem iustitiamque caussae victricis. Caeterum omnia, quae de coelesti exercitu afferuntur, nonnisi ad imperatoris ipsius splendorem illustrandum interiecta sunt: ad eum enim, qui erat caput et summa rei, iam reuertitur poeta v. sq.

v. 15.

15 καθαρόν. Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπο-
ρεύεται ῥομφαία † ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάξῃ τὰ
ἔθνη· καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σι-
δηρᾷ. Καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ
θυμοῦ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος.
16 Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ
† δίστομος
ὄνομα

VARIAE LECTIONES.

v. 15. Inter ρομφαια et οξεια inferendum eft διστομος, quod adeft in B. aliisque compluribus ap. Wetft. et Griesb. 5 ap. Matth. 5 ap. Alt. 5 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Aeth. Vulg. Andr. Areth. Cyprian. aliisque

Ibid. pro του θυμου της οργης lectio vulgaris habet του θυμου και της οργης, vid. commentar.

v. 15. Qui hic imagini adhibentur colores, adfuerant iam fupra c. 1, 16; 2, 27; 12, 5; 14, 20, petiti ex Pf. 2, 9: Jef. 11, 4; Jef. 63, 3 etc. Ρομφαια, mucrone, puta, ex ore prominens, non capulo, vid. ad c. 1, 16. Παταξειν de enfe aut baculo dicitur proprie: quia autem ex ore prominet enfis, fignatur verborum feueritas, quae increpat gentes. Similiter loquitur Jef. 11, 4, ad quem refpexiffe vates nofter credendus eft: cf. Hebr. 4, 12. Ποιμανει αυτους εν ραβδ. σιδ. cf. fupra ad c. 2, 27. Πατει τον ληνον, i.e. vuas in ληνῳ, Hebr. גת Jud. 6, 11; Neh. 13, 15, *torculari* (Hefych. ληνος, όπου σταφυλη πατειται). Sed is calcando profluere facit fanguinem hoftium, quem ad vindictam repofcendam vehementer fuccenfens Deus flagitabit, (οινου, θυμου, οργης, triplex genetiuus, quem capere nefcius textus communis habet θυμου και οργης). Caeterum de hoc vltionis atrociffimae fymbolo vid. ad c. 14, 19. 20.

v. 16. Redit poeta ad paludamentum, quod fupra v. 13. ob colorem fanguineum laudabatur, iamque et infcriptione, quae tanto imperatore digna effet, ornatur. Nolimus haec ex arte cabbaliftica interpretari, fed potius ex more apud Orientales quondam obtinente, veftimentis quoque nomina infcribendi (*einfticken*), cuius veftigia in monument. Perfepolitan. invenit

ὄνομα γεγραμμένον· Βασιλεὺς βασιλέων, καὶ Κύριος Κυρίων.

Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ· 17
καὶ

venit LE BRUYN, *Voyag. Tom.* IV, p. 336: nec non ex Graecorum Hetruscorumque more, tam in fronte, quam potissimum *in femore* statuarum titulos exarandi, Cic. Verrin. IV, 43; Pausan. Eliac. extrem.; Museum Hetrusc. Tom. I, Tabula XIV, 1 et XX. Vid. EICHHORN. ad h. l. et ROSENMÜLLER *das alte und neue Morgenland*, qui p. 232-236. copiosius de hoc more narrat. Nec desunt scriptorum Judaicorum testimonia. *Bammidbar* R. sect. 16, fol. 232, 2; *Tanchuma* fol. 66, 3: "purpureis vestibus induti erant, et Schemhamphorasch ipsis insculptum erat." Quod autem ἐπι του μηρου ἱματιου nomen inscriptum esse legitur, ita intelligatur, quod paludamentum litteris, quae e regione femoris ad crus et tibiam descendebant, inscriptum fuerit. — Alii tamen τα: ἐπὶ τον μηρον explicant: "in capulo ensis, qui pendebat ad femur," quod, quia in adspectum parum incurrit, non placebit, quamuis et hic adsint testimonia scriptorum Judaicorum apud Schöttgenium ad h. l. Sed nomen ipsum, quod chlamydi inscriptum esse dicitur, est magnum illud et augustum: βασιλευς βασιλεων και Κυριος Κυριων (vti Agamemnon apud Homerum audit αναξ ανακτων), nomen, quod de summo numine praedicatur 1 Tim. 6, 15, cuius tamen nomina et virtutes et alibi in N. T. (Eph. 1, 20. 21.), et in hoc nostro carmine praecipue ad Messiam referuntur.

v. 17. Hactenus descriptio egressi e coelis cum exercitu ad vltimam victoriam reportandam imperatoris. Iamque in eo est, vt adgrediatur hostes et manum conserat; tam certus de victoria indubie secutura et persuasus, vt angelus praeco commoueat volucres ad comedenda caedendorum hostium cadauera, lautissimi conuiuii instar illis apponenda. Quibus auditis mouentur quidem et ab hostibus arma (quod indicio est, triumphalem pompam hic non describi, in qua deuicti iam hostes compedibus vincti ducebantur, ita vt triumphantibus vim opponere iam non possent): sed

καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετομένοις ἐν μεσουρανήματι· Δεῦτε, συνάχθη-

VARIAE LECTIONES.

V. 17. Το μεγα του Θεου, Ita pro vulgari του μεγαλου Θεου habent A cum multis aliis ap. Wetst. et Gr. 2 ap. Matth. (apud quem 2 alii habent δειπνον του μεγαν του Θεου) 2 ap. Alt. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Copt. Vulg. Andr. Primas. probantibus Millio, prolegom. §. 1113. Wetstenio, Griesbachio sq. Lectio vulgarior, quia vsitatiorem scripturae sacrae loquendi formulam exprimit, facilior adeoque repudianda videbitur.

sed incassum, quia prehenduntur omnes et ad internecionem profligantur. — Ἑστωτα εν τῳ ἡλιῳ, seu, vti in editt. Erasmi 1. 2. 3. est, εν ἡλιῳ. Noli haec ita accipere, vt figura angeli corpori solis affixa appareat, quod absonum esset, sed intellige *vel* formam giganteam quae a solis adspectu prohibebat intuentes, vt Alexander quondam Diogenem, et omnia colore atro replebat, qui est mortis, *vel* locum editiorem, ita collustratum sole, vt ab omnibus auium gregibus posset conspici, vnde vox illa exeat, *vel* splendorem, quo circumdatus erat angelus ipse, vti ille c. 10, 2. Ορνεοις. Vulgare ad indicandam ingentem stragem emblema, tam Graecis, Iliad. α, 3. quam Iudaeis, Ies. 18, 6; Ier. 7, 23; 12, 9, et prae aliis Ezech. 39, 17-20, quem locum hic reddit noster. *Synopsis Sohar*, p. 114. no. 25: "Cum Deus vindictam exercebit pro populo suo Israel, carnibus hostium illorum cibabuntur omnes bestiae, — et aues cibum inde habebunt." Μεσουρανηματι, vid. supra ad c. 8, 13. — Caeterum et hic locus mirum quantum offendit lectores, qui genium poeticum agnoscere nolunt, sed omnia ad systema doctrinae christianae reuocant, quod angelus, Dei et Iesu Christi inimicorum amantissimi interpres, ad opiparum conuiuium inuitat, in quo hostium carnes feris comedendae apponuntur. Sed nec reputant, maiorum poetas hic imitatione exprimi, nec acerbissimas diras cogitant, quibus in hostes sexcenties inuehitur V. T. Ies. 34; Ier. 20, 12; cap. 50, 28 sqq. Cf. scripta ad c. 18, 6.

ἀχθῆτε εἰς τὸ δεῖπνον τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ, ἵνα 18
φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων,
καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων καὶ
τῶν καθημένων ἐπ᾽ αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων
ἐλευθέρων τε καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων.
Καὶ εἶδον τὸ θηρίον καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς 19
γῆς καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα, ποιῆ-
σαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου,
καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ. Καὶ 20
ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ὁ ψευδοπρο-
φήτης, ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν
οἷς

VARIAE LECTIONES.

v. 20. Μετ᾽ αυτου ὁ ψευδοπροφητης. Vario legitur: ὁ μετ᾽ αυτου (sc. ων) ψευδοπροφ. quod in textum recepit Griesb.; μετα τουτου ὁ ψ. quae est lect. vulg.; οἱ μετ᾽ αυτου· ὁ ψ; οἱ μετ᾽ αυτου ψευδοπροφῆται.

v. 18. Iam ludibrio habetur potentissimus quisque invisorum hostium, qui christianis ignominiam et mortem intulerant, veluti βασιλεις, Nero, Vespasianus, Titus, qui sanctissimae vrbi manum inferre non dubitabat, χιλιαρχοι, Act. 25, 23; 24, 22, quorum nomina, quia militibus Romanis, erga Judaeos et Christianos tam truculentis, praeerant, invisa habebantur, ισχυροι, qui forte iidem sunt, qui Act. 25, 23. κατ᾽ ἐξοχην ειςι. Ελευθερων — μεγαλων, vt c. 13, 16. παντων i. e. παντοδαπων.

v. 19. Iam ad vim vi repellendam vltimae vires colliguntur a θηριῳ illo c. 13, et regulis ei subiectis.

v. 20. Sed vana est sine viribus ira. Pereunt et sub Orcum mittuntur omnes reliquiae, quibus confisi adversarii ne tum quidem a contumacia dicteriisque coniiciendis sibi temperare poterant, quum collapsa sede primaria de salute desperandum iam fuisset c. 16, 21. Intereunt igitur tandem aliquando et θηριον c. 13, 1, et veterator ille c. 13, 11, qui tantis cruciatibus vexauerant christianos homines. Iam si proconsulem Ephesinum, aut alium quendam in mente habuit vates, summo cum gaudio eius interitum
hic

οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. Ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ
21 πυρὸς, τὴν καιομένην ἐν θείῳ. Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐξελθούσῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

Καὶ

hic contueri credendus erit: sin vis et ὕβρις idololatrarum in Christianos omnino hoc emblemate delineatur; sensus exit: funditus iam euersam esse peregrinam superstitionem, quae caussae christianae aduersabatur, vid. notata ad c. 13, c. 1. Επιασθη. Indicat πιαζειν non *prehendere* solum, sed *inclementius* prehendere, *prehensumque tenere* fortissime et in custodia seruare, Act. 12, 4. Επλανησε λαβοντας, forte pro επλανησε εις το λαβειν. Ζωντες, vti Ps. 55, 16; Num. 16, 33, quo grauior esset ignominia. Ita et Romani ζωντες e rupe Tarpeia praecipitabantur. Deturbantur autem hi aduersarii non in abyssum, vnde exitus datur, sed in Orcum ipsum, quem poeta non quidem ex mythologia gentilium, quae de Pyriphlegetonte loquitur, delineat, vt quidam intt. arbitrantur, sed ex tristissimo casu Sodomorum, mari mortuo submersorum, vid. supr. ad c. 14, 10, cf. Ies. 66, 15. Narrat Hegesippus, mare mortuum tanto horrore percussisse imperatorem Titum, vt quasi nouus in Orcum aditus, praeter antiquiores in Boeotia, Laconica, Cumis, ei videretur.

v. 21. Nec mora: cum ducibus perit et exercitus. Atqui in triumphis ducti milites manipulares postea sub corona venire solebant, neutiquam tamen interfici omnes. Proinde et hac de caussa triumphum hic spectandum tradi credere nolimus. Ρομφαια εκπορευομενη εκ στοματος, i. e. voce terribili imperatoris, quae trucidare exercitum hostilem omnem iubebat. Morte quidem plectebantur et hi, sed acerbior tamen fuit poena eorum, qui seduxerant alios et in transuersum egerant.

Cap.

Καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ CAP.
οὐρανοῦ, ἔχοντα τὴν κλεῖν τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν XX.
μεγά- 1

Cap. XX. Sic debellatis omnibus vnicus supererat Satanas. Is autem, perpetuus Jesu Christi, et inter viuos versantis, et ad liberandos suos redituri, hostis et aduersarius, dignas quidem poenas luit et ipse, non tamen protinus vltimo exitio traditur, vt θηρίον illud cum suo ψευδοπροφήτῃ, sed, quia primitus bonis angelis accensebatur, in coeli lucis sede commorantibus, coërcetur tantummodo et castigatur, si forte exuere mentem laeuam et ad pristinum decus eniti denuo velit. Et caeteri quidem angeli, qui obsequium Deo denegantes Satanae partibus steterant, prius iam iustas poenas pependisse leguntur 2 Petr. 2, 4; Jud. v. 6; cum hoc tamen eorum principe constituebatur. Adest ille, tumultusque mouet tam in coelo, c. 12, 7. quam in terra, 1 Petr. 5, 8; Jac. 4, 7. Sed non ferentes eius superbiam superi praecipitem eum e coelo in terras deturbarunt c. 12, 9: quia tamen nec in terris cessabat lacessere cultores Dei, et hinc mouendus erat, et in custodia seruandus, vt tutam ab eius insidiis vitam transigere possent, qui instaurando iam Messiae regno ciues adscribendi erant, c. 20, 1. 2. Et quum post longa annorum interualla periculum fieret, num salutaris ipsi fuerit correctio, ipse tamen, simulatque compedibus solutum se videbat, ad pristina flagitia rediret, et in nouam hominum christianorum rempublicam incurreret, iam desperatur de eo: et eodem praecipitatur, quo dudum abierant scelesti socii. c. 20, 10. Ita per omnes correctionis gradus denique tamen in exitium ruit.

v. 1. Ἄγγελον. Θηρίον illud et ψευδοπροφήτης ab exercitu ipso c. 19, v. 20. correpti et sub Orcum missi erant. Satanae tamen, illustriore genere oriundo, castigatio maiore apparatu erat digna. Proinde ad coercendum illum certus quidam angelus e coelo euocatur. Ἀβύσσου. De abysso eiusque claui vid. ad c. 9, 1. Erat autem istiusmodi abyssus seu vasta vorago non solum monstrorum domicilium et malignarum infestarumque naturarum, quales inde prodeunt c. 9, 3; sed et carcer, in quem con-

iicie

2 μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. Καὶ ἐκράτησε τὸν

iiciebantur naturae prauae, vt malignitatem exuerent. Perinde angeli maligni Hasael et Semiaza, iubente Deo, et mandata perficientibus angelis Raphaele et Michaele, praecipites in abyssum aguntur, vt prostat in apocrypho Enochi l. apud Syncellum, citante ad h. l. Wetstenio. *Gittin* fol. 68, 1: "descendit accessitque ad Asmodaeum, regem daemoniorum, catenasque ei adiecit et conclusit:" cf. Tob. 8, 3. Ἁλυσιν επι την χειρα. Tam ingens fuit catena, qua alligandum erat monstrum illud horrendum et ingens, quod c. 12, 3. 4. depingitur, vt sinuosa eius volumina pluribus spiris brachia circumirent. Hac autem catena cohibendus erat, ne ad superos emergere posset; et fuit illa quoque catena vna ex σειραις ζοφου, 2 Petr. 2, 4; δεσμοις υπο ζοφον, Jud. v. 6, (cf. ἀλυσις ζοφου de tenebris Aegyptiacis in Sap. 17, 17.) quibus cohibebantur maligni angeli.

v. 2. Και εκρατησε. Hac catena tanquam laqueo capitur ille, qui aliis παγιδα et insidias adhuc struxerat, 1 Tim. 3, 7; 2 Tim. 2, 26; cf. Prov. 14, 9. Δρακοντα — Σατανας, vid. ad c. 12, 9.

Εδησεν αυτον χιλια ετη iung. arctiss. cum sequentibus v. 3 εβαλον εις τ. αβ. και εκλεισεν, vt voces χιλια ετη ad εκλεισεν, potius referantur. Pessima versiculorum distinctio, quum inde a και εσφραγισε incipere debuisset versus tertius. Χιλια ετη h. l. sine articulo; postea vero, vbi ad h. l. respicitur, addito articulo τα, v. 3. 5. 7. exprimitur, (ibi enim sine auctoritate critica e quibusdam codd. abest).

Sed de hoc 1000 annorum interuallo, quod ob exsculptam inde de millenni Christi regno siue chiliasmo theoriam dogmaticam mirum quantum inclaruit, et iam in primordiis rei christianae partes in chiliasticam et antichiliasticam diremit, consultissimum erit, sententiam nostram, quae eadem est et Perill. Eichhornii et aliorum, continua oratione ita exponere, vt nullius sententiae alterius mentio fiat, sed quaecunque in aliam partem dici aut luculentius exponi posse videntur, in Excurs. 61 coniiciantur. — Messiae, in quo confisi quondam erant Judaei, per longissimum temporis interuallum regnum in terris ex mente Judaeorum

τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Post Σατανας additur: ὁ πλανων την οικουμενην ὁλην in 8. pluribusque aliis apud Wetst. et Griesb. 4 ap. Matth. 3 ap. Alt. 6 ap. Birch. Complut. Plant. Genev. Syr. Ar. Andr. Areth. Ex c. 12, 9 insertum est manifesto, et quum breuior praeferenda sit lectis, miror, Matthaeium haec in textum admisisse.

rum designatum erat. Illud autem tempus nominauerant 1000 annos. Tanchuma fol. 255, 1: "R. Eliеser dixit: Messiae tempora sunt mille anni, S. D. Esai. LXIII, 4: dies enim Dei mille est annorum." Cf. plura Rabb. loca apud Wetsten. Designabant autem hac dicendi formula immensum temporis spatium, *siue* ad Platonicam philosophiam respicientes, quam doctorum Judaicorum permulti amplexati erant, et cui periodus mille annorum sacra erat; vnde et Judaeis numerus millenarius mysticus fuit, vti Wetsten. ex multis Rabbin. locis probatum dedit: *siue*, quod praestat, quia meminerant loci Ps. 90, 4, in quo infinitum tempus per 1000 annos exprimitur, cf. 2 Petr. 3, 8. *Bechai* in *Jalkut Rubeni*, fol. 12, 2: "Dies Dei S. B., sunt mille anni." *Ibid.* fol. 15, 2: "Dixit Deus S. B. Ecce ego viuum relinquam hominem per vnum diem — —: sed vos non nostis, an dies intelligendi sint diuini, an vero humani. Ego vero dabo ipsi diem vnum ex meis h. e. mille annos:" *siue* tandem, quod omnibus praeferendum videtur, quoniam infinitum numerum per numerum millenarium exprimit vnaquaeque fere lingua. Vtut sit, at noster poeta ad hanc Judaeorum opinionem totum se componit; atque quum caetera, quae de redituro Messia sperabantur, contemplatum se fuisse finxisset, neque illud silentio praeterire potuit in carmine, conspectum a se esse quoque Messiam per istud millennium regnantem. Videtur autem istum numerum ad arithmeticas regulas reuocasse noster, neque immensum solum tempus, sed vere mille annos intellexisse: mihi saltem ita videtur, quia subinde repetit τα χιλια ετη. Atque ex eiusdem mente procul dubio non in coelis, sed in terris istud regnum exercuisse Messias conspectus est: id quod vel ipsum summo

βολος καὶ Σατανᾶς, καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη, καὶ

mo miſeris, quibus conſultum voluit carmine ſuo, ſolatio eſſe poterat. Nec refragantur ea, quae leguntur v. 4 et 5. Tametſi enim illa procul dubio in coelo repraeſentantur: attamen cogitandum eſt, omnia, quae inde a cap. 19, 11. recenſentur, in coeleſti theatro eſſe peracta, quod theatrum idem manet, donec v. 11. omnis terra cum coelo diſparet, et noua apparent c. 21, 1. Neque enim ſubſiſtit poeta in contemplando millennari hoc Meſſiae regno, ſed vlterius proſpicit in tempora, quibus, exacto illo 1000 annorum ſpatio, ſolutus ex Abyſſo Satanas, et ne tanta quidem caſtigatione correctus, irrumpere in poſſeſſionem chriſtianorum pergit, ſed iam, quum nulla medicina ad ſanam mentem eum poſſet reuocare, ſub eundem Orcum mittitur, in quem infauſtum illud ſodalium par iam c. 19, 20. abierat. Iamque adeſt τὸ τέλος, Matth. 24, 14; 1 Cor. 15, 24-26; 2 Petr. 3, 7-13: Redit Meſſias denuo in coelum, ſoliumque occupat, in quo iudicium extremum habiturus eſt: perit mundus, ſurgunt mortui, praemiis poenisue afficiuntur, et noua coeli terraeque facies renaſcitur, quae capp. 21 et 22. delineatur. — Et his quidem praemiſſis ea, quae inſequuntur, fluent facillime, et quae paſſim de ἀναστάσει πρώτῃ v. 5. 6, de δευτέρῳ θανάτῳ v. 6. 14. vberius erunt explicanda, abſque negotio intelligentur. — Quod ſi tamen velles quaerere, quo tandem pacto tot grauiſſimarum rerum ſimulacra, quae res, plus quam 1600 annorum interuallo geſtas gerendasque, ob oculos ponebant, tam breui temporis momento intueri oculis potuerit vates; reſpondendum foret, commentis poetarum eiusmodi libertatem indulgendam eſſe, neque in eis euoluendis nimis ſubtiliter verſandum. Atqui ne dramaticis quidem poetis iſta temporum perturbatio crimini vertitur; et licuit Shakeſpeario, drama ſuum de Iulio Caeſare inde a tempore, quo triumphans ille vrbem Romam ingreſſus fuit, producere vsque ad bellum Mutinenſe. Mitigaſſe tamen quodammodo rem videri poſſit poeta, eo quod, vbi de rebus remotiſſimis agitur, in futura forma loquitur v. 6. 7. 8, quaſi eadem non quidem vt vere geſta conſpexiſſet, attamen de

καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισε, 3
καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ
ἔτι

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Επανω αυτου. Cod. A habet εμμενως αυτον, ſequente Verſ. Armenica. Efficta videtur lectio ad mitigandam aſperitatem conſtructionis σφραγιζειν επανω τινος.

de eorum euentu certo et indubio perſuaſiſſimus fuerit. Εδησεν αυτον, vt chriſtianum regnum ab eius inſidiis tutum eſſet, et ipſe ad meliorem frugem rediret. Ligabatur autem χιλια ετη, quia ſcil. per tantum temporis ſpatium continuandum erat Meſſiae regnum, vt verſus 4. ait, et h. l. per prolepſim iam affertur. Aliam tamen rationem, cur per mille potiſſimum annos cohibendus fuerit Satanas, reddunt alii, eamque e philoſophia Platonica petitam, ex qua credebant et Judaeorum philoſophi, animas ſcelerum et vitiorum labe contaminatas per mille annos ſubter terram deliteſcere, vt poenis quaſi purgarentur. Virgil. Aen. 6, 745 ſqq. Plato de republ. Lib. 10, p. 761, E, refert, ειναι πορειαν (animarum e terra in coelum abeuntium) χιλιετη. Idem in Timaeo, p. 1054, E. χιλιοστῳ δε ετει — αφικνουμεναι επι κληρωσιν και αἱρεσιν του δευτερου βιου; Idem in Phaedro p. 1223, D, περιοδῳ τῃ χιλιετει. Pariter *Midraſch Tillin* in Pſ. 90, 15. Vix tamen credo eo vsque proceſſiſſe poetae noſtri doctrinam.

v. 3. Εκλεισε. Concluſit autem tam iniecta magnae rupis mole, fere vt Matth. 27, 66, quam ope clauis, quem manu gerebat v. 1: et quo certior eſſet et tutior, ſigillo quoque muniuit clauſtra. Iungenda haec ſunt, vt iam in fronte v. 2, annotauimus, nexu arctiſſimo τοις: εδησεν αυτον χιλια ετη, v. 2, et ita ferme reſoluenda: και δηθεντα αυτον και βληθεντα εις την αβυσσον εκλεισεν εις χιλια ετη. Ratio additur: ἱνα μη πλανησῃ τα εθνη ετι, ne nouos inter gentes terram incolentes, in earundem exitium, vt modo fecerat c. 19, 17 – fin., tumultus cieret, neue laetiori iam et tranquillae rei chriſtianae moleſtus fieret per omne illud 1000 annorum ſpatium, per quod regnum in terris Meſſiae conceſſum diuinitus erat, αχρι τελεσθῃ τα

ἔτι τὰ ἔθνη, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· μετὰ
4 ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον. Καὶ
εἶδον θρόνους, — καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτοὺς, — καὶ
κρίμα

τα χιλια ετη, *donec mille rotam voluit per annos*, Virgil. Aen. Lib. VI. v. 748. Illis autem annis elapsis, δει i. e. *in fatis est*, inde ab aeterno institutis, αυτον λυθηναι, *vt soluatur vinculis*, ad periculum faciendum, num post tam grauem et diuturnam animaduersionem tandem resipuerit et in pristinum angelum lucis conuersus sit: sed soluetur nonnisi μικρον χρονον, id quod sane pessimi erat ominis, ne hac quidem castigatione correctum eundem ex abysso rediturum esse. Suspicor equidem, et haec omnia, quae hic proferuntur, e thesauris doctrinae Judaicae esse depromta, in quibus repositum forsitan erat et hoc, per illud millennium, per quod Messiae regnum in terris florebat (Tanchuma, fol. 255, 1, supra ad v. 2. laudat.), Satanam coërcendum, postea vero libertati ad breue temporis spatium restituendum esse. Non quidem eiusmodi locum in scriptoribus Judaicis inuenerunt intt., qui in eis versandis et ad interpretationem litterarum sacrarum adhibendis praeclaram operam nauarunt: attulissent enim profecto ad h. l. Sed parum sequitur ex hoc silentio, istiusmodi testimonia in nullis Judaicorum magistrorum voluminibus perhibita fuisse. Vtcunque sit, nonnisi μικρον χρονον solutum iri Satanam, idcirco affert Joannes, quia exacto illo millennio instare proxime το τελος et omnium rerum consummationem persuasum habebat.

Apparet vero et ex his, vatem nostrum, vtpote Judaeum, hoc Messiae regnum per annos mille *in his terris* capessendum esse, credidisse: si enim in coelo regnasset Messias, iam tum non opus fuerat cohibere et coërcere Satanam, qui e coelo ipso dudum praecipitatus erat, c. 12, 9.

v. 4. Et ita quidem remotis hostibus omnibus inauguratur speratum dudum illud regnum, efflorescitque laetissime. Nondum dici potuit res christiana victrix et secura, quum cecidissent Hierosolyma c. 11, fin. et c. 12.: sed, quemadmodum de populo Romano Florus in prooemio praedicat, nonnisi

κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς, — καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ καὶ διὰ τὸν

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Pro πεπελεκισμενων A habet πεπολεμημενων. Verbum πελεκιζω, vt Matthaei existimat, ignotum forsan scribis fuit, vnde tam misere illud vexarunt.

nisi ad quendam florem iuventae peruenit, supra cap. 12, 5 sqq., iam autem, debellatis et gentibus omnibus, ad virilem quasi aetatem adoleuit. Regnat ergo Messias, sed regnant cum eo et sui, quam spem afflictis christianis saepissime fecerant diuini legati, Rom. 5, 17; 8, 17; 2 Tim. 2, 12; Col. 3, 24. Et ipse quidem rex, vt par est, licet non diserte exprimatur carmine, solio insidet: sed circumdatus est eius thronus pluribus thronis aliis, quos occupant aulici et ministri, quibus stipati sunt reges, in primis orientales. Quinam tamen honorificentissimo hoc munere digni habentur? Procul dubio prae aliis Apostoli, Matth. 19, 28; Luc. 22, 30, quamquam et horum nulla diserta fit mentio: sed praeter illos et, quicunque cruciatibus, quibus torquebantur, et morte ipsa martyrium J. C. subierant, aut fide et constantia, aut alia quacunque virtute de caussa christiana prae aliis insignite promeruerant. Illi itaque, tanquam Patres Conscripti, in senatum sanctissimum leguntur; illi exercent iudicium, quod ipse rex non exercet, sed ministris suis, se praeside, exercendum tradit. Illi habendi erunt ἁγιοι illi, quos iudicium de κοσμῳ habituros esse, constans fuit opinio, vt perhibet Paullus 1 Cor. 6, 2. (cf. Dan. 7, 22, vbi similia occurrunt, et supra Apocal. 3, 21.). Illis quondam, dum viueret in terris, potestatem fecerat Jesus, admittendi in ciuitatem christianam, aut ea excludendi, quoscunque liberet, Matth. 16, 19; c. 18, 18; Jo. 20, 23: iisdem et nunc, ad regnum instaurandum in terras reuersus, permittit, diiudicare, quinam adsciscendi sint iam nunc, quinam vsque ad extremum iudicium, το τελος, mittendi. — Breuiter autem hic et sermone praegnante loquitur vates, nec construendarum vocum ordinem curat: tanto gaudio laetissimus adspectus perfuderat intuentem. — Και ειδον θρονους: *Da sahe ich Thronen: da*

τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ οὐδὲ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ

da gab es Thronen zu sehen: da sassen sie auf ihnen: da hatten sie das Richteramt in Händen, — da waren die Seelen der etc. — da lebten — da herrschten sie. Εκαθισαν, ad sententiam ferendam, scilic. illi, quos in senatum coelestem adsciuerat Messias. Κριμα εδοθη αυτοις. Non: *iudicabantur ipsi a Messia*, sed a Messia ipsis εδοθη (sensus huius vocis in carmine frequentissime occurrens notissimus iam est) κριμα, *concessa est potestas et auctoritas iudicandi* (perinde vsurpatur vox κρισις Jo. 5, 22.). Sed in quosnam iudicium exercebant? In illos, qui, siue e Judaeis illi, siue e gentibus collecti fuerant, plus minusue de re christiana promeruerant, adeoque magis minusue digni videbantur, qui iam nunc resurgerent ex mortuis, et ciuitate regni noui donarentur. Disquirebatur ergo hoc iudicio nonnisi illud, quinam αναστασει πρωτῃ (v. 5.) iam nunc resuscitandi essent, nec ne: prorsus aliud iudicium infra v. 11 sqq., a Messia ipso habendum, videbimus. — Iam in scenam prodeunt, qui ex decreto Apostolorum iudicum honore hoc affecti erant. Ex illis ante caeteros omnes eminent, qui mortem doctrinae christianae caussa erant perpessi. Ψυχας των πεπελεκισμενων, pro πεπελεκισμενους, vti Leuit. 21, 11. כל־נפשות מת pro כל־מת. Quomodo autem ψυχαι in conspectum intuentis potuerint venire, vid. ad c. 6, 9, vbi eadem prorsus ratio. Hic autem accedit, quod statim additur: και εζησαν, vt adeo forma quadam corporea indutae in oculos incurrisse existimandae sint. Των πεπελεκισμενων. Πελεκιζειν, vel πελεκαν, hapax legomenon, est πελεκει, *securi ferire, enthaupten*. Maior erat ignominia, securi percuti, quam gladio, μαχαιρᾳ Act. 12, 2. Polyb. Lib. 1, p. 10. μαστιγωσαντες απαντας κατα το παρ' αυτοις εθος επελεκισαν. Hac ignominiosa morte plerumque afficiebantur christiani martyres. Vid. Prudentius, Peristephan. hymn. 1, v. 54–57: "Stant parati ferre, quidquid sors tulisset vltima: Seu foret praebenda ceruix ad *bipennem* publicam, Verberum post vim crepantum, post catastas igneas, Siue pardis

τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν, — καὶ ἔζησαν, — καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ Χριστοῦ

pardis offerendum pectus aut leonibus." Credi ergo poteſt, poſitum eſſe pro omni genere mortis ignominioſae; adeoque et referri poterit ad miſeros illos Judaeos Chriſtianoſque, qui, vt paſſim obſeruauimus, flagrante bello Judaico, vbique locorum ad fauorem Romanorum aucupandum miſere iugulati et pecoris inſtar mactati erant (vid. prolegom. not. 76). Trucidati enim illi hic leguntur non ſolum *δια την μαρτυριαν Ιησου*, quod de ſolis chriſtianis dicitur, ſed etiam *δια τον λογον του Θεου*, quod et ad quemlibet pium Judaeum, Jouae cultorem, adhiberi poterit (vid. ad c. 12, 17.). *Και οἵτινες — — χειρα αυτων*, vid. c. 13, 15 - 17. Senſ. "qui, etiamſi peculiari eo ſenſu non profeſſi erant *μαρτυριαν Ιησου*, quod eius doctrinam tradiderant aliis et propagauerant, attamen id ſaltem fide et conſtantia ſua curaverant, vt ne conſuetudine cum paganis ad idola relaberentur: quod et ipſum dicenda erit *μαρτυρια Ιησου* ſenſu laxiore." Perill. Eichhornius ſub prioribus Judaeochriſtianos, ſub poſterioribus eos, qui e gentibus exierant, intelligit. — Videtur autem fidem proxime accedere, ſub adoratione illa *του θηριου*, et charactere eius fronti impreſſo, quia carmen rem toties repetit, neque ab ea recedere poteſt, rem quandam, quae vere geſta ſit, eandemque illis in tractibus notiſſimam, eſſe intelligendam: iamque licebit exiſtimare, quanto ſolatio his canendis affecerit Joannes iſtarum terrarum incolas. Poteſt tamen crebra rei repetitio nonniſi genio et indoli poetae deberi, qui et alia ad taedium vsque repetere amat. Semper autem emergit ſenſus: "quo grauioribus cum aerumnis ob Chriſti cauſſam in his terris conflictandum habuerant illi, eo digniores futuros, qui iam nunc in regni laetiſſimi ciuitatem adſciſcerentur." *Και εζησαν*. Si, miſſa poetica ſublimitate, ad frigidiores regulas reuocare velles conſtructionem, plusquamperfecte dictam vocem exiſtimares, et *και* pro *και γαρ* eſſe poſitum, ſenſu hoc: "neque enim *ψυχαι* amplius erant, ſed in vitam iam reuocati ipſi, et poſt reſurrectionem in regni conſortium admiſſi." Sed videamus, ne vim

 poeti-

6 Χριστοῦ χίλια ἔτη. Οἱ λοιποὶ ⸆ τῶν νεκρῶν οὐκ ⸋ ἀνέζησαν:, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη.
⸆ ἔζησαν Αὕτη

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Ανεζησαν. Ita ex texta communi expressum dedit Bengelius. Sed praestat lectio εζησαν, quae difficilior est, minusque ad christianae doctrinae dogmata composita videtur. Probatur ea testibus A B, aliisque apud Wetsten.' et Griesbah. 2 ap. Matth. 2 ap. Birch.

Deest autem fere integer versus, οἱ λοιποι — ετη in codice Petauii numero 11 ap. Wetst. et Griesb. insignito, nec non in 3 ap. Matth. et 4 ap. Birch. Forsan a dogmaticis ablata sunt verba, quia dogmati de resurrectione hominum omnium repugnare videbantur: vel homoeoteleuton illud χιλια ετη in errorem induxit librarios. Matthaeius tamen spuria ea habere videtur, et inuecta vel ex Andreae scholiis, vel e Vulgata.

poeticam impediamus. Και εβασιλευσαν. 2 Tim. 2, 12; Apocal. 1, 6. Χιλια ετη, seu τα χιλια ετη (quia et hic, vt alias vbique, articulus in plerisque legitur, etsi Bengelius eundem in textu non expressit): "per illos mille annos, per quos post devictos hostes, tanquam millenari Sabbatho, regnaturus est Messias:" *Sanhedrin*, fol. 92, 1: "traditio est in domo Eliae: iustos, quos Deus S. B. a mortuis resuscitarit, haud amplius in puluerem reuersuros, sed per spatium mille annorum, quo elapso Deus S. B. mundum renovabit, tribuet eis alas etc."

v. 5. Erat ergo traditio, temporibus Messiae resurrecturos esse mortuos: Jalkut Rubeni fol. 182, 1: "Noris, traditionem inter nos esse, quando Messias — ad terram Israel veniet, illo die mortui resurgent in terra Israel." Sed haudquaquam omnibus continget, esse tam beatis, vt e mortuis iam tum redeant: is enim honos seruandus est eis, qui praeclare meritis alios longe lateque superauerunt, e. gr. Apostolis, doctoribus aliis, et martyribus, qui vitam posuere, dignique habiti sunt, pro Christo et pati et mori, Act. 5, 41. De discrimine christianorum e Judaeis gentibusue collectorum nulla prorsus hic mentio: et rectissime hic annotat Ven. Stolzius: "Johannes will sagen: ich weiss wohl, dass wir Christen eine allgemeine

Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. Μακάριος καὶ 6
ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ·
ἐπὶ

ne Auferstehung der Todten glauben: aber davon ist hier nicht die Rede: hier ist die Rede von *Auszeichnung.*" Οἱ λοιποι, *caeteri christiani, et caeteri homines omnes:* illos enim tum demum αναστασις manebit, quum consummatis omnibus instabit το τελος, sed Αὑτη ἡ ἀναστασις ἡ πρωτη, *haec resurrectio, de qua loquimur, est ea, quae nonnisi τοις εκλεκτοις seruatur.* Est autem h. l. vox αναστασις nec tropice, vt Ezech. 37, nec mystice, sed vere et grammatice intelligenda, quia persuasum sibi habebant, iam tum, longe ante resurrectionem mortuorum omnium, surrecturos esse eos, qui in primordiis rei christianae fide, constantia et meritis prae aliis inclaruerant. Hanc autem opinionem fouisse Apostolos, aliosque coryphaeos, spemque et fiduciam concepisse, fore, vt huius αναστασεως socii et participes redderentur et ipsi, vix est quod dubitemus; vid. Phil. 3, 11; et quae ad illum locum, nec non in Excurs. ad Coloss. maxime p. 249. adnotauimus. Excitauerat forte hanc spem locus Danielis c. 12, v. 2. 3. 12, effata J. C. Matth. 19, 28; Luc. 22, 30, et locus ille Sanhedrin fol. 92, 1 ad fin. v. 4. citatus cum similibus aliis.

v. 6. Iam excurrit poeta in praedicandam illorum beatitatem, quos prima hac αναστασει dignatus sit sanctus ille senatus; laudaturque illud praemium eo potissimum, quod illi prorsus non tangi possint morte secunda, τῳ θανατῳ δευτερῳ. Quae illa sit, memoratur infra v. 14. et c. 21, 8. Morte quippe secunda plectitur, quicunque post resurrectionem e mortuis ob impie facta indignus habetur consortio coelitum, ciuitate coelesti excluditur, atque in eundem locum praecipitatur, qui assignatus est hostibus rei christianae c. 19, 20; 20, 10. Sicuti enim, qui ex hac vita discedunt, mori dicuntur, ita, qui et ex altera illa vita et societate deturbantur, quasi mori denuo, et tanquam morte secunda poenam luere (1 Sam. 2, 12; Ezech. 3, 18.) dicuntur (est ea quasi παλινθανασια ex opposito παλιγγενεσιας illius, de qua cum Nicodemo colloquitur Jesus Joh. 3.). Ista ergo

6 Χριστοῦ χίλια ἔτη. Οἱ λοιποὶ τῶν νεκρῶν
οὐκ ἀνέζησαν:, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη.
ἔζησαν Αὕτη

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Ανεζησαν. Ita ex textu communi expressum dedit Bengelius. Sed praestat lectio εζησαν, quae difficilior est, minusque ad christianae doctrinae dogmata composita videtur. Probatur ea testibus A B, aliisque apud Wetsten. et Griesbah. 2 ap. Matth. 2 ap. Birch.

Deest autem fere integer versus, οἱ λοιποι — ετη in codice Petauii numero 11 ap. Wetst. et Griesb. insignito, nec non in 3 ap. Matth. et 4 ap. Birch. Forsan a dogmaticis ablata sunt verba, quia dogmati de resurrectione hominum omnium repugnare videbantur: vel homoeoteleuton illud χιλια ετη in errorem induxit librarios. Matthaeius tamen spuria ea habere videtur, et inuecta vel ex Andreae scholiis, vel e Vulgata.

poeticam impediamus. Και εβασιλευσαν. 2 Tim. 2, 12; Apocal. 1, 6. Χιλια ετη, seu τα χιλια ετη (quia et hic, vt alias vbique, articulus in plerisque legitur, etsi Bengelius eundem in textu non expressit): "per illos mille annos, per quos post deuictos hostes, tanquam millenari Sabbatho, regnaturus est Messias:" *Sanhedrin*, fol. 92, 1: "traditio est in domo Eliae: iustos, quos Deus S. B. a mortuis resuscitarit, haud amplius in puluerem reuersuros, sed per spatium mille annorum, quo elapso Deus S. B. mundum renovabit, tribuet eis alas etc."

v. 5. Erat ergo traditio, temporibus Messiae resurrecturos esse mortuos: Jalkut Rubeni fol. 182, 1: "Noris, traditionem inter nos esse, quando Messias — ad terram Israel veniet, illo die mortui resurgent in terra Israel." Sed handquaquam omnibus continget, esse tam beatis, vt e mortuis iam tum redeant: is enim honos seruandus est eis, qui praeclare meritis alios longe lateque superauerunt, e. gr. Apostolis, doctoribus aliis, et martyribus, qui vitam posuere, dignique habiti sunt, pro Christo et pati et mori, Act. 5, 41. De discrimine christianorum e Judaeis gentibusue collectorum nulla prorsus hic mentio: et rectissime hic annotat Ven. Stolzius: "Johannes will sagen: ich weiss wohl, dass wir Christen eine allgemeine

ne

Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. Μακάριος καὶ 6
ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ·
ἐπὶ

ne Auferstehung der Todten glauben: aber davon ist hier nicht die Rede: hier ist die Rede von *Auszeichnung.*" Οἱ λοιποι, *caeteri christiani, et caeteri homines omnes:* illos enim tum demum αναστασις manebit, quum consummatis omnibus instabit το τελος, sed Αὕτη ἡ αναστασις ἡ πρωτη, *haec resurrectio, de qua loquimur, est ea, quae nonnisi τοις εκλεκτοις seruatur.* Est autem h. l. vox αναστασις nec tropice, vt Ezech. 37, nec mystice, sed vere et grammatice intelligenda, quia persuasum sibi habebant, iam tum, longe ante resurrectionem mortuorum omnium, surrecturos esse eos, qui in primordiis rei christianae fide, constantia et meritis prae aliis inclaruerant. Hanc autem opinionem fouisse Apostolos, aliosque coryphaeos, spemque et fiduciam concepisse, fore, vt huius αναστασεως socii et participes redderentur et ipsi, vix est quod dubitemus; vid. Phil. 3, 11; et quae ad illum locum, nec non in Excurs. ad Coloss. maxime p. 249. adnotauimus. Excitauerat forte hanc spem locus Danielis c. 12, v. 2. 3. 12, effata J. C. Matth. 19, 28; Luc. 22, 30, et locus ille Sanhedrin fol. 92, 1 ad fin. v. 4. citatus cum similibus aliis.

v. 6. Iam excurrit poeta in praedicandam illorum beatitatem, quos prima hac αναστασει dignatus sit sanctus ille senatus; laudaturque illud praemium eo potissimum, quod illi prorsus non tangi possint morte secunda, τῳ θανατῳ δευτερῳ. Quae illa sit, memoratur infra v. 14. et c. 21, 8. Morte quippe secunda plectitur, quicunque post resurrectionem e mortuis ob impie facta indignus habetur consortio coelitum, ciuitate coelesti excluditur, atque in eundem locum praecipitatur, qui assignatus est hostibus rei christianae c. 19, 20; 20, 10. Sicuti enim, qui ex hac vita discedunt, mori dicuntur, ita, qui et ex altera illa vita et societate deturbantur, quasi mori denuo, et tanquam morte secunda poenam luere (1 Sam. 6, 12; Ezech. 3, 18.) dicuntur (est ea quasi παλινθανασια ex opposito παλιγγενεσιας illius, de qua cum Nicodemo colloquitur Jesus Joh. 3.). Ista

ergo

ἐπὶ τούτων ὁ δεύτερος θάνατος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ᾽

ergo poena nondum in hac vita infligi poterit, sed in illa demum, quae post αναστασιν sequitur: post primam eam mortem αναστασις sequitur: post hanc nulla. Hanc dicendi formulam, מיתה משנה seu תנינא, apud Judaeos satis frequentatam fuisse, e scriptoribus Judaicis patet, a Wetstenio et Schöttgenio ad h. l. excitatis. *Pirke R. Eliefer* c. 34: "Omnem idololatram, qui dicit, alium esse Deum praeter me, interimam morte secunda;" Jalkut Rubeni fol. 121, 1: "Omnis fur, aut bona proximi sui rapiens, propter iniquitates suas corruet, vt moriatur morte secunda;" Targum Jesai. 22, 14: "Dixit propheta: auribus meis audiui, quod hoc decretum sit a domino, peccatum hoc ipsis remittendum non esse, vsque dum moriantur morte secunda." Sed nonnisi impii ea morte plectuntur, non probi: *Targum.* Hierosolym. in Deut. 33, 6: "Viuat Ruben in hoc saeculo, nec moriatur morte secunda;" *Eruvin*, fol. 19, 1: "in discipulos sapientiae ignis gehennae non dominatur." Haec ergo secunda mors quo, quaeso! pacto cadere posset in illos, qui αναστασει πρωτῃ e mortuis rediere? quum iste honos non contigerit hominibus omnibus (τοις κατοικουσι την γην), in quibus tot scelesti sunt et flagitiosi, sed nonnisi Christianis; et ne iis quidem absque discrimine cunctis, sed eis tantummodo, qui vitae honestate, pietate, fide et constantia aut illustriori aliquo in rem christianam merito inclaruere. Post αναστασιν insequitur quidem ista mors altera, sed nullo pacto post πρωτην hanc αναστασιν: quare o terque quaterque beatum illum, qui prima illa αναστασει resurgit!

Pergit poeta: *sed in perpetuum summa beatitate perfruentur:* id quod ita effertur, vt eisdem rebus ibi occupati adumbrentur, quae hic summo eis studio et voluptati fuere, cultu puta et Deo summo et Jesu Christo adhibito: εσονται ἱερεις του Θεου και l. X. quippe nequibant sibi laetius quid et honorificentius animo informare pii Israelitae, quam ἱεροσυνην, templa, altaria, suffitum etc. vid. ad c. 1, 6. Quid? quod imperii, quo regnat Messias, ipsius participes erunt, και βασιλευσουσι, vid. ad v. 4, init. Χιλια ετη. *Longissimum* temporis intervallum h. l. exprimitur: nil aliud: minime illud, post

exactum

ἀλλ᾽ ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ᾽ αὐτοῦ χίλια ἔτη.

Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθή- 7
σεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ,
καὶ

exactum millennium βασιλειᾳ et felicitati illorum finem imponendum esse, quae ratio neque h. l. neque 1 Cor. 15, 25. nec similibus in locis ferri poterit.

Tanto autem cum sensu de πρωτῃ hac αναστασει cum suis locutus Joannes haud obscure indicat, sibi ipsi quoque spem superesse, fore vt illius particeps reddatur. Nec mirum illud: id habebant in votis, id augurabantur omnes, quicunque suorum in Christum meritorum conscientia erigebantur.

Hactenus de regno millenario: de quo poeta, etiamsi, Ιουδαιος ων, Judaicas opiniones sequitur, atque *in his terris* eius instaurationem auguratur, id tamen proprium sibi habet, et ab anilibus Judaeorum commentis quam maxime abhorrens, vt ea tantummodo afferat, quae dignos homines reddunt Deoque gratos et acceptos.

---

v. 7. Elapso illo millennio, exspectandum erat, vt et caeteri christiani, cum hominibus omnibus e mortuis redeuntes, coram iudicis tribunali sisterentur, ciuiumque christianorum felicitas iungeretur sine intermissione vitae aeternae, et in perpetuum continuaretur. Sed recordemur, cohibitum tantummodo vinculis fuisse Satanam, non ad internecionem deletum. Iamque experiendum erat, num post tantam castigationem resipuerit, dignumque se exhibiturus sit, qui in coelum ad beatitatem aeternam admitteretur, caeterisque angelis iungeretur et ipse. Sed proh dolor! vix dum solutus vinculis, ad notas sibi fraudes recurrit, pristinamque malignitatem, quam nondum exuerat, resumit, notasque recolligit artes. Λυθησεται: prout est in fatis, vt ad paruum tempus denuo soluatur, δει λυθηναι, v. 3, vbi vide. Futura forma cur expressum sit verbum, ad v. 2. circa fin. suspicati sumus. Sed vaticinia, quo sensu illa dogmatice sumuntur, fuge hic quaerere: cf. proleg. p. 94, no. 4.

v. 8.

8 καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης.

Καὶ

v. 8. Ἐξελεύσεται. Grauissima Satanas minatus erat rei christianae infanti, c. 12: grauiora iam et perniciosiora machinatur aduersus adultam. Ταις τεσσαρσι γωνιαις της γης, vid. supra c. 6, 1. Τον Γωγ και Μαγωγ. Multum de his nominibus olim disputatum est. Michaelis, spicileg. geograph. exter. Hebr. Part. 1, p. 24., *Gog* nomen regis, et *Magog* subiectos populos prope Caspium mare indicare suspicatur. Sed praestat opinari, ficta esse nomina, ad indicandas gentes, a terris cultioribus populis inhabitatis remotissimas, adeoque feras et barbaras, immani et gigantea figura, morum feritate, crudelitate etc. infames. Pariter et Graecis, qui in medio et quasi vmbilico terrarum degebant populi, cultissimi habebantur, quo remotius autem distabant, eo truculentiores videbantur, vt Sauromatae, Scythae, Hyperborei etc. Virgil. Georg. 1, 30 Augusto Caesari precatur: "tibi seruiat vltima Thule!" Composuit autem se hic noster ad Ezechielis exemplum, qui post euersas omnes gentes Israelitis infensas, tandem et Gogitas Magogitasque debellatos canit, et ita demum nouis templis restaurandis fundamenta iacit. Conspirant scriptores Judaici. *Targum. Hierosolymitan. in Num.* 11, 27: "in fine extremitatis dierum Gog et Magog, et exercitus eorum, adscendent Hierosolyma, et per manus regis Messiae ipsi cadent;" *Targum. Jonath. in Leuit.* 26, 44 *et in Num.* 9, 27: "ecce rex de terra Magog adscendit, in fine dierum — —. interficientur incendio animae flamma ignis, qui exibit e loco sub solio gloriae, et cadent cadauera eorum etc.;" *Sanhedrin Gem.* c. 11: "post annos 4291 a mundo condito elapsos finis mundi erit, et ex illis bella draconum, et inde praelia Gogi et Magogi." Ὧν ὁ αριθμος ὡς ἡ αμμ. τ. θαλασσ. Ergo non feritate solum sed et immenso numero terribiles erunt. Vulgaris metaphora, Gen. 22, 17; 32, 13; 41, 49 et sexcenties alias.

v. 9.

Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύ- 9
κλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων καὶ τὴν πόλιν
τὴν ἠγαπημένην. Καὶ κατέβη πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ
ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατέφαγεν αὐτούς. Καὶ ὁ 10
διάβο-

v. 9. Και ανεβησαν. Relicta forma futura, v. 6–8. adhibita, repetitur forma, quae quasi praeterita et a vate conspecta refert: quae eadem temporum variatio et in prophetis maiorum identidem occurrit. *Αναβαινειν* autem et *αναβασις* notissimae sunt voces de expeditionibus militaribus vsurpatae. *Επι το πλατος της γης*. Perinde est in versione των LXX, Habac. 1, 6, *το εθνος το πορευομενον επι τα πλατη της γης*, cf. Ies. 8, 8. Significat vel: *in superficiem terrae omnem*, quam longe lateque ea patet, vel ex vulgari Hebraeorum pleonasmo dictum est על פני הארץ. — Tantum autem apparatum conspicati regni christiani ciues, et ipsi ad vim propulsandam arma mouent, atque extra vrbem castra metantur. Decebat quippe, regnum, a Messia iam per mille annos gubernatum, et metropoli sua ornatum fuisse, quam non quidem nomine poeta appellat, sed ita tamen designat, vt vix alia possit intelligi, quam Hierosolyma, *πολις ηγαπημενη*. Ad hanc vrbem, quo tutior ab hostium incursionibus foret ipsa, castra posuerunt, *παρεμβολην*, מחנה, Hebr. 13, 11. 13: Actor. 21, 34. 37, alibi, in quibus excubias agerent. Koppius *παρεμβολην* pro exercitu צבא, vt Hebr. 11, 34, dictum putat, quod per metonymiam eodem redit. — Sed proh audaciam! Ipsam *την των ἁγιων παρεμβολην*, ipsam *την ηγαπημενην πολιν* inuadere non erubuerunt hostes, parum reputantes, ipsius Dei tutela omnia esse munitissima. Itaque Deus intercedit, quia tanto vindice dignus nodus videtur, et quia Deus intercedit, non multos post apparatus demum, sed verbo et iussu omnipotentis consumuntur hostes omnes. *Και κατεβη πυρ*. Ista vindicta breuissime et absque ambagibus in aduersarios animaduertit Deus, Gen. 19, 24; Num. 16, 35; 2 Reg. 1, 12, et in ipsos adeo Gogitas et Magogitas apud Ezech. c. 38, 21. 22 et c. 39, 6.

v. 10. Tandem aliquando et Satanas ipse fatum subit, olim

διάβολος, ὁ πλανῶν αὐτοὺς, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης· καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

11 Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθή-

olim ei destinatum (*Pesikta* R. fol. 62, 1: "Dixit Satanas: hic certe est Messias, qui me cunctosque populos ad inferos praecipitabit."), meritasque poenas luit, quibus dudum afficiendus fuisset, nisi, num ad meliorem frugem reduci posset, experiri voluissent superi, cf. ad init. capitis. Εις την λιμνην. Et hic graviore poena plectitur, qui transuersos egerat alios, quam homines ab eo in errorem inducti, perinde ac c. 19, 20. 21. De λιμνῃ πυρος vid. ad c. 14, 10. Βασανισθησονται, scil. triumuiri isti: neque enim correctionis solum locus ad tempus 1000 annorum hic assignatur, sed poenarum aeternarum.

Ex his, quae v. 7–10. effatus est poeta, apparet, in fatis fuisse, vt non solum illis temporibus, quae reditum Messiae in terras proxime praecedebant, increscerent flagitia, et cum aduersissimis rebus conflictandum haberent christiani, 1 Tim. 4, 2 Thess. 2: sed et, proxime ante το τελος rerumque omnium consummationem tristissimam rerum faciem fore, et summa imis mixta: donec tandem profligatis et illis malis ingrueret τελος, et laetissima rerum omnium conuersio.

---

v. 11. Iamque actum est de aduersariis omnibus: iam instat το τελος, Matth. 24, 14, et παντες εχθροι iacent sub pedibus Messiae, 1 Cor. 15, 25. Iam accingere se potest Messias ad iudicium gentium, traditum sibi a patre. Iamque non solum Christianorum eminentissimi meritissimique: iam homines vniuersi e terra redeunt, euocante eos Messia. Comparent coram summo iudice: vita eorum e tabulis publicis, in quas relata sunt omnia accuratissime, exploratur: ciues aeterni et beatissimi regni adscribuntur, quicunque inueniuntur digni: mali semouentur: longissime, ne beatis molesti fiant. Graphice vtique et pro rei dignitate depicta inueniemus omnia,

καθήμενον ἐπ' αὐτοῦ, — — οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς.

omnia, nec ſine voluptate legemus ingenio ſuo poetico hic vel maxime indulgentem vatem noſtrum.

Theatrum, in quod hactenus proſpeximus, vel in terra exſtructum fuit, vel in coelis. Et in eis quoque, quae ſubſequuntur, primo quidem coelum apparet, et coeleſti ſolio inſidens iudex Meſſias: omnia, quae in terra ſunt, in coelum euolant, οὐρανονδε, εις απαντησιν του Κυριου εις αερα, 1 Theſſ. 4, 17. Sed caue credas, idem theatrum hic inſtrui, quod aderat c. 4; c. 14; c. 15. Non Dei hic thronus, ſed Meſſiae, vti Matth. 25, 31: non plura iudicum plurium ſubſellia, vti ſupra v. 4. ſed nonniſi vnus. Iſte autem thronus iudicis λευκος eſt, ad indicandum tum ſplendorem et maieſtatem, c. 3, 4; c. 4, 4, alibi, tum forte et animum iudicis integrum, candidum, et ab omni partium ſtudio alienum. Sed iſtud theatrum coeleſte mox euanuit, quia δευτερα haec αναστασις, quae vniuerſum humanum genus e mortuis reuocabat, omnium rerum conuerſionem ſecum ferebat, vt nec coelum, nec terra, quae hucusque fuerant, amplius adeſſent, 2 Petr. 3, 7 ſqq. Και τον καθημενον επ' αυτου ſc. κριτην, Meſſiam, Matth. 25, 21; Jo. 5, 22; Act. 10, 42; 17, 31. Haec ergo conſpexit quidem primo vates: ſed, ſimulatque conſpexerat, ſubito diſparent omnia, quibus circumdatus erat iudex, quia noua rebus induenda erat facies. Οὐ απο προσωπου εφυγεν. Conſpecto iudice, thronum occupante, omnis rerum natura, quae ex conſueto dicendi more γη et ουρανος audit, quaſi fugam capeſſebat. Hoc erat in fatis: Pſ. 102, 27; Hebr. 1, 10; Matth. 24, 25. Et ſingulas quidem partes rerum creatarum concuſſas et laceratas iam ſupra oſtenderat carmen, c. 6, 14; 16, 20. Hic tamen rerum omnium natura perit et quaſi terga vertit, conſpecto eo, quo increpante olim iam venti et maria quieverant (Matth. 8, 27.), iam vero res creatae omnes contremiſcunt et dilabuntur. Intell. ergo voces απο προσωπου non ex Hebraiſmo מפני, vt ſit dictum pro αφ' οὑ, ſed proprie, *a cuius conſpectu*. Nam grauis omnino et exitioſus intuentibus eſt adſpectus ſeu επιφανεια numinis, ſicuti exiſti-

12 αὐτοῖς. Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς τοὺς μεγάλους καὶ τοὺς μικροὺς ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ θρόνου· καὶ

existimabant tam Iudaei quam exteri, Hebr. 12, 21, et sexcenties alias. Hic tamen totius rerum naturae tremor omnem fidem excedit, quia ei in conspectum venerat iudex omnia innovaturus. Iamblichus de mysteriis Lib. II, c. 4: "προς δε τουτοις το μεγεθος των επιφανειων παρα μεν τοις Θεοις τοσουτον επιδεικνυται, ὡστε και τον ουρανον ὁλον ενιοτε αποκρυπτειν, και τον ἡλιον και την σεληνην, την τε γην μηκετι δυνασθαι ἑσταναι αυτων κατιοντων. Enimuero instat illud temporis momentum, quod graphice depinxerat, variisque coloribus adhibitis ornauerat Petrus, 2 Petr. 3, 10, Joannes tamen noster breuissime eloquitur, sed, me quidem ita sentiente, ipsa hac breuitate, quae nec particulas transeundi inter v. 10 et 11 admittit, nec vberiorem imaginum copiam huic loco adhibet, vim et pondus mirum quantum intendit. *Darauf erblickte ich den Richtstuhl, — sahe den Richter darauf, und — weg war Erde und Himmel.* Nullum ergo amplius coelum superest: nulla terra: parturit natura omnis: noua omnia nascentur, 2 Petr. 3, 12. Atque inter tantum elementorum omnium conflictum panduntur sepulcra: in vitam redeunt mortui omnes, οἱ λοιποι illi, v. 5, apparent coram iudice, habeturque illud iudicium supremum, cui praeest iudex Messias, vt adeo in illa vniuersa rerum fuga tantum certe locorum constitisse videatur, in quibus magnum illud iudicium haberi posset.

v. 12. Si ad leges logicas, orationi philosophicae scriptas, exigere poetam vellemus, hic iam praemittenda erant τα: και εδωκεν ἡ θαλασσα — νεκρους v. 13. Sed quis poetae leges scribere ausit? Atqui non placet immorari iis, qualia v. c. Ezechiel, ingenio suo indulgens, vberius exposuerat c. 37. Sufficit cogitasse, παντας τους εν τοις μνημειοις, Joh. 5, 28. euocatos esse, μικρους και μεγαλους, nemine excluso, quia regnum, iam instaurandum, et tempore et loco in infinitum patebat, et longe superabat illud, quod v. 4 sqq. erat adumbratum. Quod regnum, vt pro dignitate sua incoleretur, non sufficiebant martyres, apostoli,

καὶ βιβλία ἠνοίχθησαν· καὶ ἄλλο βιβλίον ἠνοίχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς· καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις κατὰ τὰ ἔργα

ſtoli, doctores: *omnes* excitandi erant, et pro meritis adſciſcendi vel repudiandi. Reſuſcitati ergo ſunt omnes, iamque coram iudice apparent. Βιβλια ηνοιχθησαν. Gubernatio mundi et rerum coeleſtium ſtatus ad rei publicae in terris bene conſtitutae formam ſolet delineari, annotante Eichhornio, vnde et c. 5, 1, et h. l. librorum ſeu tabularum publicarum mentio fit, in quas relata ſunt ciuium nomina, et facta. Notiſſima eſt imago ex Pſ. 139, 16, de qua et doctores Iudaici loquuntur ſaepiſſime. Sohar Geneſ. fol. 75, col. 298: "R. Jehuda dixit: omnia opera hominis libro inſcribuntur, ſiue bona ſint, ſiue mala, illique de omnibus rationem reddituri ſunt." *Ibid.* fol. 118, col. 469: "Quaecunque homo facit in mundo, libro inſcribuntur, et ad rationem veniunt coram Deo S. B. apud quem omnia patent." — Sed exſtabat et alius commentarius a priore libro diverſus, in quem relata erant nomina eorum, qui, tametſi non tantopere inclaruerant ſuis de re chriſtiana meritis, vt αναστασει illa πρωτῃ digni habendi viderentur, at fide tamen et conſtantia, et recte beneque dictis et factis excelluerant, nec non illi, qui religionem chriſtianam nondum quidem confeſſi erant, ſed indubie tamen eam maximi aeſtimaſſent, ſi cognoſcere eandem et amplecti contigiſſet, Matth. 11, 21; 12, 42; Luc. 11, 32. Nominatur autem ille liber βιβλος της ζωης, ſupra c. 3, 5; 13, 8; 17, 8, quaſi matricula ciuium coeleſtium (ein beſonderes Belobungsbuch). Cf. Phil. 4, 3, et quae ibi adnotauimus. Prior ille catalogus pluribus voluminibus, vti videtur, comprehendebatur, βιβλια ηνοιχθησαν, hic tamen nonniſi vno, αλλο βιβλιον. Huius libri mentio fit Pſ. 69, 29; Dan. 12, 1; Phil. 4, 3, vbi vid. *forſan* et in *Sohar chadaſch* fol. 19, 1: "Die noui anni Deus S. B. ſedet vt iudicet mundum; et omnes homines rationem ipſi reddunt, nemine excepto, et libri *viuentium* et morientium aperiuntur illo die." Εκ των γεγραμμενων, *nach demjenigen, was die in den allgemeinen Staatsbüchern aufbe-*

13 ἔργα αὐτῶν· καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς· καὶ ὁ Θάνατος καὶ ὁ Ἅιδης ἔδωκαν τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

Καὶ

aufbewahrten Acten besagten.

v. 13. Et quum omnes homines ad tribunal essent citati; quis credidisset? et maria adeo, terribilia illa et tantopere reformidata elementa, mors ipsa et Scheol, mortuos, quos absque venia absumserant, in illa rerum omnium perturbatione, qua summa imis miscebantur, reddere coacta sunt. Θαλασσαν non sine summo horrore nominatam esse a Judaeis, ad c. 13, 1. animaduertimus. Qui in eo perierant, habebantur omnium infelicissimi tam apud exteros, quam Judaeos, et in aeternum periisse credebantur. Serv. ad Aeneid. I, 93: "grande est secundum Homerum, perire naufragio, quia anima ignea est et exstingui videtur in mari, i. e. elemento contrario, Odyss. δ, 511." Achilles Tatius Lib. V, p. 313: λεγουσι δε τας εν ὑδασι ψυχας ανηρημενας μηδε εις ᾅδου καταβαινειν ὁλως, αλλ' αυτου περι το ὑδωρ εχειν την πλανην. Θανατος και ᾅδης arctissimo nexu iunguntur: Θανατος erat rex et princeps locorum inferorum, του ᾅδου, fere idem quod Graecorum Pluto. Et promiscue vsurpantur et synonymice מות et שאול Jes. 28, 15; 38, 18. cf. supr. c. 6, 8. Est ergo sensus: *Der König der Unterwelt selbst mit seinem ganzen Todten-Reiche ward gezwungen, wieder herauszugeben* etc. Sunt qui Θανατον de mortuis intelligant, qui morbo, maxime contagioso, vti pestilentia, defuncti sunt; id quod supra c. 6, 8; c. 18, 8. ferri quidem potest: hic tamen vim poeticam importunius infringeret: cui neque illi multum parcunt, qui Θανατον et ᾅδην de illis hostibus interpretantur, qui cultores Dei et J. C. ad mortem vsque excruciarunt. Εδωκαν pro *απεδωκαν, reddiderunt.* Consueta metaphora. Plautus Poenul. 1, 2, 131: "Qua die Orcus ab Acherunte mortuos emiserit."

v. 14.

Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ Ἅιδης ἐβλήθησαν εἰς 14
τὴν λίμνην τοῦ πυρός· οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος
θάνατος †. Καὶ εἴ τις οὐχ' εὑρέθη ἐν τῇ 15
† ἡ λίμνη τοῦ πυρός
βίβλῳ

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Δευτερος θανατος. Post haec addenda sunt, quae in margine interiori notauimus, ἡ λιμνη του πυρος. Addita ea inueniuntur in A, variisque aliis ap. Wetst. et Gr. ex vtraque familia, 5 ap. Matth. 3 ap. Alt. 4 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Aeth. Vulg. Hippol. Andr. Areth. et Latinis nonnullis. Alia varietas, ὁ θανατος ὁ δευτερος εστι, εστιν ὁ θανατος ὁ δευτερος etc. minoris est momenti.

v. 14. Iam quia nulli amplius mortui superfuerant, sed in vitam redierant omnes, nec regno mortuorum, ᾅδου, neque eiusdem rege et principe, θανατου, amplius opus erat. Proinde deturbantur et illi e loco, vbi omnia viuunt: et qui tot millia absumserant, absumuntur iam et ipsi, et praecipitantur in λιμνην illam, in quam κατεταρταρωθησαν triumuiri illi c. 19, 20; 20, 10. Οὗτος εστιν ὁ δευτερος θανατος, vide obseruata supra ad v. 6. Qua morte autem punitam fuisse credimus mortem ipsam cum inferorum rege? Profecto! si et ille detrudebatur in locum, vnde nullus reditus est, is demum vere dici poterat δευτερος θανατος. — Caeterum non tam ad definiendum, quid sit sub δευτερῳ θανατῳ intelligendum, haec addita esse equidem crediderim, quamuis definitio haec iusta foret, adeoque et a nobis supra ad v. 6. adhibita est, sed potius verborum paronomasia lusisse poeta videtur, quasi dicere voluerit: *Und das kann man wahrlich mit Recht den andern Tod, oder den Tod in der zweyten Potenz, nennen, wenn der Tod selbst stirbt.*

v. 15. Ne tamen in illa λιμνῃ nihil prorsus inueniret θανατος, in quod dominium posset exercere, eo ablegantur omnes illi e resuscitatis, qui indigni erant noua ciuitate coelesti, siue christiani illi fuerint, siue minus. Et quia et illi, dum in locum illum deturbabantur, morte altera periisse dici poterant: imperium iam agebat mors, cui inter viuos

13 ἔργα αὐτῶν· καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν
αὐτῇ νεκροὺς· καὶ ὁ Θάνατος καὶ ὁ Ἅιδης ἔδω-
καν τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐκρίθησαν
ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

Καὶ

aufbewahrten Acten besagten.

v. 13. Et quum omnes homines ad tribunal essent citati; quis credidisset? et maria adeo, terribilia illa et tantopere reformidata elementa, mors ipsa et Scheol, mortuos, quos absque venia absumserant, in illa rerum omnium perturbatione, qua summa imis miscebantur, reddere coacta sunt. Θαλασσαν non sine summo horrore nominatam esse a Judaeis, ad c. 13, 1. animaduertimus. Qui in eo perierant, habebantur omnium infelicissimi tam apud exteros, quam Judaeos, et in aeternum periisse credebantur. Serv. ad Aeneid. I, 93: "grande est secundum Homerum, perire naufragio, quia anima ignea est et exstingui videtur in mari, i. e. elemento contrario, Odyss. δ, 511." Achilles Tatius Lib. V, p. 313: λεγουσι δε τας εν ὑδασι ψυχας ανῃρημενας μηδε εις ᾁδου καταβαινειν ὁλως, αλλ' αυτου περι το ὑδωρ εχειν την πλανην. Θανατος και ᾁδης arctissimo nexu iungantur: θανατος erat rex et princeps locorum inferorum, του ᾁδου, fere idem quod Graecorum Pluto. Et promiscue vsurpantur et synonymice מות et שאל Jes. 28, 15; 38, 18. cf. supr. c. 6, 8. Est ergo sensus: *Der König der Unterwelt selbst mit seinem ganzen Todten-Reiche ward gezwungen, wieder herauszugeben* etc. Sunt qui θανατον de mortuis intelligant, qui morbo, maxime contagioso, vti pestilentia, defuncti sunt; id quod supra c. 6, 8; c. 18, 8. ferri quidem potest: hic tamen vim poeticam importunius infringeret: cui neque illi multum parcunt, qui θανατον et ᾁδην de illis hostibus interpretantur, qui cultores Dei et J. C. ad mortem vsque excruciarunt. Εδωκαν pro απεδωκαν, *reddiderunt*. Consueta metaphora. Plautus Poenul. 1, 2, 131: "Qua die Orcus ab Acherunte mortuos emiserit."

v. 14.

Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ Ἅιδης ἐβλήθησαν εἰς 14
τὴν λίμνην τοῦ πυρός· οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος
θάνατος †. Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ 15
† ἡ λίμνη τοῦ πυρός

βίβλῳ

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Δευτερος θανατος. Post haec addenda sunt, quae in margine interiori notauimus, ἡ λιμνη του πυρος. Addita ea inueniuntur in A, variisque aliis ap. Wetst. et Gr. ex vtraque familia, 5 ap. Matth. 3 ap. Alt. 4 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Aeth. Vulg. Hippol. Andr. Areth. et Latinis nonnullis. Alia varietas, ὁ θανατος ὁ δευτερος εστι, εστιν ὁ θανατος ὁ δευτερος etc. minoris est momenti.

v. 14. Iam quia nulli amplius mortui superfuerant, sed in vitam redierant omnes, nec regno mortuorum, ᾅδου, neque eiusdem rege et principe, θανατου, amplius opus erat. Proinde deturbantur et illi e loco, vbi omnia viuunt: et qui tot millia absumserant, absumuntur iam et ipsi, et praecipitantur in λιμνην illam, in quam κατεταρταρωθησαν triumuiri illi c. 19, 20; 20, 10. Οὑτος εστιν ὁ δευτερος θανατος, vide obseruata supra ad v. 6. Qua morte autem punitam fuisse credimus mortem ipsam cum inferorum rege? Profecto! si et ille detrudebatur in locum, vnde nullus reditus est, is demum vere dici poterat δευτερος θανατος. — Caeterum non tam ad definiendum, quid sit sub δευτερῳ θανατῳ intelligendum, haec addita esse equidem crediderim, quamuis definitio haec iusta foret, adeoque et a nobis supra ad v. 6. adhibita est, sed potius verborum paronomasia lusisse poeta videtur, quasi dicere voluerit: *Und das kann man wahrlich mit Recht den andern Tod, oder den Tod in der zweyten Potenz, nennen, wenn der Tod selbst stirbt.*

v. 15. Ne tamen in illa λιμνῃ nihil prorsus inueniret θανατος, in quod dominium posset exercere, eo ablegantur omnes illi e resuscitatis, qui indigni erant noua ciuitate coelesti, siue christiani illi fuerint, siue minus. Et quia et illi, dum in locum illum deturbabantur, morte altera periisse dici poterant: imperium iam agebat mors, cui inter

vivos

βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

*
* *

Cap. XXI.
1 Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν· ὁ γὰρ

viuos nullus locus poterat concedi, v. 14, in illos, qui, etiamsi reuixerant, secundam tamen mortem erant perpessi. Ita huius imaginis partes omnes bene sibi constant.

Sed quid iam prohibere credimus, quo minus, quum et εσχατος εχθρος, θανατος, κατηργηθη, adesse το τελος credamus, 1 Cor. 15, 24-26. Et vere adfuit: aufugit enim natura omnis, v. 11. At vero non satis fuit poetae, exitium et finem των παλαιων intuitum esse: quippe erat decretum, vt post interitum praesentium in noua resurgerent et iuuenescerent omnia, et laetiora prodirent. Multum ergo, rectius plurimum, defuisset vati, si non et haec contemplari contigisset. Contemplatur autem ea, et quae contemplatus est, artificiis poeticis ornata lectoribus spectanda tradit capitibus 21 et 22.

* *
*

Cap. XXI. Dum haec, quae inde a c. 20, 11. carmine celebrata legimus, coram tribunali summi iudicis. aguntur, pernicioso tumultu elementa confligunt, summa imis miscentur, exsistitque alterum chaos, תהו ובהו, donec tandem post infinitos dolores nouam formam enixa est parturiens natura. Circumscribitur autem, vt nouimus, rerum omnium creatarum summa per coelum et terram Gen. 1, 1; Ps. 131, 2; Jer. 10, 11; Apocal. 10, 6; 20, 11. Proinde et nouus ille mundus, ex partu hoc edendus, nominandus erat *nouum coelum et noua terra.* Quapropter non iam theatrum comparet coeleste, quale illud, quod c. 4 etc. instruebatur, neque terrestre, quale alibi habuimus: ista enim omnia dissipata aufugerant c. 20, 11, sed omnia alia, et quidem meliora et laetiora: iamque enim contigerat illa παλιγγενεσια, de qua Jesus loquitur Matth. 19, 28. Formulam illam noui coeli et nouae terrae inuenimus Jes. 65, 17; 66, 12; 2 Petr. 3, 13. et in locis Rabbinorum; Rabb. Samuel, Ben David: "in Sohar legitur: si quis nouam aliquam meditā-

γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε,
καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. Καὶ τὴν πόλιν 2
τὴν ἁγίαν, Ἱερουσαλὴμ καινὴν, εἶδον καταβαί-
νουσαν

VARIAE LECTIONES.

v. 2. Inter Και et την πολιν την άγιαν inserit textus vulgaris voces: εγω Ιωαννης, quo fortius lectores percellat, Ioannem mortalem intuitum esse beatitatem immortalium. Sed absunt ea ex AB, pluribusque vtriusque familiae apud Wetst. et Griesb. 4 ap. Matth. 2 apud Alter. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Arr. Aeth. Armen. Vulgat. Iren. Augustin. (ciu. Dei 20, 17), Primasio, aliisque Latinis, nec non Andr. Areth. prob. et Millio proleg. §. 1113.

ditationem in legem profert, ab illo nouum coelum et noua terra creatur." *Debarim Rabb.* sect. 11, fol. 262, 4: "Cum Moses ante obitum oraret, coelum et terra et omnis ordo creaturarum commotus est: tunc dixerunt: fortasse adest tempus a Deo praestitutum, quo renouandus est orbis vniversus."

v. 1. Ειδον ουρ. καινον και γην καιν. *Darauf erblickte ich nun auch den neuen Himmel, und die neue Erde, deren wir warten.* Ὁ γαρ πρωτ. — παρηλθε, siquidem a conspectu omnipotentis iudicis terga verterant, c. 20, 11. Και ἡ θαλασσα - - ετι. Felicissime ad suae gentis opiniones poeta haec effinxit. Obseruauimus aliquoties, Judaeis vel maxime reformidata fuisse maria: id erat summum vitium pristinae naturae, quod et maria aderant, monstris etc. infamia: proinde, si noua rerum et laetior facies instauranda erat, id maxime desiderabatur, vt ne quid inesset, quod metum et horrorem incuteret. "Quin gratulamur nobis, ait poeta, nulla iam supersunt maria, vnde prodire possint belluae eiusmodi, qualis fuerat illa c. 13." Atqui quum et θαλασσα et θανατος reddidissent eos, quos absumserant, c. 20, 13, nec iam superesset vel θαλασσα, vel θανατος, c. 20, 14: quid quaeso supererat, quod laetissimam beatitatem potuisset turbare?

v. 2. Sed et in noua rerum natura, coelo et terra, domicilia, in quibus degerent incolentes, adessent necesse erat. In coelo quidem olim

νουσαν ἐκ του οὐρανου ἀπὸ του Θεου, ἡτοιμασμένην

olim habitauerat Deus: in terra homines. Num alia exſpectari poterant a nouo coelo terraque? Caueamus vero hic, notiones confundamus. Nos quidem aeternae beatitatis ſedem in coelo quaerimus: at hic in noua terra illa ponitur, quae, ſi caruiſſet habitaculis, ſi caruiſſet ſede aliqua primaria, quae omnium eſſet quaſi metropolis, manca profecto manſiſſet, nec numeris ſuis abſoluta. Hinc patebit, cur *vitae futurae coeleſtis* beatitas in eis, quae ſequuntur, ſub imaginibus rerum *in terra* occurrentium ob oculos ponatur. Erat ergo prae aliis et metropolis offerenda oculis intuentis. Quam tamen aliam, hoc honore digniorem, ſibi cogitare potuit poëta Judaeus, quam Hieroſolyma. Hanc vrbem ergo intuetur, eamque primo a praedicatis deſcribit, την πολιν την ἁγιαν; deinde nomine compellat, Ἱερουσαλημ. Illa tamen Hieroſolyma ſunt 1) coeleſtia, εκ του ουρανου, επουρανια, Hebr. 12, 22, ἡ ανω Ἱερουσαλημ, Galat. 4, 26. 2) noua, καινα, Apocal. 3, 12. *Noua* ſunt, reſpectu ad terram habito: nam quamuis ex mente Judaeorum dudum in coelo adfuiſſent, nunc tamen demum in terras deſcendunt: atque, vt priſca vrbs terreſtris erat ſedes Jouae Iſraelitarum Dei tutelaris, ita noua haec vrbs ſedes erit Dei et Meſſiae. Nec potuit eſſe priſca illa vrbs, quae ſi vel non concidiſſet armis Romanorum, attamen cum omni natura alia fugam cepiſſet, c. 20, 11. — *Coeleſtia* ſunt, quia non, vt priſca vrbs ab hominibus, ſed in coelo ſunt exſtructa, a Deo ipſo, Hebr. 12, 10; 2 Cor. 5, 1: (ita quondam Troia Deorum ope aedificata eſſe legitur) et quia, intuente vate, qui, vt caeteri homines, in terra verſatur, coelitus deſcendunt in terram, quae conueniens eſt vrbis, hominum domicilii, ſedes. Minus quidem arridet noſtrae aeſtheticae, vrbem, quae coelitus deſcendat, ſpectandam tradere: ſed non aeque arripiebat id vatem, quia et maiorum poetae interdum vrbes aut vrbium partes ſede ſua motas offerunt, Jeſ. 40, 9. et apud ſcriptores Judaicos iſta imago occurrit; Jalkut Rubeni, fol. 89, 3: "Cum Iſraelitae ex Aegypto egrederentur, voluit Deus - - aedificare templum, illudque e coelo in terram demittere;" Midraſch

νην ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.
Καὶ

drafch Hancalim in Sohar Genef. fol. 69, col. 271: "Deus S. B. innouabit mundum fuum, et aedificabit Hierofolymam, vt ipfam defcendere faciat in medium fui de coelo." Jalkut Rubeni, fol. 182, 1: "illo die muri ignei vrbis Jerufalem defcendent de coelo." — In omni autem hac imagine feligenda praeiuiffe quodammodo noftro videntur poetae veteres, e. gr. Jef. 60, 14. et maxime Ezech. c. 40 fqq. Sed longe plurima deberi videntur notionibus Judaicis, quae in Rabbinorum doctorumque fcriptis occurrunt, in quibus, vti et in teftamento duodecim patriarcharum, permulta inueniuntur de Hierofolymis nouis et coeleftibus futuri mundi. Vid. Wetften. ad h. l. et maxime Schöttgenius, qui inter plures differtationes, quas Horis Hebraicis et Talmudicis fubiunxit, differtatione quinta p. 1205 – 1248 fex capitibus difputat de Hierofolyma coelefti, et loca fcriptorum Judaicorum e larga penu depromit, vnde et conftat fatis fuperque, iftam formulam ad vitam futuram coeleftem defignandam Judaeis fuiffe frequentatiffimam, et multis coloribus, quos deinceps imagini fuae adhibet poeta, lux affunditur. Quid quod et apud Ariftophanem fimilis imago inuenitur de coeleftibus Athenis, quam commentus eft poeta comicus in comoedia, *Aues* infcripta, in cuius argumento fcholiaftes et haec perhibet: ὑποτιθεται γαρ (ὁ ποιητης) περι αερα πολιν, της γης ἁπασης απαλλασσουσαν. Ἡτοιμασμενην, ως νυμφην. Hinc iam repetit poeta imaginem, de qua ad c. 19, 7. obferuatum eft, iungitque ex more fuo priori illi, tum quia et haec imago, e maiorum carminibus petita, erat in deliciis, tum vt haberet, quod opponere poffet meretrici illi vrbi, quam exagitauerat c. 17. Eft autem illa νυμφη ἡτοιμασμενη, i. e. parata ad aduentum fponfi, ex Matth. c. 25, et quidem eft κεκοσμενη τῳ ανδρι (τῳ νυμφιῳ, vti Matth. 1, 16.), amictu cafto quidem et pudico, fed et tantum fplendoris habente, quantum decebat, vt placere poffet, verum nonnifi ανδρι (ex oppof. c. 17, 4; 18, 23). De ornatu, quo in fponfi honorem induebantur virgines nupturae, vid. ROSENMÜLL. *Alt. u. neues Morgenl.* ad h. l.

3 Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λε-
γούσης· ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώ-
πων, καὶ σκηνώσει μετ᾽ αὐτῶν· καὶ αὐτοὶ λαὸς
αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ᾽ αὐτῶν
Θεὸς

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Pro λαος lectio vulgaris facilior habet λαοι.

v. 3. Hinc iam fere vsque ad carminis finem sequuntur elogia vitae beatae coelestium, et emblemata varia modo hinc modo illinc desumta; quae tamen, si a paucis recesseris, nec vberiorem illam murorum et aedium expositionem fastidieris, eiusmodi profecto sunt, vt intimos sensus moveant, et hanc potissimum extremam carminis partem digno amore complecti iubeant. Protinus quam iucunde, quaeso, afficit, audisse hic coelicolarum voces, quibus demissam coelitus vrbem prosequuntur, tum encomiis ornando vrbem ipsam, tum gratulando ciuibus, quibus felicissimam vitam in ea viuere contigerit! Φωνης μεγαλης. Quaecunque coelitus vatis aures attingunt voces, altissimae esse solent, c. 10, 3; 11, 15; 14, 15 etc. Ιδου ἡ σκηνη, domicilium Dei. Id autem in priore rerum natura positum quidem erat in coelo: sed praeter potissimum illud habitaculum et in terra, inter gentem suam, sedem fixerat Iona: Ezech. 43, 7. 9; 48, 35, et quidem Hierosolymis, in templo, in arca foederis, quae Schechinah, a שכן, habitauit, et Graece σκηνη, Act. 7, 44. audiebat (amat praeterea noster σκηνωσαι dicere pro οικησαι, c. 7, 15; 12, 12; 13, 6.). Hac numinis sui habitatione gloriabantur Iudaei vel maxime, et defecissent beatorum metropoli, e coelo in terras deductae, omnia, si non et illam σκηνην του Θεου secum tulisset. Eam tamen iam olim adfuisse in coelesti illa Hierosolyma, de qua dudum loquuti erant Iudaei, ex scriptoribus Iudaicis patet: Tanchuma Fol. 61, 4: "ecce sanctuarium meum aedificatum est in coelo." Ibid. fol. 38, 4: "Schechinah translata est in coelum inter duos Cherubin." Sensus: *Seht! das ist nun erst recht die wahre und würdige Wohnung Gottes unter den Menschen, weit erhabner, als die im vormahligen Tempel zu Jerus.* Σκηνωσει, cf. supr. ad c. 7, 15. Και αυτοι λαος αυτου etc. Repetuntur instan-

Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξαλείψει πᾶν δάκρυον ἀπὸ 4
τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ Θάνατος οὐκ ἔσται
ἔτι, οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος οὐκ
ἔσται ἔτι· ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον. Καὶ εἶπεν 5
ὁ καθήμενος ἐπὶ τῷ θρόνῳ· ἰδοὺ καινὰ πάντα
ποιῶ

inſtauranturque foedera, quae et in priſco rerum ordine cum ſuis pactus erat Joua, Leuit. 26, 12; Ezech. 37, 26; Zach. 8, 8; 2 Cor. 6, 16. et alibi. Senſ. "iam non Judaei ſolum, ſed ανθρωποι, omne humanum genus, Deo conſecratum erit, et ab eo in deliciis habebitur."

v. 4. Atque quum inter medios ſuos verſetur ſummus Deus ipſe, ſub eiusdem tutela ab omni miſeria ſalui illi erunt et immunes. Ad conſolandos Chriſtianos, quos miſerrimis cruciatibus vexatos videbat Joannes, et haec, vt multa alia, addita eſſe putato. Παν δακρυον, vti ſupra c. 7, 17, ex ſuauiſſima imagine, a tenera matre deſumta, quae molli manu paruulorum lachrymas, tenellis genis deſtillantes, abſtergit, expreſſum eſt. Senſ.: "omnes lachrymarum cauſſas, miſerias, remouebit ab eis Deus et exſulare iubebit:" Θανατος ουκ εσται ετι: is enim dudum remotus et in lacum illum ſulphureum praecipitatus eſt, c. 20, 14; cf. Jeſ. 25, 8. *Schemoth Rabb.* XV, fol. 114, 4: "temporibus Meſſiae mors non erit in aeternum; *Koheleth R.* I, 8: futuro tempore prorſus non erit mors." Plura vid. ap. Schöttg. Πενθος, κραυγη, πονος, ſynonyma maiorem in vim cumulata. Similia loca Rabbin., Meſſiae temporibus *fletum, eiulatum, clamorem, ſuſpiria* abfutura eſſe, affert Eichhornius. Τα πρωτα, i. e. πρωτος ουρανος et πρωτη γη (c. 20, 11): primus rerum ordo, in quo regnum erat penes idololatras, qui chriſtianos mirum in modum torquebant vexabantque.

v. 5. Vocem iucundam, qua coeleſtium aliquis loquutus erat, excipit vox ſuauior et iucundior ex Meſſiae ipſius ore progreſſa. Eo adventante antiquanda priſca omnia erant, et noua, quae ſuccederent, producenda, 2 Cor. 5, 17; Jeſ. 43, 19. cf. ad Coloſſ. 1, 16. Iam promiſſis ſteterat Meſſias, vt adeo h. l. alloqui poſſet vatem: "videsne, me innovaſſe

ποιῶ. Καὶ λέγει μοι· γράψον· ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι
6 πιστοὶ καὶ ἀληθινοὶ εἰσί. Καὶ εἶπέ μοι· γέ-
γονε· ἐγώ εἰμι τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ
τὸ τέλος· ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς
7 τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν· ὁ νικῶν κληρο-
νομήσει

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Γεγονε. Haec eſt recepta lectio. Legitur tamen et: γεγονα το Α και το Ω, quod et ap. Matth. 5 habent. Id Latiniſtae reddiderunt per *ego ſum*, ne verſio *ego factus ſum* diuinae J. C. naturae officeret. Sed omnino tam varia hic et inconſtans eſt lectio γεγονε, α, αν, ας, vt forſitan expungenda ſit vox omnis, quae ſane et interpellare videtur textum, ſine ea commodiſſime procedentem.

vaſſe omnia, nouumque rerum ordinem et meliorem induxiſſe?" Γραψον — αληθινοι εισι. Vid. ad c. 19, 9. Hoc quidem loco prorſus eodem ſenſu ſumenda vocabula mihi videntur. q. d. *Da ſieheſt du nun, daſs die Weiſſagungen des Höchſten von der Umſchaffung aller Dinge durch den Meſſias eingetroffen ſind.*

v. 6. Γεγονε, ſi genuina habenda eſt vox, (vid. varr. lectt.) idem ſignificabit, quod ſupra c. 16, 17. Εγω ειμι το Α και το Ω, vid. ad c. 1, 8. Αρχη και τελος, praedicatum, quod Jonae attribuitur, Jeſ. 41, 4; Joſeph. Ant. 8, 11, 2. hoc loco Meſſias ſibi vindicat. Senſus. "Qui fui inde ab aeterno, idem manebo in ſaecula ſaeculorum, adeoque et promiſſis, per me innouandum eſſe omnium rerum ordinem, ſteti." Sic prioribus bene iunguntur haec. Πηγη υδατος ζωης, מי החיים. Fons perennis aquae Orientis incolis emblema eſt ſummae felicitatis, vid. ad c. 7, 15-17, quem locum omnem hic, vt facere amat, inde a v. 3. repetiuit. Δωρεαν expreſſit ex Jeſ. 55, 1; cf. Jeſ. 41, 17.

v. 7. Ὁ νικων emphatice pronunciandum: "*nonniſi is*, qui conſtantiſſimam mihi fidem adhibebit, hac beatitate, in quam tibi, Joanne, intueri contingit, perfruetur;" vid. ſupr. c. 2, 7. 11. 17. 26; c. 3, 12. Cf. Jeſ. 49, 8; Zach. 8, 8.

Hactenus deſcriptio aetatis illius aureae, qua in aeternum

νομήσει ταῦτα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς
ἔσται μοι υἱός. Τοῖς δὲ δειλοῖς, καὶ ἀπίστοις †, 8
καὶ ἐβδελυγμένοις, καὶ φονεῦσι, καὶ πόρνοις, καὶ
φαρμακοῖς, καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς
† καὶ ἁμαρτωλοῖς ψευδέσι

VARIAE LECTIONES.

v. 7. ταυτα. Ita pro vulg. lect. παντα habent AB et plures all. vtriusque famil. ap. Wetst. et Griesb. 7 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Arr. Copt. Aeth. Vulg. Andr. Areth. Tertull. Cyprian. Fulgent. aliique Latini.

v. 8. Post απιστοις in textum recipit Griesbachius verba: και αμαρτωλοις, quae margini interiori adscripsimus. Sunt ea in B multisque aliis ex vtraque classe ap. Wetst. et Griesb. 5 ap. Matth. 2 ap. Alt. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Andr. Areth. Proscriptae e textu videntur voces a sciolo aliquo, qui in recensu vitiorum specialiorum fastidiebat inuenire vocem, quae peccata omnia exprimit. Sed eiusmodi exempla in N. T. aliquoties occurrunt, 1 Tim. 1, 9; Hebr. 11, 37.

ternum beandi sunt pii Dei et Christi sectatores. Expressit autem vates poetas maiorum, qui in similes descriptiones, quotiescunque de futuris Messiae temporibus loquuntur, excurrere amant, e. gr. Jes. 11, 6 sqq.; Jerem. 31, 31 sqq.; Zachar. 14, 6 sqq.

v. 8. *Verum enimuero in hanc beatitatem coelestem nemo admittetur, qui in hac vita indignum ea se gessit.* Quem sensum expressurus per partes descendit, et longiorem criminum recensum exhibet, vt Mal. 3, 5; Rom. 1, 29 etc.; ea tamen potissimum peccatorum genera recenset, quibus hominem christianum in primis contaminari et pollui nefas et indignum erat. Δειλοις. Proprie *timidum* et *ignauum* hominem indicat vox, vt Matth. 8, 26; Sirac. 2, 13, bene graece δειλαιος. Recte ergo exprimi vocabulo possunt homines, qui, tot atrocibus exemplis moniti, tanquam milites ignaui prodiderant caussam christianam, ne capitis periculum adirent et ipsi. Eiusmodi homines et apud Graecos, veluti infames, a concionibus et sacris excludebantur, vid. Brüning. antt. graec. Cap.

ψευδέσι τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστιν ὁ θάνατος ὁ δεύτερος.
9 Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων, τῶν ἐχόν-

Cap. 10, §. 9. Est ergo oppositum τῳ νικωντι, v. 7. Ita sensum conuenientissimum parit, nec est quod ad alteram significationem confugiamus, ex qua ad quemlibet hominem malum vocabulum transfertur. Hesych. δειλον, πονηρον, κακον. Theognis v. 57. opponit οἱ τε πριν εσθλοι. Νυν δειλοι. Cf. Eusțath. in Odyss. θ, 311. Απιστος inter alia et paganos significat, opponiturque christianis αγιοις 1 Cor. 7, 12; 14, 22, alibi: sed indicat et christianos homines a fide deficientes, adeoque, cum δειλοις per hendiad. iunctum, exprimit eos, qui metu gentilium J. C. castra deseruerunt. Και αμαρτωλοις. Offendit quidem nomen genericum inter medias peccatorum species positum: sed id non inusitatum est in N. T. vid. Varr. Lectt. Possis tamen credere, duabus vocibus prioribus, δειλοις και απιστοις, taxatos esse *christianos a fide deficientes*; hinc vero exagitari *paganos ipsos*, eaque, quae sequuntur, nomina esse omnia paganorum: αμαρτωλος saltem denotat homines gentiles, Matth. 26, 45. coll. Luc. 18, 32; Gal. 2, 15. Iidem audiunt εβδελυγμενοι, *abominabiles*, *exsecrandi*, quatenus idolis etc. adhaerent, quae pio Christiano sunt βδελυγμα, cap. 17, 4. 5. Eichhornius αρσενοκοιτας intelligit, 1 Cor. 6, 9; 1 Tim. 1, 10; Rom. 1, 27; Leuit. 18, 22: Φονεις, siquidem pios Dei et Christi cultores, idololatriam detrectantes, misere iugularunt: Πορνοι ex metaphora notissima: Φαρμακοι ex figura, quae et c. 18, 23 adfuit: Ψευδεις, quatenus idola, quae colunt, vana sunt et mendacia, non πιστοι, vt Joua, 2 Tim. 2, 13, et gentilium religiones ψευδες habendae sunt, non αληθεια, quae est in rel. christiana sola. — Si tamen peccata, quae ab omnibus hominibus possunt committi, intelligere mauis, nil moramur, inueniesque hic imaginem peruersae illius aetatis, qualis et adfuit supra c. 9, 21. Το μερος — θειῳ, abeant in stagnum igneum, vbi eorum pater, Satanas, (Jo. 8, 44.) commoratur.

v. 9. Hinc iam eandem viam sequitur carmen, qua incesserat c. 17, cui, quae iam

ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν
ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων, καὶ ἐλάλησε μετ'
ἐμοῦ, λέγων· δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην, τὴν
γυναῖκα τοῦ ἀρνίου. Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύ- 10
ματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλὸν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν
πόλιν τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, καταβαίνουσαν ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ 11
Θεοῦ·

iam ſequuntur, toto diametro ſunt oppoſita. Adeſt et hoc loco, vt ibi, angelus vati, accuratior eorum, quae phantaſiam praeteruecta erant, index et interpres; quique monſtrauerat ſupra infame illud proſtibulum, Babylonem, iam monſtrat ſponſam Dei caſtam et pudicam, Hieroſolymam novam. Sed in laudes coeleſtis huius vrbis excurrens poëta, interdum nimis diu immoratur ſingulis partibus, ita, vt ex noſtrae aeſthetices ſenſu taedium potius, quam voluptatem creet. Quippe ſequutus eſt Ezechielem ducem, qui inde a cap. 40. noui templi ideam nimis copioſe et ſubtiliter expreſſit. Atqui nec Homerum, nec Virgilium etc. faſtidimus, ſi inter ſublimia omnia et de clypeis et opere caelato loquuntur, et longiores fiunt. Porro ſectatur noſter hyperbolas omnem fidem excedentes, quae et ipſae parum arrident nobis quidem. Occurrunt tamen et in his complura, quae ſatis iucunde afficiunt legentem. Και ηλθεν — δευρο δειξω σοι tantum non ad verbum ex c. 17, 1. reddita ſunt. Νυμφην γυναικα, vel per appoſitionem dictum eſt, *ſponſam, eandemque futuram coniugem*, vel adiectiue ſumatur νυμφη, vt indicetur *caſta et pudica coniux*: Matth. 1, 20; Gen. 29, 21.

v. 10. Και απηνεγκε με εν πνευματι reſpondent illis, quae adfuerant c. 17, 3: non tamen, vt ibi, εις ερημον ducitur vates, ſed εις ορος ὑψηλον, quia non vaſta hic, vt ibi, et deſolata omnia erant, ſed inſigni ſplendore, celebritate et frequentia elucebant, in quae ab editiore loco amplior pateret proſpectus.

v. 11. Auſpicia fiunt a clariſſimo lumine, quo fulget noua vrbs, quippe quae

et

Θεοῦ· ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιοτάτῳ, ὡς
12 λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι· ἔχουσα τεῖχος
μέγα καὶ ὑψηλὸν, ἔχουσα πυλῶνας δώδεκα, καὶ
ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα
ἐπιγε-

et de coelo luminis ſede deſcendiſſet, et Jonae eſſet ſedes, nitidiſſimo fulgore circumdati, 1 Tim. 6, 16. Δοξαν Θεου, i. e. Schechinam illam (v. 3.) in qua כבוד יהוה ſummo fulgore elucet. Φωστηρ, *corpus lucem emittens et ſplendorem*, veluti ſtellae, Phil. 2, 15, dein metonymice *ſplendor ipſe*. Prior ſignificatus, recte monente Eichhornio, hic videtur obtinere. Vrbs illa nequibat carere ſuo luminari, quod ſolis vices gereret: idque luminare illi erat δοξα Θεου, ſole longe clarior, vnde nec ſole egebat, infr. v. 23. Ιασπιδι, vid. ad c. 4, 3. Rubicundum fulgorem gemma illa fundit (Virg. Aeneid. 4, 261: "Iaſpide fulua:" cf. Lucan. 10, 111.) hic tamen et κρυσταλλιζει i. e. κρυσταλλοειδης εστι, cryſtallum imitatur, quo nihil magis eſt limpidum et pellucidum. Pſellus de lapid. Ἡ Ιασπις φυσει κρυσταλλοειδης, επιτεινομενη την χροιαν — ἡ δε εμφερης χιονι — —, εστι δε τις και αεροειδης.

v. 12. Quae iam de muris, quibus munita erat vrbs, de portis, longitudine, latitudine et altitudine ſingularum partium adduntur, nonniſi ad ornatum poeticum omnino pertinent, qui nobis quidem ſterilior videtur. Nolimus autem committere, vt ſingulis inhaereamus tenacius, quaeramusque quid ſingulis imaginis partibus indicatum ſit et expreſſum. Τειχος μεγα και ὑψηλον. His muris quondam gloriabantur Hieroſolyma, et eorum molem conſpicatus Titus imperator obſtupuiſſe dicitur. Proinde nec noua Hieroſolyma eis poterant carere, ſi tuti et ab hoſtium incurſionibus incolumes vellent degere. Πυλων, 1) veſtibulum ante portam 2) porta ipſa, alias πυλη, Act. 12, 14; 14, 13. Muris ineſſe debebant portae, et inſunt duodecim, ad numerum tribuum Iſraëlitarum: quarum nomina et inſcripta legebantur ſingulis portis, ad oſtendendum, e quanam tribu eſſent incolae, qui hanc illamue portam proxime accolerent. Caeterum incolis Iſraeliticis ex poetae commento inhabitatam vrbem decla-

ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκαφυλῶν τῶν
υἱῶν Ἰσραήλ· ἀπὸ ἀνατολῶν πυλῶνες τρεῖς, 13
καὶ ἀπὸ βοῤῥᾶ πυλῶνες τρεῖς, καὶ ἀπὸ νότου πυ-
λῶνες τρεῖς, καὶ ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς.
Καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, 14
καὶ

declarari, per se credi potest, quia Israëlitarum quondam domicilium in hac terra fuerat prisca vrbs: non tamen idcirco exclusos christianos, e gentibus collectos, fuisse existimandum est, cui refragantur ea, quae infra v. 24 sq. affert. — Tum portis singulis impositae erant turres, et speculae, in quibus ad vrbis custodiam angeli excubias agebant. Imitatus autem in h. l. noster est Ezechielem c. 48, 31. expressitque doctorum gentis suae placita. *Synopsis Sohar* pag. 115. no. 27: "In atrio mundi futuri sunt duodecim portae, quorum singulis inscriptum est nomen quoddam e duodecim tribubus, e. gr. Rubenis, Simeonis etc. Qui igitur e tribu Rubenis est, non recipitur ab vlla portarum, nisi a porta tribus suae: atque sic se habent et tribus reliquae."

v. 13. Symmetria vrbis: Quia illa *τετραγωνος εκειτο* (infra v. 16.), et regulare quadratum, vt mathematici loquuntur, forma sua referebat, sequebatur, vt vnicuique lateri tres portae inessent, quae, quo exactior ad iustam normam esset figura, quatuor coeli plagas spectabant. Similem distributionem e Platone de legg. Lib. 5. excitat Wetstenius.

v. 14. Quid autem vrbi cum muris, si fundamentis lubricis superstructi levissimo quouis impetu potuissent conquassari? Consulendum ergo moenibus et vrbi in primis fundamentorum fortitudine erat. Atque hic mira fingit poetae ingenium. Non vni fundamento innitebantur muri, sed multiplici, eique duodecuplo, ex numero tribuum Israeliticarum, cui respondebat numerus Apostolorum. Hos autem diserte nominat poeta, quia illorum indefesso studio potissimum debebatur, quod tam laetos profectus fecerat christiana religio, quapropter et alibi fundamenta religionis illi nominantur, vti *θεμελιον των αποστολων*, Eph. 2, 20;

καὶ ἐπ' αὐτῶν δώδεκα ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ ἀρνίου.
15 Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ εἶχε μέτρον κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα μετρήσῃ τὴν πόλιν καὶ τοὺς
16 πυλῶνας αὐτῆς καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς. Καὶ ἡ πόλις

2, 20; στυλοι Gal. 2, 9; vid. ſupr. ad c. 3, 12. Neque aliter Judaei de ſacerdotibus exiſtimarunt; *R. Salomo* in Pſ. 11, 3: "diruentur fundamenta: interficientur ſacerdotes ſancti, qui ſunt fundamenta mundi." Quonam tamen loco inſcripta ſingulis fundamentis fuerint apoſtolorum nomina, non additur, forte infra portas, in lapidibus fundamenti loci poſitis, vt hodienum fit, aut ſupra portas.

v. 15. Excipit ambitus et amplitudo vrbis, eaque immenſa omnemque fidem excedens, quippe quae infinitam ciuium multitudinem capere deberet. Innoteſcit autem vati vrbis amplitudo per angelum, qui ad eam dimetiendam accedit, prorſus vt Ezech. c. 40, 3. Καλαμος, vid. ad c. 11, 1. Hic tamen, vt decebat vrbem coeleſtem, et ipſa arundo aurea erat.

v. 16. Ad vrbem perfectiſſimam deſiderabatur et figura regularis, quae aut circulo circumſcriberetur, aut quadrato. Figura circularis veteribus non admodum placuit, ſed quadrata praeferebatur, ad quam e. gr. exſtructa quondam erat Babylon, Herod. 1, 178, quia fortitudinis et ſecuritatis emblema habebatur figura quadrata, Phurnutus de natura Deor. 16. τετραγωνος, τῳ το ἑδραιον τε και ασφαλες εχειν. Proinde ad eam figuram exiguntur omnia et apud Ezechielem, c. 41, 21; 42, 20; 43, 16. 17; 45, 2; 48, 16. 17. 30. Σταδιων δωδεκα χιλιαδων. De numero 12000 vid. ſupr. ad c. 7, 4-8. Spectat is ad omnem peripheriam vrbis, cuius quia longitudo latitudinem aequabat, ſequebatur, per 3000 ſtadiorum ſpatium quodlibet latus patuiſſe, inter ſingulas portas interceſſiſſe 1000 ſtadiorum interuallum, planitiemque incluſam omnem occupaſſe 9000000 ſtadiorum i. e. ad 800 vel 900 milliarium Germanicorum quadr. Immenſa profecto magnitudo, omnem fidem excedens, et longiſſime ſuperans omnia, quae

πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς, ὅσον τὸ πλάτος. Καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν ἐν τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίων δώδεκα χιλιάδων· τὸ μῆκος καὶ

quae de amplitudine ingentissimarum vrbium ferebantur e. gr. Hierosolymae, quae 33 stadiorum circuitu ambiebatur, Alexandriae, quae 30stad. in longitudinem et 10 in latitudinem dicitur patuisse. Sed hic obuersabantur vati scriptorum Judaicorum somnia, qui de futuris Hierosolymis mira et prorsus inaudita fingebant. *Schir R.* 7, 5: "Hierosolyma pertinget vsque ad portas Damasci, exaltabiturque, vt pertingat ad thronum gloriae. *Jalkut Schimon* fol. 57, 2: "Hierosolyma tempore futuro tanta erit, quanta fuit tota terra Israelis, terra vero Israelis tanta, quantus est mundus totus." Enimvero istiusmodi hyperbolis vere monstrosis (prolegom. p. 90.) delectabantur Iudaeorum ingenia, vid. c. 5, 11; 14, 20. infr. v. 21. Cf. quae ex Rabbinis adnotat Wetstenius de vrbe Bitther, ab Adriano expugnata, ad c. 20, 8; de homine quodam apoplexia percusso, quia alii, stupendas res narranti, fidem negauerat, ad c. 21, 20; de immensa vuarum futuro tempore nascendarum magnitudine, ad c. 22, 2. etc. Sed nil magis impedit, quam quod sequitur, etiam το ὕψος ισον fuisse? Quam monstrosa haec et gigantea, si et in altitudinem patuisse vrbem 3000 stad. diceres! Murorum autem vrbem ambientium altitudo non designatur: illa est alia, v. 17., quamuis et ipsa satis immensa. Intelligitur ergo a nonnullis vrbs, tanto altitudinis interuallo distans a terrae superficie, atque in medio aëre quasi volitans, quod maiorem tamen risum mouet, et Laputam Swiftii in memoriam reuocat: quamquam ea mens fuisse videtur Rabbinis: *Bava Bathra*, fol. 75, 2: "Deus tempore futuro Hierosolyma euecturus est in *altitudinem* 12 milliarium." Praestat ergo cogitare, vrbem impositam fuisse monti eius altitudinis; sed nec id bene poterit ferri, quia alias multo excellior cogitandus fuisset mons ille, v. 10, quem cum angelo ad intuendam vrbem adscenderat vates. Proinde vel existimandum esse videtur, poetam h. l., feruore abreptum, eloquutum esse quid, quod non

καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστι.
17 Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαρά-
κοντα τεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ
18 ἐστιν ἀγγέλου. Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τεί-
χους αὐτῆς ἴασπις, καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν,
ὅμοιον

non cum puluisculo excutiendum sit, vti nec Phil. 2, 10. disquirendum est, quo pacto J. Christum adorare possint καταχθονιοι; vel, si hoc quidem loco pedestris magis, quam sublimis est oratio, longitudo, latitudo et altitudo *singulorum aedificiorum*, quae omnia ad perfectissimam corporis figuram, cubum, fuerint exstructa, cogitanda erit.

v. 17. Iam murorum altitudo consideranda succedit: estque illa $144 = 12^2$ cubitorum, fictus numerus, vt c. 7, 4. Qualium autem cubitorum? posset interrogare aliquis. An angelorum forsan, corpore omni, ergo et cubitis maiorum? Minime vero, respondetur, sed hominum: eadem enim mensura, quae inter homines in vsu est, vtuntur et angeli: saltem vtebatur is angelus, qui hic ad metienda omnia vati adstabat, quemque, vt Andreas explicat, sub forma humanae staturae viderat, ανθρωποειδως εθεωρησε, Joannes.

v. 18. Quia tamen coelestia omnia fulgore igneo coruscant, neque coelesti huic vrbi deesse poterat ardentius lumen, et splendor flammeus, quo omnia illustrarentur. Ενδομησις: quodcunque fundamento superstruitur etc. *structura ipsa*, ideoque ενδομησις του τειχους pro *muro* ipso ponitur, Jos. Ant. 15, 9, 6. Ille ergo flammigero iaspide, (supr. v. 11.) omnis coruscat, id quod de terrestri sua vrbe olim augurati erant Judaei Tob. 13, 20. 21; cf. Jes. 54, 11. 12. Ἡ πολις. Vti iaspide murorum ambitus, ita vrbs ipsa intus auro exsplenduit, et quidem, quod καθαρον esset, non adulteratum, nulloque metallo viliore admixtum, et, quo nitidiores emittere radios posset, ὁμοιον ὑαλῳ, i. e. crystallo, supra v. 11 et c. 4, 6. Non tamen ad diuitiarum nitorem solum, sed forsan et ad integritatem incolarum, morumque probitatem, cuius emblema esse aurum solet, designandam vsus imagine

ὅμοιον ὑάλῳ καθαρῷ. Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ 19
τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμη-
μένοι· ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος Ἴασπις, ὁ δεύτερος
Σάπφειρος, ὁ τρίτος Χαλκηδὼν, ὁ τέταρτος Σμά-
ραγδος, ὁ πέμπτος Σαρδόνυξ, ὁ ἕκτος Σάρδιος, ὁ 20
ἕβδομος

gine poeta videtur. Similes descriptiones et veras et fabulosas apud exteros cernere est. Ab atrio solis Ouid. Metamorphoseon librum secundum auspicatur: de splendore Susorum et Ecbatanorum loquitur Arist. de mundo c. 6: de vrbe in insula Atlantide fingit Plato in Critia, murum eius primum aere, dein stanno, denique orichalco, templum autem auro obductum fuisse, et de alia vrbe fictitia Lucian. Ver. Hist. Lib. 2, c. 11. ἡ πολις πασα χρυση.

v. 19. 20. De fundamentis iam supra exposuerat carmen, v. 14: hic additur, illa quoque, quia duodecim sibi impositis ordinibus efficiebantur (v. 14.), duodecim gemmis fuisse illustrata et distincta, Zachar. 2, 5. Quomodo tamen illas gemmas fundamentis applicitas sibi cogitauerit poeta, dubium manet: possunt enim vel nonnisi duodecim gemmae intelligi, et quidem sub portis, quibus locis Apostolorum nomina legebantur (v. 14.) insertae, vel duodecim gemmarum ordines, sibi innicem impositi et per omnem peripheriam fundamento aptati, vt et illud luce sua collustrare omnia posset. Posterius, quia omnia magna et mirabilia fingit, praeferatur. Cf. ROSENMÜLL. *das alte und neue Morgenland* ad h. l. Παντι, pro παντοδαπῳ, pretiosis gemmis cuiusuis generis distincta erant fundamenta. Iam quia duodecim fundamenta memorauerat, circumspiciendae et duodecim gemmarum erant species: quare poeta omnia, quae memoria suppeditabat, gemmarum genera in subsidium vocat. Inueniebat autem eorum pleraque in Exod. 28, 17. 18; 39, 10-13 et in pectorali pontificis. In singulis autem his gemmis haudquaquam quaerendum esse sensum mysticum, qui colore etc. indicetur, vix est quod moneamus. Ὁ πρωτος Ιασπις, ad c. 4, 3. Σαπφειρος, gemma notissima, colore caeruleo,

ἕβδομος Χρυσόλιθος, ὁ ὄγδοος Βήρυλλος, ὁ ἔννατος Τοπάζιον, ὁ δέκατος Χρυσόπρασος, ὁ ἑνδέκατος Ὑάκιν-

leo, κυανεῳ. Arethas: τῳ ουρανεῳ απεικαζεται χρωματι: interdum tamen et punctis aureis adſperſa, Iob. 28, 6. De hoc lapide vid. Plin. H. N. L. 37, c. 9; Solin. c. 20; Theophraſt de gemmis eum et πορφυριζειν (ob puncta illa aurea) ait: cf. Braun. de veſtit. Sacerdot. lib. 2, c. 12, p. 537. Χαλκηδων. Lapis, de quo non liquent omnia. Plinio Lib. 37. c. 8. vocatur *turbida*, quia eius color lac defloratum aemulat. Aiunt alii, eum habere colorem pallentis lucernae, aut morientis arboris: alii confundunt eum lapide Carchedonio, qui eſt genus carbunculi. Alii eum ſimilem eſſe aiunt carboni, ανθρακι cuidam, quae reperiebatur apud vrbem Chalcedonem. Σμαραγδος. De hac gemma vid. ad c. 4, 3. Σαρδονυξ, lapis rubens, albore admixto, colorem vnguis humani (ονυχος) referens. De Sardonyche vid. Plin. Hiſt. Nat. lib. 37, c. 6: "Sardonyches olim, vt ex nomine ipſo apparet, intelligebantur candore in Sarda, h. e. veluti carnibus vngue hominis impoſito et vtroque translucido." Cf. Solin. c. 33 et Braun. de veſt. ſac. Lib. 2, c. 19, p. 579. Σαρδιος, vid. ſupr. ad c. 4, 3. Χρυσολιθος, ſpecies gemmae coloris aurei, quae et Chryſophyllon, Chryſelectron, Chryſopaſton vocatur, nobis autem Topazius audit. Plin. Lib. 37, c. 9: "Aethiopia mittit et chryſolithos aureo colore translucentes:" vid. Braun. l. c. Lib. 2, cap. 17, p. 569. Βηρυλλος, gemma viridis coloris apud Indos naſcens, Smaragdo ſimilis, ſed languidior: hodie *Aquamarin* vocata, γλαυκη λιθος apud Dionyſ. 3, 9, viriditatem maris imitata. Vid. Plin. H. N. Lib. 37, c. 5. et Salmaſ. ad Solin. p. 567 et 1105. Τοπαζιος, pretioſiſſimum gemmarum genus, viride et ipſum, vitri inſtar pellucidum. Plin. H. N. Lib. 37, c. 8: "egregia etiam nunc topazio gloria eſt, ſuo *virenti* genere." At Diodor. Sic. Lib. 3, c. 39. eum nominat λιθον διαφαινομενον, επιτερπη, ὑαλῳ περιφερη, και θαυμαστην εγχρυσον προσοψιν παρεχομενον, et Epiphanius: ερυθρος τῳ ειδει ὑπερ τον ανθρακα. Vid. Braun. Lib. 2, c. 9, p. 509. Χρυσοπρασος, ad Topazium coloris virore accedit, crocei tamen aliquid admixtum habet, dicitur-

Ὑάκινθος, ὁ δωδέκατος Ἀμέθυστος. Καὶ οἱ 21
δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς
ἕκαστος

citurque a πρασον, porrum, quia succum porri colore refert. Plin. H. N. c. 37, 5. "Vicinum genus huic est pallidius, et a quibusdam proprii generis existimatur, vocaturque chrysoprasus." Dicitur et Pardalios a pantherarum pictis pellibus. Dioscorides eum nominat διαφασεις εχοντα διχλευκους και αποστιλβουσας. Cf. Salmas. ad Epiphanii libr. de gemmis cap. 11. et Braun. l. c. Lib. 2, cap. 9, p. 50. Ὑακινθος, gemma caerulea, eiusdem coloris, quo flos huius nominis insignitur. Plin. H. N. Lib. 37, c. 9: "Ille emicans in amethysto fulgor violaceus dilutus est in hyacintho." Vid. Braun. l. c. Lib. 2, cap. 14, p. 553. Αμεθυστος, qui agmen claudit, hodienum eodem nomine venit, violacei coloris lapillus. Nomen accepisse videtur a μεθυ, vinum, quia ad vini colorem proxime accedit. Plin. H. N. Lib. 37, c. 9. Alii inde repetunt nomen, quod ebrietatis arcendae vim ei inesse veteres crediderint, Athenaeus Deipnos. Lib. 1, c. 25. Phavorin. δια το απειργειν της μεθης. Plin. l. c. "perlucent omnia violaceo colore. Indicae absolutum felicis purpurae colorem habent. Fundit autem eum adspectum leniter blandum, nec in oculos, vt carbunculi, vibrat. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos." Vid. Braun. l. c. Lib. 2, c. 16. p. 563. — Ita finitur gemmarum recensus, quarum numerum duodenarium non sine labore collegisse poeta videtur. Gemmarum autem ornatus ipse, nonnis Hierosolymis addendus, iam in Rabbinorum scriptis obuius est. Schemoth R. sect. 15. fol. 114, 4: "Deus Hierosolymas sapphiro lapide exstruet;" *Sepher Rasiel haggadol.* fol. 24, 1: "Jerusalem et templum quando aedificantur, id fit lapidibus pretiosis et margaritis, sapphiro et omni genere gemmarum." Jalkut Rubeni fol. 182, 1: "quando Messias — veniet, illo die muri ignei vrbis Jerusalem descendent de coelo: illo die aedificabitur templum ex gemmis et margaritis."

v. 21. Fundamentorum murorumque ornatum excipit portarum splendor. Eum inducunt margaritae, emblema pulchritudinis et innocentiae,

ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου. Καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως χρυσίον καθαρὸν ὡς ὕαλος διαυγής.

Καὶ

centiae, infr. v. 27. Ανα εἰς ἑκαστος. Aduerbium diſtributiuum eſt vox ανα, aequalitatem partium exprimens, Matth. 20, 9. 10; Luc. 9, 3: h. l. abundare videtur. Hic autem immenſa hyperbolarum monſtra a poeta efficta contemplari ne taedio nobis ſit. Quemadmodum portae aliarum vrbium e lapidibus vulgaribus, marmore etc. exſtruuntur, ita hae exſtructae ſunt e margaritis pretioſiſſimis. Quam infinitam autem vnius margaritae amplitudinem ſibi finxiſſe poetae ingenium putamus, ſi ex ea exſculpi poterat integra porta! quanta pretioſiſſimae materiei profuſio, malleo et ſcalpro agitare margaritas, ſi vel admitteret eiusmodi artem mollior vnionum natura, et perdere particularum delabentium multitudinem! Id autem ſibi voluiſſe videtur poeta; non expreſſiſſe ſingulas margaritas, aut diuerſa margaritarum genera ſupra portas micantia: neque probabitur explicatio Hagenii: *Die Thore glänzten ſo, daſs dem Anſcheine nach jedes Thor wie eine groſse Perle ſtrahlte.* Enimuero eiusmodi prodigiis delectabantur Judaeorum ingenia. Memorabilem locum, huc profecto quadrantem, affert Schöttg. ex *Bava Bathra* fol. 77, 1; et *Sanhedrin*, fol. 100, 1: "Cum R. Johannes doceret, fore vt Deus exhibeat gemmas et vniones 30 cubita quaquauerſum habentes - - collocetque in portis Hieroſolymorum, illum irriſit quidam diſcipulorum, dicens: nunc cum non reperiantur, quae ouum turturis exaequent, tum tanta reperiri? Poſt aliquanto — vidit angelos gemmas et margaritas ſecantes. Rogauit, cui vſui iſta deſtinata eſſent? Reſponſum tulit, collocanda illa eſſe in portis Hieroſolymorum etc." Cf. Wetſt. ad h. l. — Sed nec viae, quibus vrbs permeabatur, ſplendore decoro carebant. Erant illae aureae, clariſſimo fulgore coruſcantes, ſupra v. 18. Πλατεια, ſingular. pro plurali, cuius figurae plurima exempla vid. ap. Glaſſium, Lib. 3, Tractat. 1, Can. 22. Διαυγης, *pellucidus*, διαφανης, quod lectio recepta exhibet.

Hactenus ornatus nouae vrbis, quem non bene omittere

Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος, ὁ 22
Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ
ἀρνίον. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου 23
οὐδὲ

tere poterat poeta, si ab omni parte commendare suis eam vellet. Siquidem in V. T. legebantur ornatus in vasibus sacris, tabernaculo, templo Salomonico, et illo templo, cuius ideam expresserat Ezechiel. Ad haec ergo exemplaria componens se noster, et de ornamentis futurae vrbis sermonem facere consultissimum duxit; quae tamen si ita depingit, vt omnia priora maiorum monumenta longe post se relinquant, quin omnem humanam fidem videantur excedere, nolimus id poetae, sed aetatis genio crimini vertere.

v. 22. Hinc iam vsque ad fin. cap. laudatur vrbs ab eis, quae in eadem non adfuerunt. Atque ex his recensentur partim, quae per se quidem bona et salutaria sunt, sed hic, vbi meliora successerant, superuacua, partim mala et damnosa, quae e quauis republica bene constituta abesse debent. Inuenitur autem in noua hac vrbe a) nullum templum v. 22. b) nulla astra, v. 23. c) nulla nox v. 25. d) nulli incolae impuri et flagitiosi. — Est quidem, vti supra ad v. 2. vidimus, beata vitae futurae coelestis conditio prorsus ad statum praesentis in terra vitae descripta, adeoque bipartito diuisa, in coelum terramque, vt illo Deus, hac homines domicilio vterentur. Attamen arctiora iam vincula inter Deum intercedebant et homines, et dum noua Hierosolyma coelitus descendebant, demittebatur in terram quasi coelum ipsum, et vtrumque in vnum confluebat, vt adeo Deus inter medios homines degere dici posset, supra v. 3. Id sane priscus rerum ordo secum non tulerat, vtpote qui in coelis Deo sedem assignauerat, hominibus autem nonnisi symbolum et effigiem praesentiae diuinae ope templi Hierosolymitani concesserat. Iam vero quum non per emblematum vmbras, sed re ipsa vere versaretur inter medios homines Joua: quid, quaeso, nouae vrbi cum templo? Actor. 7, 47–50. To ἀρνιον, quod Jouae συνθρονον est, supra c. 5, 6.

v. 23. Auream aetatem, quae regnante Messia sperabatur, tam splendidam fore et

οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα
τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς
24 τὸ ἀρνίον, καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη διὰ τοῦ
φωτὸς

VARIAE LECTIONES.

v. 24. Και περιπατησουσιν τ. ε. δ. τ. φωτος αυτης. Recepta lectio habet. Και τα εθνη των σωζομενων εν τῳ φωτι αυτης περιπατησουσι. Noſtra tamen lectio, eademque et Bengelii, Griesbachii etc. adeſt in A aliisque ap. W. et Gr. 5 ap. Matth. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Ar. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. Latinisque nonnullis, probante et Millio, proleg. § 1114. Eraſmus videtur vocem σωζομενων ex Andreae commentario in textum intuliſſe.

et auguſtam augurati erant maiorum vates, vt nec ſole egeret nec luna, quia Schechina, et in ea elucens δοξα Θεου, puriſſimo omnia lumine colluſtratura ſit, Jeſ. 60, 19. 20. Noſter autem, qui iam ſupra v. 11. huius δοξης radios, clariſſima luce omnem vrbem conſpergentes, conſpexerat, neque hinc ornatum metropoli addere praetermittit. Eadem exprimunt Rabbini, *Jalkut Rubeni* fol. 7, 3: "Etiam Iſraelitae non neceſſe habuerunt lumen ſolis interdiu, et lumen lunae noctu." *Sopherim* 21, 9: "Deus tempore futuro pudefaciet ſolem et lunam," quae metaphora occurrit. Jeſ. 24, 23. Cf. infra 22, 5. Similia canit Zach. 2, 4. 5, illam vrbem muris non indigere, cui Jova murus ſit. Και ὁ λυχνος — αρνιον. Et hanc lucem praebebit Deus per Meſſiam, qui quaſi vices geret lychnuchi iſtius, ſeptem ramis inſignis, qui ad arcam foederis olim adſtabat, Hebr. 9, 2. Cf. Hebr. 1, 3. Obſervemus, qua cura vates, ad ſummum Deum potiſſima omnia reuocans, nunquam tamen Meſſiam dignis encomiis ornare negligat. Semper και το αρνιον ponitur poſt Θεον.

v. 24. Tam beatam autem vrbem, nitidiſſimo lumine vbique perfuſam, quis non geſtiat inhabitare? concurrent ergo vndique gentes, et ſedem ſibi quaerent. Id quoque ominabantur quondam maiorum vates, Jeſ. 60, 3 - 6. (cf. Matth. 8, 11.) Similia Rabbini: *Jalkut Sim.* II, fol. 56, 4: "Deus accendit lucem Meſſiae et Iſraelitarum, et omnes ad lumen venient."

φωτὸς αὐτῆς, καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι
τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς αὐτήν. Καὶ οἱ πυλῶνες 25
αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας, νὺξ γὰρ οὐκ
ἔσται ἐκεῖ. Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν 26
τιμὴν

venient." Noſter ait τα εθνη περιπατησουσι, ingreſſi novam vrbem populi cum gaudio ibi et voluptate degent. Lectio recepta, quae των σωζομενων inſerit, ſi genuina eſſet, indicaret gentes ad Chriſtianam iam doctrinam conuerſas (Actor. 2, 40). Sed ab homine aliquo male ſedulo, qui religioni ſibi ducebat, et profanae gentes in ſanctiſſimam vrbem admittere, addita videntur ea, quae per ſe intelliguntur. — Atqui homines ſenſibus indulgentes nullam facile beatitatem cogitatione complecti potetunt, cui deeſt externus ſplendor. Eo autem et ſupra iam ſatis ſuperque a poëta colluſtrata erat vrbs v. 18 ſqq., et nunc clarior indies et laetior exſplendeſcit, quoniam, qui ad vrbem confluunt populi, ad gratum animum teſtificandum, omnia ſecum ferunt, quae apud eos ſunt magnifica et decora. Neque haec aliunde mutuatus eſt poeta. Vid. Ieſ. 60, 6. 9. 16; c. 49, 22-25. Δοξα h. l. *ſplendorem et diuitias* deſignat, quod Geneſ. 45, 18. ex metaphora alia dicitur μυελος της γης.

v. 25. Ne tamen vllus eſſet in diuitiis eo congerendis modus, nullo tempore claudendae erant portae. Illud *nullo tempore* exprimendum erat, νυκτος, *nulla nocte*, quia noctu ſolent portae claudi: at vero, quum nulla adſit nox, ſed perpetuus dies fulgeat, pro νυκτος vtique dicendum erat ἡμερας. *Schemoth Rabba*, ſect. 18, fol. 118, 1: "Temporibus noui teſtamenti nox fiet dies." cf. infra c. 22, 5. et Zach. 14, 7. Expreſſit Ieſ. 60, 11, eatenus tamen recedens, quod ibi *diu noctuque* occurrit, noſter autem noctem prorſus exulare iubet.

v. 26. Arctiſſime iungatur, vt quaſi per hendiadyn dictum ſit: *perpetuo et ſine intermiſſione eo confluent, quaecunque quondam terrarum orbis magnifica habuit et ſplendida.*

v. 27.

27 τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν. Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ
εἰς αὐτὴν πᾶν κοινὸν καὶ ποιοῦν βδέλυγμα καὶ
ψεῦδος, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς
ζωῆς τοῦ ἀρνίου.

CAP. XXII.
1 Καὶ ἔδειξέ μοι ποταμὸν ὕδατος ζωῆς λαμπρόν,

v. 27. Portis autem femper patentibus metuendum vtique erat, ne inter tantam vndique confluentium populorum multitudinem et impuri homines et fcelefti clam in vrbem irrumperent. Sed quo minus id fieret, prohibebant portarum cuftodes, quibus tradita erant volumina illa, c. 20, 12: ad quae vigili illi follertia quemlibet intrantem examinabant. Poffunt quidem ἐθνη intrare, fed nemo κοινος (neutrum pro mafculino), i. e. gentilium flagitiis contaminatus, Actor. 10, 28. Ποιων, feu, vt textus receptus habet, ποιουν βδελυγμα id. qu. εβδελυγμενος, fupra v. 8. Ποιουν (εργαζομενος Sir. 51,4.) ψευδος, id. qu. ψευδης v. 8, (Targum. ad Pf. 5, 6.) qui idem fenfus et hic obtinet, nil aliud nifi idololatriam exprimens. — Ει μη οἱ γεγρ. fupra 20, 21; cf. Actor. 13, 48. *Bava Bathra* fol. 76, 2: "In Jerufalem huius mundi ingreditur qui vult: in illam mundi futuri nonnifi qui ad eam ordinati funt." Cf. Jef. 60, 18, et maxime c. 52, 1, quae imitatione expreffit nofter.

Cap. XXII. In hac defcriptione acquiefcere fane potuiffet poeta. Sed et beatitatis, qua prifca quondam aetas aurea in fedibus Paradifi perfruebatur, reminifcitur; et quoniam reditura effe per Meffiam non ignorabat faecula aurea illa, nequit fibi temperare, quin et colores nonnullos inde mutuetur, et ita demum imaginem abfolvat. Futurae autem vitae gaudia cum Paradifo contulerat Jefus ipfe, Luc. 23, 43. Vid. fupra c. 2, 7. et quae e fcriptorr. Judd. ibi affert. Schöttg. Caeterum non fatis commoda capitum diftinctio, quia v. 6. demum epilogus carminis infit.

v. 1. Ὑδατος ζωης, vid. fupra ad c. 7, 17; 21, 6. Huius aquae autem tanta ibi erat abundantia, vt in integrum ποταμον excrefceret; poteritque ποταμος ὑδατος ζωης commode verti per *fluuium ex fonte iugi et perenni*

πρὸν, ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρό-
νου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου. Ἐν μέσῳ τῆς 2
πλατείας αὐτῆς καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ
ἐντεῦθεν ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ
μῆνα ἕνα ἕκαστον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ·
καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν.

Καὶ

perenni promanantem. Iste autem amnis longe excellebat aquis paradisiacis, eo quod erat limpidissimus, καθαρος ως κρυσταλλος. Quam suaue et dulce emblema refrigerii post aerumnarum laborumque in hac vita superatorum aestum! Adhibuerat autem petitam hanc e paradiso imaginem iam Ezechiel ad ideam templi sui c. 47, 1. 8. (cf. Zach. 14, 8.): sed haec aqua, quam noster intuetur, et illam longissime superat, vtpote subter thronum diu. maiestatis ipsius scaturiens. Quaenam aqua hac clarior dici poterat et purior! Αρνιου. vid. c. 21, 23. 27. Sanhedrin, fol. 100, 1: "Deus S. B. producturus est fluuium ex sancto sanctorum, iuxta quem omnia genera fructuum delicatorum erunt."

v. 2. Πλατειας, et statim post ξυλον singul. pro plur. vt supra c. 21, 21. Εν μεσῳ της πλατειας pro εν πλατειᾳ. Εν μεσῳ ποταμου autem nil significare potest aliud, quam *prope flumen,* et quidem εντευθεν και εντευθεν ex vtroque latere. Ξυλον, *arbores*; verum et illae sunt ξυλα της ζωης, quia, quae in Paradiso sunt, viuunt et vigent omnia! Respexit ad Genes. 2, 9. Καρπους δωδεκα, duodecim *fructuum genera,* et quidem singulis mensibus aliud et suum. Longe diuersum igitur et multo praestantius fuit hoc arborum genus illo, quod in paradisiacis quondam hortis nascebatur. Imitatur autem poeta et hic Ezechielem c. 47, 12, ita tamen, vt augeat omnia et mirabiliora reddat. Φυλλα εις θεραπειαν, et hoc ex Ezech. l. c. expressum est; additum tamen των εθνων, quasi dictum velit, quidquid forte κοινον et πονηρον adhuc adhaeserit gentibus, in vrbem sanctam admissis (c. 21, 24.), horum foliorum ope purgatum et sanatum iri. SchemothRabba, sect. 15, fol. 114, 4: "Tertio Deus faci

3 Καὶ πᾶν κατάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι· καὶ ὁ θρόνος
τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσται, καὶ οἱ
4 δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ὄψονται
τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ
5 τῶν μετώπων αὐτῶν. Καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἐκεῖ,
καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου,
ὅτι

VARIAE LECTIONES.

v. 3. ετι. Ita ex lectione recepta textum reddit Bengel et Griesbach. Legitur tamen, et εκει in quibusdam ap. Wetst. et Griesb. 3 ap. Matth. 1 ap. Alt. 3 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Arab. Andr. Areth.

faciet arbores, quae *quouis menſe* fructus ferent: homo vero, qui de illis comedet, ſanabitur."

v. 3-5. Quae hic ſubiiciuntur, non quidem nouos colores imagini inducunt (repetuntur enim per ανακεφαλαιωσιν nonniſi priora): ſed condonemus id poetae, ſumma ob conſpectum vitae coeleſtis theatrum laetitia perfuſo. Καταθεμα (ita enim legendum ex forma inuſitatiore, non καταναθεμα) id. qu. αναθεμα, חרם, abſtr. pr. concr. homo maledictus, dignusque, cui poena div. infligatur, Matth. 26, 74; Gal. 1, 9: Deſumta haec ex Zach. 14, 11. Οψονται το προσωπ. αυτου, Meſſiae puta, αρνιου, quod proxime praeceſſerat, ni forte et illud exprimere poeta voluerit, et Jouae ipſius faciem, quam in hoc mundo nemini contigit contueri (Joh. 1, 18; 1 Jo. 4, 12.), tunc apparituram eſſe beatis. Vtut ſit, exprimitur arctiſſima, quae beatis in futura vita coeleſti cum Deo et J. C. intercedit conſuetudo, vid. Hebr. 12, 23. Και οἱ δουλοι, *und als ſeine Diener werden ſie* etc.: erunt miniſtri Dei a conſiliis intimis, vti 2 Reg. 25, 19. Και το ονομα αυτου, ſc. εσται, non οψονται. Αυτου autem cum emphaſi legatur, Meſſiae, vti c. 14, 1, non θηριου, c. 13, 17. Και νυξ ουκ etc. ſupra c. 21, 25. iam adfuerunt. Φωτισει επ' αυτους (vt c. 7, 15. σκηνωσει επ' αυτους): in LXX. Num. 6, 25. Pſ. 31, 16 et alibi eſt επιφαινειν το προσωπον ἐπι τινα.

Et his quidem abſoluuntur conſignanturque viſiones, quae vatis phantaſiam erant

ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίσει ἐπ᾽ αὐτούς· καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

*

* *

Καὶ εἶπέ μοι· οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀλη- 6
θινοί· καὶ Κύριος, ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων τῶν
προφητῶν, ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, δεῖξαι
τοῖς

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Των πνευματων των προφητων. Ita legendum pro receptis: των ἁγιων προφητων, ex iisdem rationibus, quas supra ad c. 18, 20 attulimus. Habent autem nostram hanc lectionem A B cum variis aliis ap. Wetst. et Griesb. 5 ap. Matth. 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Ar. Aeth. Andr. Areth.

erant praeteruectae, et subsequitur epilogus.

* *

*

Epilogo finem imponere libellis, prosaicis quidem scriptoribus in vsu est, et in N. T. epistolographis maxime; sed a sublimiori poesi, quae tam alte insurgit, vt haec nostra, id prorsus abhorret: neque in vatibus V. T. epilogi inueniuntur. Sed quia carmen, quod consignauerat Joannes, ecclesiis per Asiam dispersis dedicandum erat, referebat quodammodo et epistolarum formam: quapropter et prologo suo c. 1, et epilogo c. 22, 6 - fin. ornatur. Sed vti prooemium, quo scena panditur, ita et haec, quibus consignantur omnia, minime proferuntur sermone pedestri, vt fieri solet in epilogis, aliisue, quae corollarii loco adduntur, sed oratione altius insurgente: siquidem nondum ad se redire potest auctor, qui summo animi impetu ad coelestia hucusque abreptus fuerat. Tripartito diuidunt hunc epilogum interpretes: 1) in epilogum angeli, v. 6-11; 2) Messiae, v. 12-17; et 3) vatis Joannis ipsius, v. 18 - fin., quae diuisio ferri quidem potest, dummodo ne offendaris, sermonem cothurnatum et hic repudiare praecepta logices, et modo haec modo illa interuenire.

v. 6. Και ειπε μοι, scil. angelus iste, qui inde a c. 21, 9. omnia monstrauerat vati. Οὑτοι οἱ λογοι, vid. ad c. 19, 9. H. l. verterim: *siehe, da siehest du das Bild derjenigen Ereignisse*

τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.
7 Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λό-
8 γους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Καὶ
ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα· καὶ
ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι
ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου, τοῦ δεικνύον-
9 τός μοι ταῦτα. Καὶ λέγει μοι· ὅρα μή· σύνδου-
λός

nisse, wodurch sich die göttlichen Orakel als wahr und untrüglich bewähren werden. Ὁ Θεος των πνευματων των προφητων, i. e. *Deus, qui spiritibus suis afflat et agit prophetas.* Diuino spiritu afflari prophetae et olim dicebantur, quod multis e locis patet. Iam vero, quoniam ex nostri carminis opinione non vnicum solum πνευμα, sed ἑπτα πνευματα e numine exeunt, cap. 1, 4, πνευμασι afflati illi dicuntur. Pluralem autem προφητων et δουλοις ita intellige, vt ad Ioannem h. l. vtrumque adhibeatur, quia et ille προφητης fuit, et δουλος Θεου. Caetera vid. ad c. 1, 1. Sens. *Bono animo esto et ipse, et christianos tuos per Asiam dispersos confirma, vt firmi sint et constantes, nec animum despondeant.* Neque a melioribus sane aut conuenientioribus praeceptis vates auspicari epilogum poterat.

v. 7. Iam hinc patet, quam parum exacta sit distinctio illa inter epilogum angeli, Messiae, et Ioannis. Transilit autem oratio prophetica subito ad alia, sicuti et hic iam (vti supra c. 1, 7 et c. 16, 15.) ex improuiso loquitur Messias ipse, cui ex distinctione logica v. 12. demum loquendum erat. Et hac difficultate moti illud Και ante ιδου textui intulisse videntur interpretes peruetusti, quod a Griesbachio in textum admissum esse miror, quia, ista vocula inserta, pergere angelus videri potest, dummodo post και subaudias: λεγει ὁ Κυριος. Μακαριος etc. repetuntur ea, quae adfuerant c. 1, 3.

v. 8. 9. Quae hic adduntur, ad epilogum Ioannis pertinere dici possent. Caeterum fere eadem adfuerant supra c. 19, 11, et quae pauca aliter hic narrantur, intelliguntur facillime, nec nisi illud

λός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν προφητῶν,
καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τού-
του· τῷ Θεῷ προσκύνησον. Καὶ λέγει μοι· μὴ 10
σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ
βιβλίου τούτου· ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν.
Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπα- 11
ρευθήτω

VARIAE LECTIONES.

v. 11. Ῥυπαρος ῥυπαρευθητω pro vulgari ῥυπων ῥυπωσατο eſt in varr. codd. apud Wetſt. et Griesb. 5 apud Matth. 6 ap. Birch. Andr. Areth. — Bengelius in Gnomone: "Eraſmus graeca e Latinis h. l. ſanciens ῥυπωσατο fecit." In A aliisque omittuntur voces omnino. — Paullo poſt pro δικαιοσυνην ποιησατω text. vulg. habet δικαιωθητω.

illud eſt obſeruandum, Joannem prae nimio gaudio oblitum eſſe eorum, quae iam tum admonitus erat ab angelo vel eodem vel alio, ideoque easdem admonitiones iterato audiiſſe.

v. 10. Μη σφραγισης, i. e. *palam haec et coram omni populo eloquere, quae vidiſti audiuiſtique*, ex oppoſ. c. 10, 4, nec repone hunc librum, quo ea conſignaſti, vt Jerem. iubetur c. 32, 14; Ὁτι ὁ καιρος εγγυς. Ratio, cur nemini reticenda haec ſint. Noli metuere, ne riſum debeas, aut capitis periculum adeas. Antequam enim damna tibi afferre poſſunt aduerſarii, rata fient omnia. Prorſus diverſa ab his, ſcil. reticere tradita ſibi, quia longa demum poſt temporum interualla euentura ſint, admonetur Daniel, c. 8, 26; 12, 9. Stolzius: *Befreie du dein Gewiſſen, und mache dieſe Schrift in deinem Wirkungskreiſe bekannt. Jeder kann dann thun und laſſen, was er will: gezwungen wird keiner.* Ita iunguntur haec ſequentibus.

v. 11. Nempe libero cuiuslibet arbitrio permittit Deus, obſequium praeſtare praeceptis, aut repudiare eadem. Ῥυπαρος, ῥυπαρευθητω. Vocabulum ῥυπος, *ſordes*, et quae inde deriuantur, de peccatis et flagitiis, tanquam ſordibus, adhibentur

τοῖς δούλοις αὐτοῦ, ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει.
7 Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λό-
8 γους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Καὶ
ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα· καὶ
ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα, ἔπεσα προσκυνῆσαι
ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου, τοῦ δεικνύον-
9 τός μοι ταῦτα. Καὶ λέγει μοι· ὅρα μή· σύνδου-
λός

nisse, wodurch sich die göttlichen Orakel als wahr und untrüglich bewähren werden. Ὁ Θεος των πνευματων των προφητων, i. e. *Deus, qui spiritibus suis afflat et agit prophetas.* Diuino spiritu afflari prophetae et olim dicebantur, quod multis e locis patet. Iam vero, quoniam ex nostri carminis opinione non vnicum solum πνευμα, sed ἑπτα πνευματα e numine exeunt, cap. Γ, 4, πνευμασι afflati illi dicuntur. Pluralem autem προφητων et δουλοις ita intellige, vt ad Ioannem h. l. vtrumque adhibeatur, quia et ille προφητης fuit, et δουλος Θεου. Caetera vid. ad c. 1, 1. Seuſ. *Bono animo esto et ipse, et christianos tuos per Asiam dispersos confirma, vt firmi sint et constantes, nec animum despondeant.* Neque a melioribus sane aut conuenientioribus praeceptis vates auspicari epilogum poterat.

v. 7. Iam hinc patet, quam parum exacta sit distinctio illa inter epilogum angeli, Messiae, et Ioannis. Transilit autem oratio prophetica subito ad alia, sicuti et hic iam (vti supra c. 1, 7 et c. 16, 15.) ex improuiso loquitur Messias ipse, cui ex distinctione logica v. 12. demum loquendum erat. Et hac difficultate moti illud Και ante ιδου textui intulisse videntur interpretes peruetusti, quod a Griesbachio in textum admissum esse miror, quia, ista vocula inserta, pergere angelus videri potest, dummodo post και subaudias: λεγει ὁ Κυριος. Μακαριος etc. repetuntur ea, quae adfuerant c. 1, 3.

v. 8. 9. Quae hic adduntur, ad epilogum Ioannis pertinere dici possent. Caeterum fere eadem adfuerant supra c. 19, 11, et quae pauca aliter hic narrantur, intelliguntur facillime, nec nisi illud

λός σου εἰμὶ, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου, τῶν προφητῶν,
καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τού-
του· τῷ Θεῷ προσκύνησον. Καὶ λέγει μοι· μὴ 10
σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ
βιβλίου τούτου· ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν.
Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι, καὶ ὁ ῥυπαρὸς ῥυπα- 11
ρευθήτω

VARIAE LECTIONES.

v. 11. ῥυπαρος ῥυπαρευθητω pro vulgari ῥυπων ῥυπωσατω eſt in varr. codd. apud Wetſt. et Griesb. 5 apud Matth. 6 ap. Birch. Andr. Areth. — Bengelius in Gnomone: "Eraſmus graeca e Latinis h. l. ſanciens ῥυπωσατω fecit." In A aliisque omittuntur voces omnino. — Paullo poſt pro δικαιοσυνην ποιησατω text. vulg. habet δικαιωθητω.

illud eſt obſeruandum, Joannem prae nimio gaudio oblitum eſſe eorum, quae iam tum admonitus erat ab angelo vel eodem vel alio, ideoque easdem admonitiones iterato audiiſſe.

v. 10. Μη σφραγισῃς, i. e. *palam haec et coram omni populo eloquere, quae vidiſti audiuiſtique*, ex oppoſ. c. 10, 4, nec repone hunc librum, quo ea conſignaſti, vt Jerem. iubetur c. 32, 14; Ὁτι ὁ καιρος εγγυς. Ratio, cur nemini reticenda haec ſint. Noli metuere, ne riſum debeas, aut capitis periculum adeas. Antequam enim damna tibi afferre poſſunt aduerſarii, rata fient omnia. Prorſus diverſa ab his, ſcil. reticere tradita ſibi, quia longa demum poſt temporum interualla euentura ſint, admonetur Daniel, c. 8, 26; 12, 9. Stolzius: *Befreie du dein Gewiſſen, und mache dieſe Schrift in deinem Wirkungskreiſe bekannt. Jeder kann dann thun und laſſen, was er will: gezwungen wird keiner.* Ita iunguntur haec ſequentibus.

v. 11. Nempe libero cuiuslibet arbitrio permittit Deus, obſequium praeſtare praeceptis, aut repudiare eadem. Ῥυπαρος, ῥυπαρευθητω. Vocabulum ῥυπος, *ſordes*, et quae inde deriuantur, de peccatis et flagitiis, tanquam ſordibus, adhibentur

ῥυπανθήτω ἔτι· καὶ ὁ δίκαιος δικαιοσύνην ποιησάτω
ἔτι, καὶ ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι.
12 ... Ἰδοὺ ἔρχομαι ταχὺ, καὶ ὁ μισθός μου μετ'
ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται.
13 Ἐγὼ τὸ Ἄλφα καὶ τὸ Ω, πρῶτος καὶ ἔσχατος,
14 ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. Μακάριοι οἱ ποιοῦντες
τὰς

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Pro οἱ ποιουντες τας εντολας αυτου memorabilis eſt lectionis varietas, quam Griesbachius ſiglo notat, eundem fere probabilitatis gradum indicante: οἱ πλυνοντες τας στολας αυτων, quae eſt in A paucisque aliis, nec non in Aeth. et Vulg., quae addit: "in ſanguine agni (εν τῳ αἱματι του αρνιου)" probante Millio prolegom. §. 1212, qui lectionem receptam pro interpretamento peruetuſto habet. Sed et ex cap. 7, 14 inuecta videri poteſt illa lectio. Receptam habent apud Matthaeium omnes.

bentur et apud LXX, Job. 14, 4; Jeſ. 4, 4, et apud ſcriptores Graecos, vid. Elsner. Obſeruatt. Sacr. Tom. 2. p. 384. Nemo tamen ſcriptorum, vti Wolfius in curis philoll. ad h. l. oſtendit, vſus eſt forma verbi ῥυπαρευω, ſeu, vt h. l. adeſt, paſſiue ῥυπαρευομαι, ſed potius forma ῥυπαινομαι aut ῥυποω, *ſordeſco*: eamque ob cauſſam in frequentiorem formulam olim mutata eſt lectio: vid. Varr. lectt. Similia autem occurrunt Ezech. 3, 27; 1 Cor. 14, 38; Matth. 15, 14. — Hominibus ſceleſtis et impuris opponuntur chriſtiani integri ſceleriſque puri, iique audiunt δικαιοι και ἁγιοι, vt quondam Judaei. Ii autem in δικαιοσυνῃ et ἁγιοσυνῃ permanebunt.

v. 12. Repetit ſermonem Meſſias, qui et v. 7. et ſupra ſaepius erat interlocutus. Και ὁ μισθος μετ' εμου, *mecum fero omnia, quibus aut retribuere mercedem aut infligere meritas poenas videbor.* Expreſſum ex Jeſ. 40, 10; cap. 62, 11.

v. 13. Neque vana ſunt et irrita, quae et bonis et malis praenuncio: poſſum enim efficere omnia, ſiquidem ſum το A. etc. vid. ad c. 1, 8. 18; 21, 6.

v. 14. Iterato a Meſſia beati dicuntur, qui praeceptis obtem-

τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν
ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλ-
θωσιν εἰς τὴν πόλιν. Ἔξω οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμα- 15
κοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι,
καὶ πᾶς φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος. Ἐγὼ Ἰησοῦς 16

ἔπεμψα

obtemperarit, ratione addita illa, quod ita demum illis continget, et vrbem coelestem illam intrare et commorari in paradiso. *Αυτου*, sc. *Θεου* vel *του βιβλιου τουτου*. Alterutrum *απο του κοινου* repetendum erit. *Ἱνα* ecbatice dictum est, pro *ὁτι*, seu *γαρ*. *Εξουσια αυτων εσται επι το ξυλον*, insolitatius dictum pro *εξουσιαν εξουσιν επι τ. ξ.* nam illi demum libere et nemine prohibente sanari poterunt foliis, et vesci fructibus illis menstruis, qui in hoc paradiso nascuntur v. 2. Sed et aditus illis in vrbem concedetur per portas illas splendidas et magnificas, c. 21, 12. 21. 25: sunt enim eorum nomina in tabulas relata c. 21, 27.

v. 15. Id tamen non continget flagitiosis, quos increpat hic Messias, fere vt Matth. 25, 41. Procul ite profani! Procul sunto scelesti! nec vrbem intranto! En tibi denuo repetitum scelerum recensum, sicuti supra c. 21, 8. vbi notata vide. *Εξω*, *foras*, *Hinaus mit ihnen!* *Κυνες*. Inuiso hoc nomine compellari solent homines impudentes apud Homerum sexcenties; et in V. T. omnes, qui extra ecclesiam Judaicam degebant, Israelitisque damna et noxas inferre gestiebant, Ps. 21, 22: Deut. 23, 18; Matth. 7, 6: Pirke R. Eliezer, c. 29: "Quicunque edit cum idololatra, idem est ac si ederet cum cane." "Quis enim est canis? R. Qui non circumcisus est." Notantur ergo h. l. aduersarii religionis christianae. Alii intelligunt homines molles et parum pudicos, *μαλακους*, *αρσενοκοιτας*, vid. Oedmann in Eichhorn. *Biblioth.* B. 7, p. 659, et idem volunt esse, quod *εβδελυγμενους* c. 21, 8. *καταρατους* Matth. 25, 41. Alii intelligunt homines iurgiis et litibus deditos, vid. Elsner. ad h. l. et 1 Cor. 3, 17. Cf. 2 Tim. 2, 19; Num. 5, 2. 4.

v. 16.

ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου, μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα,
ταῖς ἐκκλησίαις· ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαυὶδ,
17 ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνός. Καὶ τὸ πνεῦμα
καὶ

v. 16. Antecedentibus haec ita iungas: Vtram autem vitae rationem sequi malitis, equidem vobis in adhortando, monendo etc. non defui: et quamquam ipse nondum ad vos descendi, misi tamen vobis angelum meum, et, quaecunque is vobis monstrauit et interpretatus est, vera sunt et iusta habenda, aeque ac si ex meo ipsius ore profecta essent: quippe egomet ipse eum ad vos ablegaui. Μαρτυρησαι h. l. erit, oblatas visiones enarrare. Ὑμιν. Conuertitur oratio non ad Joannem solum, sed ad omnia ecclesiarum Asiaticarum membra, vt ταις εκκλησιαις per appositionem additum esse videatur. Alii explicant: ὑμιν, *tibi Joanni et Apostolis caeteris*, et: επι ταις εκκλησιαις, *de rebus ad ecclesias pertinentibus*. Nam lectio recepta habet επι, vel εν ταις εκκλησ. — Quae sequuntur, addita sunt ad maiorem vim et efficaciam verbis Messiae tribuendam, q. d. *ich* habe es gethan, ich der ich der erhabenste bin, in dessen Adern das königliche Blut Davids rollt. Summam ergo hanc dignitatem inde repetit, quod a regia Davidis stirpe, quae maxima veneratione suspiciebatur, sit oriundus, quae de Messiae origine opinio dudum obtinuerat, vid. supr. ad c. 5, 5. Et quia regis est, consuluisse suis, nec ego id negligendum putaui. Quae sequuntur, non nisi ad amplificandum ornamentum regium faciunt. Siquidem reges illustres saepenumero conferuntur cum luminibus, lucerna, Ps. 132, 17; 2 Sam. 21, 17; 1 Reg. 11, 36; c. 15, 4, et, ad maiorem splendorem affundendum, cum astris, Jes. 14, 12, et, quia inter astra ille prae caeteris lucet, cum Lucifero, αστερι πρωϊνῳ, vid. c. 2, 28. Targum. Esth. extrem.: "Ipse Mardochai similis fuit Lucifero splendenti inter stellas, et similis aurorae prodeunti tempore matutino: et ipse fuit princeps Judaeorum." Quod receptus textus habet, ορθρινος, *matutinus*, eodem redit.

καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· ἔρχου· καὶ ὁ ἀκούων εἰ-
πάτω· ἔρχου· καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω, ὁ θέλων
λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν.
Μαρτυρῶ ἐγὼ παντὶ τῷ ἀκούοντι τοὺς λό- 18
γους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· ἐάν τις
ἐπιθῇ

v. 17. Sequuntur verba, quae chriſtiani homines, deſiderii aduenturi Meſſiae impatientes, exclamant, quibusque, tanquam vocis imagine, verba Meſſiae reſonant. Pari laetitia in prologo c. 1, 7. de imminenti aduentu loquenti Meſſiae applaudit vates. Το πνευμα, diuina illa vis c. 14, 13, quae prophetas regit, i. e. ego Joannes propheta, πνευματι φερομενος, ipſe. Νυμφη, vid. ad cap. 21, 2. 9, denotat omnes reipublicae chriſtianae ciues, e quibus tamen praecipue eas eccleſias, quas c. 1. alloqui iubetur, intelligit. Λεγουσι, *reſpondent*. Ακουων ſpectare videtur ad homines omnes extra eccleſiam chriſtianam adhuc verſantes, iam tamen de felice rerum, in regno Chriſtiano agendarum, ſtatu certiores factos. Vel indicat *lectores huius carminis*, vti ſupra c. 1, 3. Ερχου eſt quaſi *Amen* illud, quod Meſſiae, venturum ſe illico pollicenti, acclamant cultores vid. ad c. 19, 4. "Tu vero adueni tandem, vt nos his tormentis eripias!" Ὁ διψων — — δωρεαν, vid. ſupr. ad c. 7, 15 - 17 et c. 21, 6. Senſus: Adhuc tempus eſt, miſſas facere exterorum ſuperſtitiones, et Chriſtum ſectari: tarde et ſero venient, qui tergiuerſantur, donec aduenerit ipſe.

v. 18. Hinc demum ſequuntur verba, quae rectiore ſenſu epilogi nomine venire poſſunt, et vulgo ad Joannis epilogum referuntur. In hoc epilogo autem nil antiquius habet poeta, quam monere ſuos, vt librum ſuum integrum et ab omni additamento adulterino incolumem ſeruare enixe allaborent, grauiſſimas ſimul poenas comminatus eis, qui ad mutandum, ornandum et verſicolore facie induendum librum animum applicare auſuri ſint. Iſtae autem admonitiones, quas easdem ſerio et grauiſſime et ſuis lectori-

ἐπιθῇ ἐπ᾽ αὐτὰ, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς
πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ·
19 Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βιβλίου
τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος
αὐτοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 19. ξυλου της ζωης, Ita pro vulgari βιβλου της ζωης expressit Bengel, vti est in AB, multisque aliis vtriusque familiae apud Wetst. et Griesb., 5 ap. Matth. (qui vulgarem lectionem Latinis deberi existimat, *libro* pro *ligno* scribentibus), 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. variisque Latinis. — Omnino in hoc versu multiplex est lectionis varietas, quae tamen, quia sensus eodem redit, notatu non admodum digna videtur.

lectoribus dat Moses Deut. 4, 2; 13, 1., illo sane tempore multo magis necessariae et salubres erant, quum nondum adesset ars typographica, qua plura eiusdem libri exempla, ab auctore ipso correcta et castigata, vno tempore publici iuris fieri possent, sed scripta volumina priora posterioris calamo exciperentur. Apparet et ex his, quanto odio et metu apostoli auersati sint doctores falsos et ψευδαποστολους. Memorabilis locus prostat apud Euseb. Hist. Eccles. Lib. 5, c. 20, citante ad h. l. Eichhornio, vbi Irenaeus ait: ὁρκιζω σε, τον μεταγραψαμενον το βιβλιον τουτο, κατα του Κυριου ἡμων I. X. και κατα της ενδοξης παρουσιας αυτου, ἡς ερχεται κριναι ζωντας και νεκρους, ἱνα αντιβαλῃς, ὁ μετεγραψω, και κατορθωσῃς αυτο προς το αντιγραφον, ὁθεν μετεγραψω. etc. Rufin. praefat. in Origenem περι αρχων: "illud sane omnem, qui hos libros descripturus est vel lecturus, contestor, ne quis addat aliquid huic scripturae, vel auferat etc. Quam sollicite eam curam egerint Israelitae, Josephus testatur contra Apionem Lib. I, c. 8: δηλον δ᾽ εστιν εργῳ, πως ἡμεις τοις ιδιοις γραμμασι πεπιστευκαμεν· τοσουτου γαρ αιωνος παρῳχηκοτος, ουτε προσθειναι τις ουδεν, ουτε αφελειν, ουτε μεταθειναι τετολμηκεν. — Μαρτυρω εγω, seu, vt lectio recepta habet, συμμαρτυρουμαι γαρ, id qu. ὁρκιζω. Poenae, quas iam Jesus minatur

αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναὶ ἔρχομαι ταχύ· 20
Ἀμὴν, ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ.

Ἡ χά-

tur eis, qui adulterantem manum a libro abſtinere nequeunt, ad iſtarum imaginum figuras ſunt compoſitae, quibus in carmine vſus erat vates. Nam quicunque ſpuria addere libro audebit, in eum ingruent plagae illae c. 16. deſcriptae: et quicunque ſuppreſſerit genuina et expunxerit, eiusdem nomen ex tabulis publicis coeleſtibus c. 20, 15. expungetur. Paronomaſia, quae duplicatis verbis ἐπιθεῖναι et ἀφαιρεῖν efficitur, non diſplicet. — Haec autem dicta et ſibi eſſe putento quicunque in *interpretanda* Apocalypſi a vero aberrantes longiſſime, ſua ſomnia carmini inſerunt et commendant. At criticae rei periti bono ſint animo, nec de vocibus ſingulis vel addendis vel expungendis diſceptare religioni ſibi ducant. Quis tamen hic non venerabitur et ſuſpiciet pietatem et religionem Bengelii, qui in apparatu critico p. 778. de his locutus ita ſcribit: "Tuam, Domine Jeſu, gratiam imploro, vt, quae ſeruus tuus Joannes omnibus verba prophetiae libri huius temerantibus denunciauit, a me, verbi tui ſerio reuerente, neque mutante quidquam, ſed mutationes fideliter eximere conante, procul abeſſe propitius iubeas." — Caeterum non poenitebit, monuiſſe, olim haec verba, quae, vti per ſe patet, nonniſi ad librum Apocalypſeos pertinent, ad omne Teſtamentum Nouum eſſe adhibita, cuius quaſi epilogum hi verſiculi redderent. Suppeditabant igitur haec commata teſtimonium de *integro* N. T. canone per Joannem conſignato, et fortiſſimum neruum, probandi *perfectionem* Sacrae Scripturae, quam inter potiſſimas virtutes codici ſacro attribuendas numerant dogmatici.

v. 20. Et haudquaquam vana ſunt aut ludibrio habenda, quaecunque modo interminatus ſum: neque enim ex meis ea protuli, ſed loquitur ea Meſſias ipſe. *Αμην* ad ea referatur, quae vates Meſſiae reſpondet:

ἐπιθῇ ἐπ' αὐτὰ, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς
πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ·
19 Καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ βιβλίου
τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος
αὐτοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 19. ξυλου της ζωης, Ita pro vulgari βιβλου της ζωης expressit Bengel, vti est in AB, multisque aliis vtriusque familiae apud Wetst. et Griesb., 5 ap. Matth. (qui vulgarem lectionem Latinis deberi existimat, *libro* pro *ligno* scribentibus), 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. Andr. Areth. variisque Latinis. — Omnino in hoc versu multiplex est lectionis varietas, quae tamen, quia sensus eodem redit, notatu non admodum digna videtur.

lectoribus dat Moses Deut. 4, 2; 13, 1., illo sane tempore multo magis necessariae et salubres erant, quum nondum adesset ars typographica, qua plura eiusdem libri exempla, ab auctore ipso correcta et castigata, vno tempore publici iuris fieri possent, sed scripta volumina priora posterioris calamo exciperentur. Apparet et ex his, quanto odio et metu apostoli auersati sint doctores falsos et ψευδαποστολους. Memorabilis locus prostat apud Euseb. Hist. Eccles. Lib. 5, c. 20, citante ad h. l. Eichhornio, vbi Irenaeus ait: ὁρκιζω σε, τον μεταγραψαμενον το βιβλιον τουτο, κατα του Κυριου ἡμων I. X. και κατα της ενδοξης παρουσιας αυτου, ἡς ερχεται κριναι ζωντας και νεκρους, ἱνα αντιβαλῃς, ὁ μετεγραψω, και κατορθωσῃς αυτο προς το αντιγραφον, ὁθεν μετεγραψω. etc. Rufin. praefat. in Origenem περι αρχων: "illud sane omnem, qui hos libros descripturus est vel lecturus, contestor, ne quis addat aliquid huic scripturae, vel auferat etc. Quam sollicite eam curam egerint Israelitae, Josephus testatur contra Apionem Lib. I, c. 8: δηλον δ' εστιν εργῳ, πως ἡμεις τοις ιδιοις γραμμασι πεπιστευκαμεν· τοσουτου γαρ αιωνος παρῳχηκοτος, ουτε προσθειναι τις ουδεν, ουτε αφελειν, ουτε μεταθειναι τετολμηκεν. — Μαρτυρω εγω, seu, vt lectio recepta habet, συμμαρτυρουμαι γαρ, id qu. ὁρκιζω. Poenae, quas iam Jesus minatur

αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ τῆς πόλεως
τῆς ἁγίας, τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.
Λέγει ὁ μαρτυρῶν ταῦτα· ναὶ ἔρχομαι ταχύ· 20
Ἀμὴν, ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ.

Ἡ χά-

tur eis, qui adulterantem manum a libro abstinere nequeunt, ad istarum imaginum figuras sunt compositae, quibus in carmine vsus erat vates. Nam quicunque spuria addere libro audebit, in eum ingruent plagae illae c. 16. descriptae: et quicunque suppresserit genuina et expunxerit, eiusdem nomen ex tabulis publicis coelestibus c. 20, 15. expungetur. Paronomasia, quam duplicatio verbi *ἐπιθεῖναι* et *ἀφαιρεῖν* efficitur, non displicet. — Haec autem dicta, et sibi esse putanto quicunque in *interpretanda* Apocalypsi a vero aberrantes longissime, sua somnia carmini inserunt et commendant. At criticae rei periti bono sint animo, nec de vocibus singulis vel addendis vel expungendis disceptare religioni sibi ducant. Quis tamen hic non venerabitur et suspiciet pietatem et religionem Bengelii, qui in apparatu critico p. 778. de his locutus ita scribit: "Tuam, Domine Jesu, gratiam imploro, vt, quae seruus tuus Joannes omnibus verba prophetiae libri huius temerantibus denunciauit, a me, verbi tui serio reuerente, neque mutante quidquam, sed mutationes fideliter eximere conante, procul abesse propitius iubeas." — Caeterum non poenitebit, monuisse, olim haec verba, quae, vti per se patet, nonnisi ad librum Apocalypseos pertinent, ad omne Testamentum Nouum esse adhibita, cuius quasi epilogum hi versiculi redderent. Suppeditabant igitur haec commata testimonium *de integro* N. T. canone per Joannem consignato, et fortissimum neruum, probandi *perfectionem* Sacrae Scripturae, quam inter potissimas virtutes codici sacro attribuendas numerant dogmatici.

v. 20. Et haudquaquam vana sunt aut ludibrio habenda, quaecunque modo interminatus sum: neque enim ex meis ea protuli, sed loquitur ea Messias ipse. *Αμην* ad ea referatur, quae vates Messiae respondet: Alii

21 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μετὰ πάντων †.
† τῶν ἁγίων.

VARIAE LECTIONES.

v. 21. In fine post παντων textus vulgaris addit ὑμων; quod recte omisit Bengelius. Sed addendum est των ἁγιων, quod adest in B et 6 all. ap. Wetst. et Griesb., in omnibus apud Matthaeium, 2 ap. Alt. et 6 ap. Birch. Complut. Plantin. Genev. Syr. Copt. Arm. Andr. Areth. — Inter Κυριου et Ιησου inseritur et ὑμων. Textus receptus consignat omnia vocabulo Αμην, quod tamen in probatissimis deest.

Quod de inscriptione in fronte carminis apposita notatum est, idem fere valet de ὑπογραφῃ, quae et ipsa variat, e. gr. Αποκαλυψις Ιωαννου, vel τελος της Αποκαλυψεως, vel *Explicit liber Apocalypseos sancti Joannis.* Additur et versiculorum numerus, sed non pariter locus, vnde emissus est liber, nec tempus, quo consignatus est.

Alii verbis Messiae iungunt: et responso vatis praefigunt ναι, quod est in lectione recepta; quodque ex Hebr. enclitico נא explicare videtur Glass. philol. sacr. Lib. 3, Tract. 8, can. 1, p. 837. Caetera vid. supr. ad v. 17.

v. 21. Solita bene precandi formula, quae epistolographum quidem decet, sed non aeque poetam, tam alte insurgentem, vti noster insurgit. Nos vero meminerimus, non poetae solum sed et epistolographi partes nostrum suscepisse, vti notanimus ad v. 6.

EXCVR.

EXCVRSVS I.

De septem illis epistolis apocalypticis, quae cap. 2 et 3. occurrunt.

Ex omnibus φαντασιαις rerumque absentium imaginibus, quae vati nostro repraesentantur, prima, vti par erat, occurrit figura Messiae ipsius, in cuius instantem reditum, quum innumeris malis et se et omnem christianorum coetum oppressum cerneret, omnem curam cogitationemque diu noctuque contulerat. Apparet autem Messias indutus forma humana, et quidem ea, qua maiorem et augustiorem animo informare nequibant pii et sancti Jouae cultores, pontificis maximi, omni ornatu sacro splendentis. Multas ille rerum grauissimarum imagines apparituras esse nunciat, admonens vatem, vt animum diligenter attendat, calamo excipiat omnia, librumque tradat ecclesiis per Asiam minorem dispersis. Cui mandato morem gerens vates, postquam collegerat visa atque in ordinem aliquem redegerat, librum, in quo consignata erant omnia, illis, quibus iussus erat, dedicat, c. 1, 4, vt adeo, si ita visum fuerit, carmen omne vnam epistolam possis appellare, in cuius et fronte, cap. 1, 1–5, et calce c. 22, 21, vt solent epistolographi, salutem dicit Joannes et cum suis colloquitur.

Verum enimuero non eum solum in finem litteris mandatum erat carmen, vt dubiam et tantum non abiectam spem ad imminentem vindicis aduen-

tum denuo arrigerent miseri, et in eo curarum dulce leuamen quaererent; sed et exhortandi erant animi, in fide et constantia firmandi, salubribus praeceptis muniendi, ad deponendam ignauiam commonefaciendi, et ad caussam Jesu Christi strenue et impigre peragendam exacuendi. Istam tamen adhortationem carmini ipsi quidem non intexuit poeta, si ab exclamationibus nonnullis [1]) recesseris, sed satius duxit, et summam curam animique attentionem in carmine legendo commendare omnino [2]), et praeter ea, quibus in fronte alloquitur omnes, praemittere nonnulla, quae ad *singulas* ecclesias spectarent, c. 2. et c. 3. et his demum perfectis spectandarum imaginum scenam pandere, c. 4. Enimuero plures erant hominum christianorum coetus, quibus dedicare libellum iubetur c. 1, 11. iidemque non similes sibi ab omni parte: sed diuersa rerum, quae ad religionem et cultum Dei et Jesu Christi spectabant, conditio, alia desideria, miseriarum, quibus cruciabantur, maior minorue moles, profectus in doctrina magis minusue laeti et conspicui: quapropter et singulos coetus seorsim alloqui consultissimum videbatur. Atque hoc opere perfungitur capite 2 et 3, vbi singularum ecclesiarum Asiae, (in quibus percensendis, sicuti vbique alias in carmine, numerum septenarium, de quo in Excursu 2. disputabimus, sequitur) et laudes et crimina pronunciat, praecepta simul salubria impertiens, ad quae vita dirigenda sit, vt liberatoris aduentus salutaris esse possit, nec potius grauis et luctuosus.

Et has quidem septem sectiones aliis placuit appellare *epistolas apocalypticas*, aliis *επιστολας Ιησου Χριστου γεγραμμενας ὑπο Ιωαννου ταις εκ-*

κλη-

[1]) Exempli gr. cap. 16, 5.

[2]) Veluti cap. 1, 3; c. 22, 18. 19.

κλησιαις Ἐφεσινων etc. Quod tamen nomen, si proprio vocabulorum sensui tenacius insistere velis, minus aptum sane et commodum habendum erit: nec vllo profecto iure ex cap. 2, 1. 8. 12. 18; 3, 1. 7. 14., vbi haec illaue γραφειν [3]) coetibus iubetur Joannes, colligere licebit, *epistolas* contineri eis, quae capitibus 2 et 3 leguntur, quemadmodum nec epistolas vocamus oracula illa, quae Tyro, Aegypto, Ammonitis promulgare iubetur Ezechiel c. 25, 2; 28, 2; 29, 2. 3; 31, 2. etc. Accedit sermo, quo in his capitibus loquitur auctor, a quotidiano illo, quo colloqui cum suis familiariter solent epistolographi, longissime recedens, sermonemque pedestrem sublimitate multum superans: accedunt imaginum colores, quibus praecepta salutaria, quae nuda et sine lumine alias traduntur, comta hic et illustrata cernere est; vt vix possis, quin et hic agnoscas poetam, non epistolas exarantem, non colloquentem cum suis familiarius: sed efformantem se ad poetarum, qui apud maiores quondam inclaruerant, exemplaria, et sermone celso et poetico *oracula* a Messia sibi patefacta singulis coetibus acclamantem.

Sed

3) Atqui non solum ita explicari poterit formula illa: γραψον τῳ αγγελῳ της εκκλησιας εν etc., vt vulgo explicatur: *scribe haec illis*, *huius argumenti litteras eis mitte*, sed etiam dativus commodi potest intelligi; atque sicuti saepenumero alibi admonetur vates noster γραψον, *inscribe libello tuo*, *litteris manda*, *ne obliuione pereant visa*, c. 1, 19; c. 14, 13; c. 19, 9; (oppos. τῳ σφραγιζειν, cap. 10, 4; 22, 10.), ita et illud γραψον, quod in fronte horum oraculorum septies repetitur, poterit indicare: *litteris consigna haec in vsum ecclesiae Ephesinae, Smyrnensis etc. Merke dir diess, und zeichne es auf für die Gemeine zu* etc.: et nisi tabulas manu tenuisset vates, mandata accepisset aliter, non: γραψον, sed: ειπον, vt Ezechiel in locis laudatis iubetur.

Sed mittamus haec, ne ad logomachias videamur descendere, et contemplemur oracula ipsa. Effatur illa vates, et tradit coetibus christianorum, qui per Asiam minorem collecti erant, septem (quamquam carmen ipsum non horum solum, sed et caeterorum omnium commodum et salutem spectabat) [4]. Agmen ducit Ephesus, totius Asiae minoris metropolis, summique episcopi, cui et caeterae istorum tractuum ecclesiae curae fuisse videntur, sedes, vnde tanquam e praecipua arce exire carmen omne, et per alias, quae sequuntur, vrbes proficiscendo cursum suum et stadium conficere posset. Excipiunt autem se caeterae vrbes ordine eo, quo Epheso exeuntibus commodissime possunt adiri: Nam proficiscentibus Epheso, et Septentrionem versus oram maritimam legentibus potissima vrbs obuia est Smyrna, quam, si longius perrexeris, paullumque versus Orientem declinaueris, Pergamus sequitur. A Pergamo versus Eurum iter facientibus Thyatira occurrunt (Liv. Lib. 37. cap. 8): inde recta via pergens Sardes peruenies (Liv. Lib. 37. cap. 21), dein Philadelphiam et tandem Laodiceam. At enim in hoc itinere plures vrbes transeundae erant, eaeque ex parte

4) Suspicatur tamen Hagenius, quoniam in his oraculis nonnisi ea percensentur, quae locorum opportunitates afferre suadebant, non nisi septem his, qui nominantur, coetibus, non pluribus, carmen traditum esse. — Sed alia omnia hic sequitur HARENBERG, existimans, Joannem hic loqui de septem synagogis Hierosolymitanis, in quibus congregari solebant Judaei, ex illis Asiae minoris tractibus vrbem incolentes. Sed num credimus istarum gentium synagogas eodem ordine Hierosolymae fuisse exstructas, quo in Asia sitae erant vrbes ipsae? Et quo pacto fieri potuit, vt in ista temporum iniquitate carmen cum litteris Hierosolymam perferretur?

parte saltem haud ignobiles [5]), in quibus et ipsis credi potest iam tum collectas fuisse christianorum hominum ecclesias [6]), quas tamen, quamuis carmen et eis procul dubio missum et traditum fuerit, nomine non appellat poeta, ne septenarium numerum excedat. Quod si tamen anquirere velles, cur ad septenarium istum numerum efficiendum hae potissimum vrbes in censum veniant, non aliae; nescire id nos ingenue fatebimur, quoniam ex interno istarum ecclesiarum statu repetendae caussae videntur, qui quia nobis non satis innotuit, omnia hic incassum disputarentur. Sed confidere licebit consilio et prudentiae auctoris, quo nemo melius discernere potuit, quinam coetus prae aliis essent admonendi.

Iam si, quae his oraculis continentur, spectaveris, partim similia ea et tantum non eadem inuenies, partim diuersa. Persimilia sibi reperientur cuncta quoad genium omnem et colorem, qui hisce effatis proprius quidam adhaeret et suus, quatenus vbi-

5) Fuere quidem complures istarum ciuitatum, quae hic percensentur, nobilissimae, at aliae satis obscurae. Et Ephesus quidem, hodie satis humilis et ignota, tunc temporis totius Asiae lumen habebatur; at Smyrna, isto tempore egena et inops, hodie clarissimum emporium, diuitiis et mercatura splendens. Neque in censum veniunt Colophon, Magnesia, sed multo ignobiliores Laodicea, Philadelphia, Thyatira.

6) Constat sane Colossis et Hierapoli (Coloss. 4, 13.) coetus hominum christianorum fuisse congregatos: quorum tamen nulla hic mentio. Proinde ad plures ecclesias haud iniuria hinc concludere licebit: ni ex his ipsis indiciis praesidium petere satius videbitur hypothesi Hagenianae (not. 4.), nonnisi septem his, qui nomine appellantur, ecclesiis carmen dedicari.

vbique fere auspicia fiunt a laudibus, quibus singulas ecclesias extollit Messias (quemadmodum et Paullus Apostolus ad beneuolentiam legentium captandam in fronte singularum epistolarum gaudium suum de profectibus rei christianae et incrementis testatur), in primis constantiam et indefessum in perferendis miseriis laborem, fortitudinem, qua pseudoprophetarum secus docentium impetus strenue propulsauerant: persimilia sibi, quatenus idem Messias, tenerrimo suorum amore impulsus, quid desideret in eis, quid eis agendum, cauendum supersit, comiter sed serio admonet: persimilia, quatenus ad constantiam et πιστιν seruandam exhortatur omnes, praemia, quibus in futuro regno iam iam a se inaugurando affecturus sit bene promerentes, pollicetur omnibus, omnibus fere acclamat, venturum se extemplo, benignum suis et salutiferum, at grauem aduersariis terribilemque, omnia denique oracula consignat epiphonemate illo: ὁ εχων ους, ακουσάτω, τι το πνευμα λεγει ταις εκκλησιαις. — At vero negari nequit, multa occurrere in singulis absimilia sibi et prorsus diuersa. Nam in aliis plura laudanda inueniuntur, in aliis plus criminum, et haec crimina ipsa non eadem sunt, sed multum diuersa. Et Ephesinis quidem opprobrio vertitur, abesse ex coetu virtutem eam, quae prae omnibus aliis insignire debet hominem christianum, caritatem: Pergamenis superstitio et idolorum cultus improbatur, ingeniique simul leuitas et mobilitas, ad πιστιν exhibendam parum firma et constans: Thyatirensibus vita incesta et parum pudica: Sardianis ignauia: Laodicensibus superbia, et in primis animus incertus, dubius, fluctuans, an strenue caussa christiana et diligenter agenda sit, nec ne. At vero Smyrnensibus laudes fiunt, quod aerumnis et vexationibus, quibus exagitabantur, fortissimum animum, ipsa

morte

morte spreta, opposuerint: Philadelphenis, quod mira excelluerint constantia; aliis alia laudi vertuntur, quae quidem cuncta clarius longe nobis illucescerent, dummodo res singulas, quae tunc temporis in vnaquaque ciuitate euenerant, exploratius perspectas haberemus [7]).

Dantur autem oracula, quemadmodum priscis quondam vatibus a Joua ipso, ita haec septem Joanni a Messia, Jouae legato et interprete; atque, vti antiqua illa verbis כה אמר יהוה, aut eiusmodi aliis, solent inscribi, ita hic in fronte conspiciuntur verba: *ταδε λεγει ὁ Χριστος*: Non tamen nude et simpliciter dicitur ille *ὁ Χριστος*, sed, vt et hinc ornatus carmini accederet, ita circumscribitur, vt ex illo splendore, quo indutus vati apparuerat Messias cap. 1, 12 sqq., modo hi modo illi lucis radii ad illustrandam loquentis imaginem adhibeantur. Sed neque hic possumus, quin admiremur poetae artificium: siquidem ex omnibus virtutibus, quae in illa Messiae imagine elucent, illae potissimum seliguntur, et suo quaeuis loco ponuntur, quae singularum ecclesiarum laudes aut crimina spectant. Ita Ephesinos, quorum ecclesia caeterarum in Asia minori collectarum omnium princeps erat et caput, alloquitur Messias *ὁ κρατων τας ἑπτα αστερας εν τη δεξια αυτου*, i. e. omnium antistitum et praesulum longe maximus, c. 2, 1, coll. c, 1, 16 et 20: Smyrnenses, qui pro re christiana occumbere non dedignati erant, affatur Messias, qui superata morte ad viuos rediit, *ὁς εγενετο νεκρος και εζησε*, c. 2, 8. coll. c. 1, 18: at Pergamenos et Thyatirenses, vita dissoluta et impudicitia morum infames, increpat idem verbis duris et seueris, acinacis instar ex ore prodeuntibus, cap. 2, 12. coll. c. 1, 16, aut vultu intue-

[7]) Vid. Herder. *Maranatha* p. 38.

intuetur grauì et austero, igneas quasi flammas emittente, candentibus simul pedibus terram proculcans, cap. 2, 18. coll. cap. 1, 14. 15. — Post haec alloquia sequuntur laudes singulorum coetuum et opprobria, quae intueri iuuabit profecto lectorem, istarum ecclesiarum, aliquanto post Paullina tempora florentium, statum et conditionem pernoscere gestientem; quandoquidem inde perspicimus, quibus in temporum angustiis vitam degerint miseri, quot et quam acerbis cum hostibus et Judaicis et gentilibus confiictandum habuerint, quibus illecebris ad flagitia et incestos mores, a vitae christianae puritate quam maxime abhorrentes, pellexerint homines turpes et libidinosi, quot quantisque praestigiis ad amplexandam doctrinam falsam seduxerint veteratores astuti et fraudulenti, quantaque assiduitate in tuenda christiana simplicitate et propulsando aduersariorum impetu ipsi magis minusue versati sint. At ne laudes quidem et crimina, quae impinguntur, sermone exprimuntur vulgari, sed et haec per varios imaginum colores et nomina symbolica, ne et hic periret aliquid dignitatis et sublimitatis, qua oracula conspicua esse solent: ita morum impudicitia et peregrinum cultum sectandi pruritus inuisis nominibus Jesabelis, Bileami, Nicolaitarum exagitatur. Habent autem et haec oracula, vt prisca Hebraeorum, eandem natiuam indolem, vt post seuera verbera linguae, quibus flagitia, idolorum cultum, falsorumque magistrorum dolos interminatur Messias vindex, faustiora fere insequantur, laetior appareat facies, et acerbas minas excipiant grata et iucunda promissa, fore, vt, redeunte se ad regnum inaugurandum, redeant et aurea saecula, quae quemlibet hominem iustum et probum meritis praemiis sint affectura, dummodo is perseuerauerit in fide, omniumque hostium insidiis superiorem se exhibuerit:

quare

quare et probi illi non quidem αγαθοι nominantur, δικαιοι etc., sed potius νικωντες, et identidem recurrit illa promissorum formula τῳ νικωντι δωσω etc. cap. 2, 7. 11. 17. 26; c. 3, 12. 21. Sed quaecunque hic fausta et prospera promittuntur eis, qui victoriam de aduersariis constantia sua reportaverunt, non vsitato et quotidiano nomine ea appellantur, sed adumbrantur variis emblematum figuris, sumtis ex illa Hierosolymorum coelestium et paradisi coelestis imagine, quae in fine carminis futurae vitae beatitatem spectandam poetae tradit; vnde, quod mihi obseruatu dignissimum videtur, per prolepsin, vt aiunt, iam hic mutuatus esse poeta vtique videbitur colores suos, in variandis autem omnibus et ad rem, de qua agebatur, bene attemperandis omni laude dignum se exhibuisse. Ita strenui Christi sectatores ex coetu Ephesino comedent ex fructu arboris vitae in paradiso, cap. 2, 7. coll. cap. 22, 2; Smyrnenses morte secunda non ferientur, cap. 2, 11, coll. c. 21, 8; Thyatirenses fulgebunt claritate Luciferi, cap. 2, 28. coll. cap. 22, 16. (conf. Daniel 12, 3.): Sardiani nomina sua in tabulas coelestes relata adspicient, cap. 3, 5, coll. cap. 20, 12; Philadelphenses ciues in nouam vrbem coelestem adsciscentur, cap. 3, 12. coll. cap. 21, 2. [8]).

Cerni-

[8]) Superest sola ecclesia Pergamena, cui promissa dantur non ex eadem, sed alia imagine expressa. Manna illi comedent, albo lapillo signabuntur, nomenque habebunt, cuius vim et praestantiam praeter ipsos nemo cogitatione poterit assequi. c. 2, 17. Vid. Commentar. ad ill. loc. et ad cap. 19, 12. Cf. quae annotat ad c. 2, 17. ROSENMÜLLERUS, *das alte und neue Morgenland*, inde forsitan repetenda esse haec, quod olim reges et principes illis, qui prae caeteris erant in deliciis, nonnunquam peculiaria quaedam nomina indide-

Cernitur autem sublimius hoc dicendi genus, quo haec oracula quotidianum epistolarum sermonem longissime excedunt, quodque epiphonemate illo, quo vnumquodque oraculum consignatur, extollitur vel maxime, et in commemoratione eorum, quibus oracula tradere vates iubetur. Neque enim γραψον τῃ εν Εφεσῳ εκκλησιᾳ Messias ait, sed τῳ αγγελῳ της εν Εφεσῳ εκκλησιας. De hac voce explicanda in contrarias partes abeunt interpretes. Plerique antistites singularum ecclesiarum ea indicari autumant, et respexisse poetam volunt ad ministrum illum Synagogarum, qui, a primo antistite seu episcopo ipso secundus, publicas preces, lectiones etc. curabat, audiebatque שליח ציבור *nuncius* seu *legatus ecclesiae*, de quo VITRINGA de Synag. vet. Lib. 3, part. 2. et SCHÖTTGENIUS in horis hebraicis ad Apoc. 2, 1. p. 1089–1094. vberrime disputant [9]). Eiusdem sententiae est et perill. EICHHORN [10]), rectissime tamen monens, quidquid huic ecclesiae antistiti, siue episcopus ille fuerit, siue in inferiore gradu constitutus, scribitur, idem esse, ac si vniuersae ecclesiae sit scriptum, perinde ac imperatori laudi aut opprobrio vertitur, quodcunque bene aut male gessit exercitus omnis: ideoque non episcopis solum haec oracula scribi, illorum solum aut crimina taxari, aut virtutes extolli, sed omnibus haec acclamata esse.

Prorsus

indiderint, quibus eos in consuetudine familiariori appellarent, quae tamen aliis hominibus promulgare nefas habebatur.

9) Cf. JENNINGS. Jüdisch. Alterth. Th. 2, S. 55, citante ad h. l. ROSENMÜLLERO, *das alte und neue Morgenland*.

10) Vid. eius Commentar. in Apoc. Vol. I, p. 56–63, vbi rationes, cur coetibus omnibus, non episcopis solum, dedicata sint effata, locupletius exponit.

Prorsus alia tamen schedulis Koppianis contineri animaduerti. Adspernatur quidem KOPPIUS comparationem horum *αγγελων* cum illo שליח צבור, admonens, neque, vt videtur, id iniuria, vocabulum *αγγελος* respondere quidem Hebraico מלאך, sed neutiquam voci שליח, cui melius concinat graecum *αποστολος*. Sed nihilo tamen secius ad episcopos maxime et ecclesiarum praesules directa haec oracula esse existimat ille, affirmans simul, vocabulum *αγγελος* honorificentissimum esse nomen, quo contineatur et summa muneris dignitas, et ipsorum tanquam geniorum ecclesiae, Actor. 12, 15. ad augenda rei christianae incrementa cura et sollertia [11]). Quaecunque autem laudantur hic aut vituperantur, ea fuisse *κατορθωματα* aut *παραπτωματα* episcoporum, qui a Messia castigandi erant eo seuerius, quod ad illorum exemplar vitam dirigebat et vulgus; et his demum admonitis ad omnem ecclesiam vertere sermonem, et consignari epiphonemate illo, *ὁ νικων, δωσω αυτῳ; ὁ εχων ους, ακουσατω*. Equidem *αγγελους των εκκλησιων* ab *εκκλησιαις* ipsis secerni cap. 1, 20. non diffiteor, largiens idem, si certae quaedam personae denotantur, neminem facilius indicari quam antistites: sed non solum assentio Eichhornio, quidquid praesulibus dicitur, omni coetui acclamari, verum etiam omnem figuram, quae et cap. 1, 20 praeter ecclesias ipsas earum *αγγελους* quoque nominat, et oracula non *εκκλησιαις*, sed *αγγελοις εκκλησιων* dedicare iubet, *ad ornatus poeticos* refero, quibus et omne carmen splendet, et haec quoque oracula septem distinguenda erant. Nimirum si ne Paullo quidem, cui in consignandis epistolis parum curanda erat oratio comta et ornatior, fraudi ducimus, quod paronomasiarum lusibus delecta-

[11]) Perinde doctores et magistri *angeli Dei* vocantur Maleach. 2, 7; Gal. 4, 14.

delectatus νομον εργων, νομον πιστεως pro εργοις, πιστει ipsa scribit; quanto minus mirabimur, Joannem poetam, qui carmen ordiebatur, in quo omnia angelorum luminibus illustrarentur, αγγελοις εκκλησιων oracula dedicasse, quum et ignem et aquam gaudere sciret geniis suis, cap. 16, 5. nudam autem et prosaicam των εκκλησιων commemorationem nimis frigere et a sublimiore sermone abhorrere sentiret. Proinde nullum alium in finem haec ita a poeta pronunciata esse statuimus, quam vt sermoni celsiori et a quotidiano recedenti staret suus honos, sua dignitas.

Negari tamen nequit, quamquam summopere in eo elaborat poeta, ne quid detrimenti capiat sublimius illud dicendi genus, quod poesin decet, septem haec oracula haudquaquam aequare carmen ipsum, quod inde a capite quarto subsequitur. Neque id praeter naturam accidit: ibi panduntur atria coelestia, clarissima luce coruscat omnipotentis solium, praestolantur angelorum chori, ad mandata exsequenda parati, personat Dei et Messiae laudibus omnis aula: hic autem laudantur virtutes, exagitantur flagitia, praecepta et admonitiones repetuntur; quae cuncta, quoniam ad didacticum potissimum dicendi genus referenda sunt, vix admittunt illud orationis ὕψος, quo carmen ipsum assurgit. Quapropter non abs re profecto egerunt, qui ex similitudine, quae inter Apocalypseos et epistolarum euangeliique Joannis Apostoli dictionem intercederet, ad eundem nostri carminis auctorem concludere annisi sunt, si eiusmodi vestigia in his potissimum epistolis apocalypticis circumspiciebant, quia suspicari poterant, in eis carminis partibus, quae ad epistolarum formam propius accederent, multo clarius ea fore conspicua, quam vbi ea narrantur, quae

quae celsius et sublimius dicendi genus desiderabant [12]).

Sed alia superest quaestio, eaque grauioris, vti videtur, momenti. Arripit sane et percellit, poetam, quum exordio legentium animos ad intuendas, quae iam oculis offerendae essent, imagines attentos fecisset, cap. 1, 10 – 19, non tamen in medias res, vti exspectandum erat, nos rapere, et theatrum coeleste recludere extemplo, sed per integra bina capita immorari illis, quae singularum ecclesiarum rationes et commoda spectabant, adeoque legentes, qui iam intueri in coelum ipsum gestiunt, interpellare importunius. Displicet hoc iure suo interpretibus grauissimis, veluti EICHHORNIO [13]): licet HERDERUS [14]) secus sentiat, et epistolas has seu oracula quasi portas, quae introitum in carmen ipsum patefaciant, apprime commendet. His autem argumentis inducti suspicati sunt interpretes nonnulli, non quidem omnia haec septem oracula tradita esse omnibus septem ecclesiis, sed illi carminis exemplo, quod vni alteriue harum ecclesiarum mittebatur, praefixum esse nonnisi illud oraculum, quod ei ecclesiae prae aliis promulgandum erat [15]). Cui quidem hypothesi lubentissime subscribo. Sin obuertere velles, copiam describendorum plurium eiusdem libri exemplorum tunc temporis non aeque facilem fuisse ac nostra aetate, magis vero consultum

12) Vid. HERDERI *Maranatha*, p. 39 sq. vbi de ingenio et praestantia epistolarum harum praeclare disserit: cf. EICHHORN *Einleit. ins N. T.* p. 381.

13) *Einleit. ins N. T.* pag. 374.

14) *Maranatha*, p. 43.

15) Vid. LANGIUS, *Die Schriften Johannis*. Th. I, S. 76. Ab eadem ferme sententia stat STOLZIUS cum aliis.

tum fuisse ecclesiarum omnium commodis, si, quae non sibi solum, sed et coetibus aliis dicta essent, legissent coetus omnes (quod accidere potuisset, si poema, insertis et praefixis omnibus his, vti nunc leguntur, oraculis, litterarum circularium instar, per omnem ecclesiarum ambitum stadium suum decurrisset): nil quidem moramur: id tamen iure suo cum aliis interpretibus affirmare possumus, septem haec oracula *post absolutum demum carmen omne* consignata a poeta et suo loco inserta fuisse: id quod vel exinde manifesto apparet, quod colores, quibus oracula haec exornat poeta, non solum ex eis mutuatur, quae praecesserant, cap. 1, 12–19, sed et ex eis, quae, si vna eademque serie, vti nunc leguntur, exarasset omnia, nondum retulisse in tabulas credendus foret. Non ea solum ornamenta innuo, sub quorum specie, vti supra attulimus, praemia futurae vitae pollicetur Messias, e coelesti vrbe hortisque paradisiacis petita (quamquam ea potissimum in hunc censum veniunt), sed et alia vestigia occurrunt: veluti cap. 2, 17. ονομα illud καινον, ὃ ουδεις εγνω ει μη ὁ λαμβανων manifesto repetitum est ex cap. 19, 12; illa vero: ποιμανει αυτους εν ῥαβδω σιδηρα referunt eadem, quae cap. 12, 5. et cap. 19, 15. leguntur, ne leuiores similitudinum apices curiosius rimemur. Haec autem et eiusmodi alia nonne exspectanda erant a poeta, qui easdem phrases et formulas iterare creberrime amat (vid. prolegom. p. 90.)? aut num credi poterit, poetam vice versa ad illustrandam luminibus distinguendamque beatitatis coelestis imaginem cap. 21 et 22. ad haec oracula recurrisse, quum in his oraculis non nisi luminis radii passim dispersi inueniantur, ibi autem sibi constent omnia et vno eodemque splendore fulgeant. Fac autem abfuisse primitus e carmine oracula haec nostra, fac poetam recensuisse poema,

fac

sac et consultum ei visum fuisse, inserere nonnulla, quae singularum ecclesiarum commoda spectarent, eis, quae ad christianos omnes pertinebant: num opportuniorem in carmine locum inuenire potuisse eum putamus? num secus, quam par erat, accidisse credimus, si colores, quibus septem haec oracula distinguit, mutuatur tam ex cap. 1, 12—19, quibus proxime alligaturus erat inserenda, quam ex cap. 21 et 22, et omni carminis fine, qui, quum modo absoluisset opus, memoriae praesentior inhaerebat?

Sed sufficiant haec ad commemoranda ea, quae de his epistolis apocalypticis mihi digna videbantur, de quibus in Excursu dissereretur vberius. Caetera commentarius exhibet.

EXCVRSVS II.

De variis numeris, qui in Apocalypsi certo et definite expressi leguntur.

Certis et definitis numeris pro incertis et fluctuantibus vti, eisque exprimere aut copiam rei alicuius, aut tenuitatem, aut crebriorem eiusdem rei repetitionem, apud omnes fere gentes in vsu fuit et etiamnum est. *O terque quaterque* beatos! canunt poetae, summam, qua quis perfruitur, felicitatem expressuri: *sexcenties* aliquid dictum vel factum esse aiebant Romani, quoties indicare volebant, eandem rem crebrius esse iteratam, atque in eandem sententiam et nos, *decies*, *centies*, *millies* aliquid factum esse, exclamare solemus; aut, vbi rem tenuem et paruam significare animus est, ad numerum *binum* confugimus et *exiguum par*. Eiusmodi autem loquendi formulas

formulas, vſu quotidiano receptas, nec poetae indignas habent, quas inſerant ſuis carminibus. Namque, vt de exteris taceam, Hebraeorum poetae, et ex eis illi potiſſimum, qui poeſin ſymbolicam ſectabantur, ad quos noſter ſe compoſuit, eiusmodi numeros carminibus intexere amant, veluti Ezechiel numerum quaternarium cap. 1, 5. 6. idemtidem repetit: crebrius poemati numerorum modos inſerit Daniel, loquiturque de hebdomadibus 70. 7. 62, de diebus 1290, 1335, 2300 etc. [1]) nec Zacharias ſibi deeſt, exponens de ſeptem candelabris, duabus oleis, litteris, quae 20 cubitus longitudine, et 10 latitudine metiebantur [2]). Quid mirum iam, et Joannem noſtrum, qui iſtorum poetarum exemplaria diurna et nocturna manu verſauerat, iſtiusmodi numeris, ne vel hac ex parte maioribus abſimilis videretur, delectatum fuiſſe? Legimus ſane de parte tertia (τῳ τριτῳ, cap 8, 7. 8. 11. 12; c. 9, 15. 18; c. 12, 4.) et quarta (τῳ τεταρτῳ, cap. 6, 8.), quibus, ad Zachariae exemplar c. 13, 8. expreſſis, nil indicatur, niſi *pars magna:* legimus autem ſubinde occurrentes numeros 3, 3½, 4, 7, 10, 12, 24, 42, 144, 666, 1000, 1260, 12000, 144000: neque omnes illi numerorum dimenſiones de pretio et ſublimitate carminis aliquid detrahere poetae quidem viſi ſunt. Hos ergo iuxta ſe ponere, vt, quae de eis potiſſima adnotari poſſunt, vno obtutu perluſtrari queant, quam fieri poterit breuiſſime, age iam aggrediamur.

Auſpicabimur autem a numero *ſeptenario*, quo abſoluto de caeteris, quo ordine ſe excipiunt facillimo, videbimus.

Septenarium iſtum numerum in magno prae aliis honore et exiſtimatione fuiſſe apud Judaeos, inter

1) Cap. 9, 24 ſqq.; cap. 12, paſſim, cap. 8, 14.

2) Cap. 4. cap. 5 etc.

inter omnes constat [3]): cuius rei caussa inde ab antiquissimis Mosis temporibus repetenda est, quibus Deus post absolutum sex dierum spatio mundi opificium quieuisse dicebatur [4]). Non est quod excitemus multiplices vtriusque Testamenti locos, in quibus 7, 70, 700 numero rotundo, vt aiunt, exprimuntur: sed in nostrum tantummodo carmen inspiciamus. Atque hic poeta noster, vt sacro huic numero honorem suum reddat et ipse,

1) Septem πνευματα circum diuinae maiestatis solium adstare comminiscitur, quibus non septem tantummodo, sed omnes omnino virtutes, quibus summum numen excellit, significatas esse vult, cap. 1, 4. Porro

2) septem ecclesiis in Asia minore congregatis dedicandum esse poema ait, cap. 1, 11, i. e. omnibus omnino hominum christianorum in isto terrarum tractu coetibus [5]). Neque aliter septem candelabra conspicienda erant, cap. 1, 12, quibus isthae ecclesiae, nec non septem astra, cap. 1, 16, quibus tanquam symbolis earundem praesides indicarentur. — Tum vero etiam

3) septem sigilla memorantur, quibus liber obsignatus est, quo continentur et symbolorum figuris de-

[3]) Vide quae de numero hoc Judaeis sacro, et ipsi Jouae prae caeteris adamato, e Judaicorum magistrorum scriptis affert SCHÖTTGENIUS ad Apocal. 1, 4.

[4]) Apud Aegyptios quoque aliosque Orientis populos numerus septenarius, quia septem planetis mundum regi opinabantur, summa in auctoritate fuisse dicitur. Vid. EICHHORN *Urgeschichte, herausgegeben von* GABLER *Th.* 1, *Einleit.* S. 58. ff. HERMANN *Handbuch der Mythologie, Th.* 3, *Einleit.* S. 52. ff.

[5]) Vid. tamen, quae de HAGENII explicatione admonuimus in Excursu I, not. 4 et 5.

pinguntur decreta diuina de conterendis rei christianae hostibus, cap. 5, 1. — Iam et

4) septem oculos, septemque cornua, potentiae omniaque circumspicientis sapientiae insignia, gestat agnus ille, sub cuius figura repraesentatur Messias, cap. 5, 6. — Sed et

5) septem angeli ad thronum summi numinis praestolantur, ac, simulatque iubentur, septem tubis septem classica canunt, cap. 8, 2 sqq. — Atque

6) septem tonitrua fragore suo terras implent, cap. 10, 3. 4. — Nec aliter

7) septem capitibus deformia sunt monstra illa, quae cap. 12. cap. 13. et cap. 17. prodeunt [6]). — Nec non

8) septem angeli e totidem phialis extremas septem plagas in terras effundunt c. 15 et 16. — Tandem, vt leuiora alia praetereamus,

9) ad septenarium numerum reuocantur et ea, quae sub imaginum apparentium inuolucris latere interpres angelus monet, septem reges, qui dominium in gentes exercent, cap. 17, 10; septemque colles, quibus imposita est vrbs, vnde dominantur, c. 17, 18.

Enimuero ne haec quidem poetae sufficiunt ad honorem numero septenario tribuendum, sed passim et ibi tectus et inuolutus latet, vbi non pronunciatur diserte. Atque hic prae caeteris eminet locus ille c. 5, 12, in quo laudes Messiae celebraturi coelicolae septem ei virtutes assignant, δυναμιν, πλουτον, σοφιαν, ισχυν, τιμην, δοξαν et ευλογιαν,

[6]) Quia videlicet vis et potentia Dei et Messiae numero septenario exprimebatur, ἑπτα πνευμασι, κερασι, οφθαλμοις, par erat, vt et aduersariorum, qui illorum imperio obnitebantur, potestas septuplici signo indicaretur.

γιαν; de quibus, quia in commentario ad illum locum huc prouocauimus, pauca exponenda erunt.

Originem suam haec ducunt ex Judaeorum more, computandi et in numerum quendam colligendi attributa et virtutes diuinas; quas, quia in locis nonnullis Veteris Testamenti, e. gr. 1 Paral. 29, 11. 12; Jes. 11, 1—5. cumulatius percensentur, vt quasi videantur *numerari*, appellabant ספירות, *enumeratas* (ספר, numerauit) *virtutes diuinas* [7]). Itaque et harum virtutum cumulum post exilium Babylonicum ad septenarium numerum allaborabant reuocare. Sed et multa alia nimis argute hinc extorquere annisa est Judaeorum sapientia: veluti e septem illis virtutibus tres voluerunt esse maiores seu superiores, vnde Jouae cap. 4, 9. tribuitur δοξα, τιμη et ευχαριστια, et cap. 4, 11. δοξη, τιμη και δυναμις, quae spectabant ad tria tempora existentiae diuinae, praeteritum, praesens et futurum, vnde sequebatur, reliquas quatuor, quae cap. 5, 12. adduntur, ad inferiores fuisse reiectas. Aliam rationem ineuntes alii tres illas virtutes superiores non includebant numero septenario, sed exputabant septem alias, a quibus tres superiores illae prorsus seiungerentur, vt

7) De his Judaeorum argutiis loquuti sumus et in commentario ad cap. 19. 12. Vid. prae aliis Eichhorn *über die Personification der göttlichen Eigenschaften unter den spätern Juden*, in *Alg. Bibl.* Band 3, p. 191 sqq. — Hagen *Sieg des Christenthums über das Judenth. und Heidenth.* etc., in Excurs. cui titulum fecit: *Ueber die Anbetung Gottes nach den Sephiroth der Kabbalisten.* — Herder *Maranatha*, p. 334 sqq. qui tamen longius iusto progressus, vt mihi quidem videtur, ita habet: "Das Ganze des Buchs, die Anlage, aus der ich alles bis auf jede Erscheinung, jeden Engel, jedes Zeichen, fast jedes Wort auf seiner Stelle erklären kann, ist die Gestalt Christi im Anfange des Buchs, in den Glanz der Sephiroth gekleidet."

vt adeo, si in vnam summam redigebantur omnes, decem exirent, quas iam in illo loco 1 Paral. 29, 11. 12. antiquitus expressas esse credebant; eo vsque curae et sedulitatis progressi, vt figuram adeo delinearent, quae, corpus humanum referens, Deum ita indicaret, vt capiti, oculis, manibus, pedibus etc. adscriberetur nomen virtutis alicuius, quae per illas maxime corporis partes exseritur, vti *intelligentia* (בינה) per oculos, *fortitudo* (גבורה) per brachium etc. et omnino decem virtutes, suo quaeuis loco, adpingerentur. Quid quod exstant in scriptoribus Judaicis loca, in quibus longe plures virtutes ad laudes summi numinis celebrandas cumulatae leguntur, legimusque apud SCHÖTTGENIUM ad Apocal. 5, 12. locum ex *Sepher Rasiel*, fol. 39, descriptum, vbi plus quam triginta attributa cernere est. At noster eam computandi rationem videtur esse secutus, qua virtutes tres maiores excellebant, et quatuor minores, e quibus maiores solum numini, c. 4, 9 et 11, (c. 1, 6. nonnisi duas) maiores autem cum minoribus Messiae, c. 5, 12. attribuit, in cuius rei caussis inuestigandis nolimus argutari, sed in eo acquiescamus, poetae, cuius libero arbitrio permittenda sunt eiusmodi omnia, ita placuisse. Huius tamen diuinarum virtutum per numeros recensendarum moris vestigia et nostra aetate supersunt: neque enim temere poterit negari, verba illa, quibus Matth. 6, 13. consignatur oratio dominica, ὅτι σου εστιν ἡ βασιλεια, και ἡ δυναμις και ἡ δοξα tres illas diuinas virtutes maiores exprimere: atque et in christiana ecclesia hodienum solennia cultus diuini et officia missalia apud pontificios consignantur notissimi hymni: *Pange lingua* etc. versu extremo, quem *benedictionis* vocabulo appellant, in qua equidem mihi inuenire videor septem illas virtutes, si ita canitur:

Genitori

Genitori genitoque
Laus, et *Iubilatio*,
Salus, *Honor*, *Virtus* quoque
Sit et *Benedictio*:
Procedenti ab vtroque
Compar ſit *Laudatio*.

Vario modo numerus ſeptenarius bipartito poteſt diuidi, et deduci in 6 + 1, 5 + 2, vel 4 + 3; atque ex eis, quae modo attulimus, patebit, poſteriorem hanc diuiſionem a poeta noſtro eſſe praelatam. Hinc autem ſequitur, non ſolum numerum ſeptenarium ipſum, ſed et binas eiusdem partes, *quatuor* et *tria* in carmine occurrere. Quatuor ergo ſunt animantes, quae ſolium diuinum circumdant, cap. 4, 6: quatuor ſunt angeli cap. 7, 1, qui, verſus quatuor plagas coeli conſtituti, ventos, vt quondam Aeolus, compeſcunt, quatuor angeli, naturae malignae, procul ad Euphratem in deſerta relegati, cap. 9, 14. 15, quatuor latera murorum, qui forma quadrata nouam vrbem circuibant, cap. 21, 16. At triplex prae aliis plaga hominibus infligitur: triplex *vae* illis acclamatur, cap. 8, 13, ternae autem portae conſpicuae ſunt in ſingulis lateribus murorum cap. 21, vt adeo numeros hos 3 et 4 idcirco praetuliſſe videantur Judaei, quoniam et ſumma eorum 3 + 4 numerum ſacrum 7 efficit, et copia, quae multiplicatis numeris producitur, 3 . 4 = 12, alium numerum reddit, 12, quem et ipſum multo in honore fuiſſe mox videbimus.

Atque ex hac fortaſſe conſuetudine, numerum 7 in 4 + 3 diducendi, ſeptemque Sephiroth in quatuor virtutes minores et tres maiores diſpeſcendi, explicari commodiſſime poterit conſilium poetae, quod in adumbranda et abſoluenda imagine tam ſeptem ſigillorum, cap. 6 ſqq. quam ſeptem tubarum, cap. 8 ſqq. iniiſſe videtur. Id quidem manifeſto appa-

ret

ret vnicuique, ea, quae obſignata fuiſſe dicuntur ſigillo primo, ſecundo, tertio, quarto, pauciſſimis verbis abſolui, at quae quinto, ſexto et ſeptimo continebantur, exponi multo locupletius. Pariter et, quae poſt claſſicum prima, altera, tertia et quarta tuba datum eueniebant, leuiter tantummodo perſtringuntur: at, quae poſt clangorem tubae quintae, ſextae et ſeptimae acciderant, narrantur vberius. Nec multum abſimilem ab his poeta ſe in eis pertexendis gerit, quae de effuſis ſeptem phialis commentus eſt, vbi tamen ea intercedit diuerſitas, quod *tria* priora breuiſſime, et quatuor poſteriora copioſius exponuntur. Quae cuncta quo facilius vno obtutu perſpiciantur, non inutile erit ſchema addidiſſe, quod ſequitur

Sigillum 1mum	Cap. 6, v. 1. 2.		
—— 2dum	— 6, 3. 4.	breuiſſime	
—— 3tium	— 6, 5. 6.		
—— 4tum	— 6, 7. 8.		
—— 5tum	— 6, 9–11,	longiuscule	
—— 6tum	— 6, 12–c. 7 fin.	multo longius	
—— 7mum	— 8 – fin. libri.		

Hic autem, praeter alia multa, continetur et duplex alia recenſio ſeptem partium:

a) ſeptem tubarum ad Judaeorum exitium promulgandum.

Tuba 1ma	cap. 8, 7.	
— 2da	— 8, 8. 9.	breuiſſime
— 3tia	— 8, 10. 11.	
— 4ta	— 8, 12.	

(Interuentus angeli, diſerte declarantis, ſupereſſe adhuc tria grauiſſima)

— 5ta	cap. 9, 1–12.	
— 6ta	— 9, 13–11, 14.	copioſiſſime
— 7ma	— 11, 15–19.	

b) ſeptem

b) ſeptem phialarum ad internecionem gentium effuſarum.

Phiala 1ma	cap. 16, 2.		breuiſſime
—— 2da	— 16, 3.		
—— 3tia	— 16, 4.		

Hic iam poſt tertiam phialam effuſam intercedit angelus.

—— 4ta	cap. 16, 8. 9.	longiuscule
—— 5ta	— 16, 10. 11.	
—— 6ta	— 16, 12 - 16.	longius quidem, ſed non vt in tribus ſigillis tubisque poſterioribus.
—— 7ma	— 17, 17 - 21.	

Non caſu haec et fortuito ita ſe habere, ſed ad artificia poetica eſſe referenda, nemini non in oculos incurrit. Ea autem de cauſſa hanc methodum ſectatus eſſe poeta perill. EICHHORNIO [8]) videtur, vt ipſe interpretibus ſuis viam quaſi ſterneret, carmen interpretandi, monſtraretque, quatuor priora ad clades et miſerias vniuerſas ſymbolo quodam notandas omnino dicta eſſe, nullius certae afflictionis, quam tum humanum genus vere aut iam perpeſſum eſſet aut extimeſcendam futuris temporibus haberet, ratione habita; at tribus poſterioribus vtique indicari graue quid et luctuoſum, quod euentu vere comprobatum ſit aut mox comprobandum. Quod tamen poetae propoſitum fuiſſe vix inducor, vt credam; imo cauſſae huius artificii aliunde, vti in commentario expoſuimus, repetendae mihi videntur. Nam poſteriora tria inuolucra libri ſigillis obſignati haud ſecus, quam par erat, eo plura continebant ſimulacra, quo propiora eſſent argumento libri ipſius: at in quatuor remotiora et tria propiora idcirco ſigilla diuiſa ab auctore videntur, quia ab animantibus illis, quae ſolium diuinum quatuor circum-

8) Commentar. in Apocal. Vol. 1, pag. 191 - 198.

circumdedisse leguntur cap. 4, illa vati finguntur monstrata fuisse. — Tubae autem posteriores tres indicant quidem res euentu vere comprobatas; Zelotarum furores, Romanorum exercitum omnia longe lateque vastantem, et expugnationem vrbis ipsius. At quum plures vtique res ea tempestate gestae essent, quaerendum erit, cur in tribus illis carmini suo intexendis acquieuerit auctor, et prioribus quatuor locis expresserit cladis vniuersae symbolum? idque accidit haud dubie, sicuti et in commentario monuimus, quod cap. 7, 1. quatuor angelos ventorum custodes memorauerat [9]). — In enarrandis phialis autem haec parum curasse videtur [10]) poeta: ibi enim tres priores expedit breuissime, duabus sequentibus immoratur longiuscule, et duas extremas tantummodo vberius describit, sed multo breuius, quam de extremis sigillis tubisque loquutus erat. Et omnino in his phialis carmine celebrandis defecisse iam sibi videtur poeta, et exhausisse suam penum, siquidem hic eadem propemodum repetuntur, quae iam supra, quum tubis clangentes angelos induceret, commemorauerat. Namque

Prima tuba progignit grandinem, fulgura etc. quibus vastatur *terra* c. 8, 7; Prima phiala in *terram* effusa vlcera producit c. 16, 2.

Altera tuba *maria* sanguine inficit c. 8, 8: altera phiala *eundem* habet effectum cap. 16, 3.

Tertia tuba corrumpit *fluuios* c. 8, 10: tertia phiala et ipsa *fluuios* c. 16, 4.

Quarta

9) Vid. ad c. 8, 6.

10) Fatetur hoc et Eichhornius l. c. p. 193, id tamen contendens, *quatuor* priores scenas a tribus posterioribus esse seiungendas: quia ex hac ratione vnice, quod mihi quidem non illucescit, lux poetae affundatur.

Quarta tuba *solis* lucem tenebris obducit c. 8, 12: quarta phiala *solis* aestum tantopere increscere facit, vt exarescant omnia c. 16, 8.

Caeterae, quae supererant, phialae tres, vti phialae omnes, ex locis potissimum distinguuntur, in quos euacuantur, veluti *quinta* in solium *θηριου* illius cap. 13, vt interitus regni gentilium symbolo aliquo indicaretur, *sexta* in Euphratem fluvium, vt ostenderetur ratio ac via, qua istud gentilium regnum exitio suo tradendum sit, *septima* demum in aërem, vt e coelo euocarentur fulmina, grandines, ignes, quae tandem cladem ipsam infligerent paganismo. Nulla ergo res euentu vere comprobata hic poetae ante oculos versatur, neque id mirum: nam quae de exitio Judaismo imminente inde a cap. 9—12. exposuerat, gesta iam erant, et innotuerant poetae: at nondum quid acciderat, quod praesentissimum Romanorum aut paganorum omnino interitum portenderet: quapropter nonnisi in symbolis futurae cladis carmen continere se potuit.

Sed redeamus, vnde sumus digressi, et de divisione numeri 7 in 4 + 3, quae in sigillis et tubis 7 (non perinde et in phialis 7, quamquam et hic post tertiam phialam interuenire angelum comminiscitur, et nunc demum quatuor posteriora succedere facit) satis conspicua est, nonnulla addamus. Quid ergo, si opinemur, inde forsan deriuandum esse et illud, quod periphrasin, qua in fronte septem oraculorum illorum, de quibus Excursu I. disseruimus, Messias circumscribitur, in prioribus quatuor, quae capite secundo continentur, ex illa Messiae imagine mutuatur poeta, quae cap. 1, 12—16. apparuerat: ex aliis imaginibus autem eandem periphrasin componat in tribus oraculis posterioribus? Quid si eiusmodi ex caussis promissa *τῳ νικωντι δωσω* etc. in prioribus tribus oraculis *post* epiphonema illud *ὁ εχων ους,*

ακου-

ακουσατω, in posterioribus quatuor autem *ante* illud posita inueniuntur? Casu saltem et fortuito id accidisse, nullus mihi possum persuadere, quia omnia ordine se excipiunt, nec vnum et alterum variat: artificiis ergo poeticis et hoc erit accensendum, et, ni fallimur, mori illi, numerum 7 in 3 et 4 diducendi. Referri huc poterit cap. 6, 8, vbi 4ta pars, et cap. 8, 7. 8. 9; 9. 15. 18; et cap. 12, 4, vbi 3tia pars periisse dicitur. Vtrumque indicat magnam copiam, siquidem magna vtique habenda est illa clades, quae tertiam quartamue partem alicuius rei exitio tradit. Pari significatu quartam partem expressit Ezechieles cap. 14, 21, tertiam autem, seu potius duas tertias Zacharias cap. 13, 9. Inde vsu receptum fuisse videtur apud posteriores scriptores. *Bava Mezija* fol. 59, 1: "Percussus est mundus, tertia nempe pars olearum, tertia pars tritici, et tertia hordei."

Sed et alio modo numerum istum sacrum 7 inflexisse videntur Judaei doctiores, ad quos noster se composuit: qui si in duas partes sibi aequales diuiditur, exit numerus $3\frac{1}{2}$. Hoc autem numero ad exprimendum diuturnum publicae cladis tempus vsus est Daniel, dicens *καιρον*, *annum*, *καιρους*, *biennium*, et *ἡμισυ καιρου*, *semestre*, Dan. c. 7, 25 et c. 12, 7., ex quo eandem formulam noster mutuatus est c. 12, 14, vbi vide. Alibi tamen, vbi hac temporum mensura noster vtitur, non quidem diserte hunc numerum effatur, sed eius duodecuplum pronunciat, vt mensium, quorum duodecim annum efficiunt, numerus exeat. Ita loquitur carmen de $3\frac{1}{2} . 12 = 42$ mensibus cap. 11, 2; c. 13, 5, seu, singulos dies computando, de $3\frac{1}{2} . 360 = 1260$ diebus [11]) cap.

[11]) Efficiebatur annus 12 mensibus 30 dierum, ita tamen vt quartus quisque annus recurrens 13 menses

cap. 11, 3; c. 12, 6, atque istis formulis omnibus vnam eandemque rem significat, ambitum puta 3½ annorum. Hunc autem annorum ambitum pro indefinito tempore calamitatis publicae positum esse, Eichhornium ducem sequuti, iam in commentario ad c. 11, 2. admonuimus. Sunt quidem, qui proprie istum numerum et ex *ακριβεια* arithmetica intelligendum esse suadeant, quam rationem, post WETSTENIUM [12]) etiam summum Herderum iniisse non miramur, quia is nonnisi belli Judaici a Josepho enarrati historiam carmine celebratam in Apocalypsi inuenit: illud autem bellum per integrum 3½ annorum spatium gestum esse demonstrat, inde a vere anni 67, qua tempestate missus a Nerone in Orientem Vespasianus Galilaeam et Judaeam perdomuit, vsque ad autumnum anni 70, quo vrbs solo aequabatur. Quibus omnibus tamen opponitur ab Eichhornio [13]), iam autumno anni 66 bellum illud flagrasse, qua tempestate Cestius Gallus, Syriae praeses, ob ea, quae in Gessium Florum, procuratorem Romanum, peccasse videbantur Judaei, exercitum contra vrbem mouerat, et postquam per quatuordecim fere dies eandem obsederat, magna suorum clade affectus est. Apparet facile, omnia hic fluctuare et incerta esse, prout initium belli prius serius factum esse videtur [14]); adeoque consultissimum erit, tempus belli aduersus Judaeos a Romanis

ses haberet: inde Dan. 12, 11. non 1260, sed 1290 dies numerantur.

12) Ad Apocal. 12, 2.

13) Commentar. in Apoc. Vol. 2, p. 58.

14) Joseph. B. J. Lib. 4, c. 6. admonet, absque errore contendi, mortem seu caedem Anani pontificis initium expugnatae vrbis habendum esse. Idem Lib. 2, c. 14. ait, iam sub Albino procuratore *τα σπερματα της μελλουσης ἁλωσεως τῃ πολει κατεβαλλετο.*

ακουσατω, in posterioribus quatuor autem *ante* illud posita inueniuntur? Casu saltem et fortuito id accidisse, nullus mihi possum persuadere, quia omnia ordine se excipiunt, nec vnum et alterum variat: artificiis ergo poeticis et hoc erit accensendum, et, ni fallimur, mori illi, numerum 7 in 3 et 4 diducendi. Referri huc poterit cap. 6, 8, vbi 4ta pars, et cap. 8, 7. 8. 9; 9. 15. 18; et cap. 12, 4, vbi 3tia pars periisse dicitur. Vtrumque indicat magnam copiam, siquidem magna vtique habenda est illa clades, quae tertiam quartamue partem alicuius rei exitio tradit. Pari significatu quartam partem expressit Ezechieles cap. 14, 21, tertiam autem, seu potius duas tertias Zacharias cap. 13, 9. Inde vsu receptum fuisse videtur apud posteriores scriptores. *Bava Mezija* fol. 59, 1: "Percussus est mundus, tertia nempe pars olearum, tertia pars tritici, et tertia hordei."

Sed et alio modo numerum istum sacrum 7 inflexisse videntur Judaei doctiores, ad quos noster se composuit: qui si in duas partes sibi aequales diuiditur, exit numerus $3\frac{1}{2}$. Hoc autem numero ad exprimendum diuturnum publicae cladis tempus vsus est Daniel, dicens *καιρον*, *annum*, *καιρους*, *biennium*, et *ἡμισυ καιρου*, *semestre*, Dan. c. 7, 25 et c. 12, 7., ex quo eandem formulam noster mutuatus est c. 12, 14, vbi vide. Alibi tamen, vbi hac temporum mensura noster vtitur, non quidem diserte hunc numerum effatur, sed eius duodecuplum pronunciat, vt mensium, quorum duodecim annum efficiunt, numerus exeat. Ita loquitur carmen de $3\frac{1}{2} . 12 = 42$ mensibus cap. 11, 2; c. 13, 5, seu, singulos dies computando, de $3\frac{1}{2} . 360 = 1260$ diebus [11]) cap.

[11]) Efficiebatur annus 12 mensibus 30 dierum, ita tamen vt quartus quisque annus recurrens 13 menses

cap. 11, 3; c. 12, 6, atque istis formulis omnibus vnam eandemque rem significat, ambitum puta 3½ annorum. Hunc autem annorum ambitum pro indefinito tempore calamitatis publicae positum esse, Eichhornium ducem sequuti, iam in commentario ad c. 11, 2. admonuimus. Sunt quidem, qui proprie istum numerum et ex *ακριβεια* arithmetica intelligendum esse suadeant, quam rationem post WETSTENIUM [12]) etiam summum Herderum iniisse non miramur, quia is nonnisi belli Judaici a Josepho enarrati historiam carmine celebratam in Apocalypsi inuenit: illud autem bellum per integrum 3½ annorum spatium gestum esse demonstrat, inde a vere anni 67, qua tempestate missus a Nerone in Orientem Vespasianus Galilaeam et Judaeam perdomuit, vsque ad autumnum anni 70, quo vrbs solo aequabatur. Quibus omnibus tamen opponitur ab Eichhornio [13]), iam autumno anni 66 bellum illud flagrasse, qua tempestate Cestius Gallus, Syriae praeses, ob ea, quae in Gessium Florum, procuratorem Romanum, peccasse videbantur Judaei, exercitum contra vrbem mouerat, et postquam per quatuordecim fere dies eandem obsederat, magna suorum clade affectus est. Apparet facile, omnia hic fluctuare et incerta esse, prout initium belli prius serius factum esse videtur [14]); adeoque consultissimum erit, tempus belli aduersus Judaeos a Romanis

ses haberet: inde Dan. 12, 11. non 1260, sed 1290 dies numerantur.

12) Ad Apocal. 12, 2.

13) Commentar. in Apoc. Vol. 2, p. 58.

14) Joseph. B. J. Lib. 4, c. 6. admonet, absque errore contendi, mortem seu caedem Anani pontificis initium expugnatae vrbis habendum esse. Idem Lib. 2, c. 14. ait, iam sub Albino procuratore *τα σπερματα της μελλουσης αλωσεως τῃ πολει κατεβαλλετο.*

nis gesti prorsus missum facere, inprimis quum illud *καιρος, καιροι, και ἡμισυ καιρου* cap. 12, 14, quod manifesto idem est, quod 42 menses et 1260 dies, cap. 11, 2, 3 etc., expressum indubie sit e Daniele, quum de tempore Judaici belli nondum cogitari posset. Quin confidenter cum Eichhornio [15]) statuere licet, hunc temporis 3½ annorum ambitum eum fuisse, quo incertum parumque definitum, idque diuturnum tamen tempus cuiuscunque tandem calamitatis publicae grauioris circumscribere consueverant Judaei. Permulta ad hoc statuendum argumenta conspirant. Veluti caritas annonae, quae, deficiente sub Ahabi regno pluuia, terram Israëliticam infestauit, per 3½ annos incubuisse legitur apud Jacobum cap. 5, 17, quum tamen 1 Reg. 18, 1; coll. c. 17, 1 et c. 18, 41. non quarto demum, sed tertio iam anno pluuia rediisse perhibeatur [16]). Pariter et vastatio terrae sanctae per Nabuchodonosorem illata 3½ annorum spatio definiebatur: *Eccha* IV, 12: "Misit Nabusaradanum, vt vastaret Hierosolyma, et fecit ibi tres annos cum dimidio." Tum Antiochus Epiphanes per 3½ annos in vrbem sanctam grassatus esse narratur Dan. 7, 25; c. 12, 7, 11. (Josephus Bell. Jud. prooem. *Ἀντιοχος ὁ κληθεις Ἐπιφανης, ἑλων κατα κρατος Ἱεροσολυμα, και κατασχων ετεσι τρισι και μησιν ἑξ* etc. Idem Lib. 1, c. 1. et Lib. 6, c. 9.). Porro per idem temporis interuallum vrbs

[15]) L. c. p. 59 sqq. Eandem sententiam protulit olim Hermann v. d. Hardt, *Exegesis locor. difficilior. 4 Evangelist.*, in Winkleri *Tempe, Anecdota sacra*, ad Luc. 21, 24, p. 542, vbi sic habet: "notandum, numerum istum *certum* poni pro *incerto*, cum esset inter Judaeos vbique in ore, dum de statu afflicto, *eoque diuturno* sermo esset."

[16]) Hanc ergo explicationem, Jacobum h. l. *symbolice* vti eo numero, eis addere velis, quae ad istum locum obseruauit S. Ven. Pott.

vrbs a Vefpafiano legitur obfeffa: *Eccha* I, 5: "Tribus annis cum dimidio obfedit Vefpafianus Hierofolyma." *Ibid.* I, 12: "Iudicium generationis diluvii, Aegyptiorum, Gogi et impiorum in Gehenna eft 12 menfium: at iudicium Nebucadnezaris et iudicium Vefpafiani trium annorum cum dimidio." Nec non *Eccha* Rabb. II, 2: tribus annis cum dimidio vrbem Bittherem ab Hadriano obfeffam contendit. *Midras Tehill.* X, 1: "Tribus annis cum dimidio ftetit Schechina in monte Oliuarum et clamavit: quaerite Deum, dum inueniri poteft." Ex quibus cunctis, quorum nonnulla cum hiftoria ipfa parum accurate confpirant (neque enim per $3\frac{1}{2}$ annos pluuia, regnante Achabo, defecerat: neque per $3\frac{1}{2}$ annos vrbem obfederat Vefpafianus), haud iniuria efficitur, omne tempus calamitatis publicae, *et id quidem longum et diuturnum* a Judaeis, et ante et poft vrbem euerfam viuentibus, numero $3\frac{1}{2}$ effe fignificatum. Sin quaeris, quare hunc prae aliis numerum ad ifta defignanda adhibuerint Judaei, varie refpondetur. Sunt enim, qui ex rationibus aftrologicis repetendam rem effe cenfeant, vt quibus bene imbutus fuerit in aula Babylonica educatus Daniel, qui primus morem illum videtur intuliffe. At alii inde inclaruiffe eum numerum volunt, quia per totidem annos vrbem occupatam tenuerit Antiochus Epiphanes [17]). Aliis denique, quibus et ipfe accedo, idcirco expreffus hic numerus $3\frac{1}{2}$ effe videtur, quia eft dimidium facri illius numeri 7, quo et ipfo integro

17) Eius opinionis e. gr. eft ABAUZITIUS, *Chap. XI. du prophete Daniel, expliqué par les evenemens*; in eius *Oeuvres Tom. I, Genev.* 1770, p. 286. Ait ille: "Le nombre de jours (1290) fait juftement les trois ans et demi, qui s'ecoulerent depuis l'interdiction du facrifice jusqu'à fon retabliffement par Judas Maccabee, ou jusqu'à la mort d'Antiochus arrivée presqu' auffitot.

tegro ad menſurandum tempus vtitur Daniel cap. 4, 20. 22, ſicuti dimidio cap. 7, 25; 12, 7. 11, et חצי השבוע, *dimidio hebdomadis*, cap. 9, 27, ad quod alludens forſitan Clemens Alexandrinus Strom. I, 21, ita habet: Ἑβδομαδος το ἡμισυ κατεσχεν Νερων βασιλευων, και εν τῃ ἁγιᾳ πολει εστησε το βδελυγμα, και εν τω ἡμισει της ἑβδομαδος ανηρεθη και αυτος, και Οϑων και Γαλβα και Ουιτελλιος· Ουεσπασιανος δε εκρατησε και καϑειλε την Ἱερουσαλημ, και το ἁγιον ηρημωσε: vnde colligimus, *dimidiam* partem numeri ſacri et ipſam in exiſtimatione fuiſſe.

Tranſimus a numero ſeptenario, et quae inde deriuata erant, ad numerum *denarium*, qui et ipſe in carmine noſtro occurrit. Non loquimur de loco cap. 2, 10, vbi ἡμεραι δεκα *breue temporis ſpatium* videntur indicare, vti 1 Sam. 25, 38; Dan. 1, 14; Actor. 25, 6: ſed indicamus δεκα iſta κερατα, quibus tam draco ille, Satanae ſymbolum, quam monſtrum illud, quod cap. 13. e mari emergit, nec non aliud illud, quod meretricem Babylonicam vehit cap. 17, inſtruitur. Nolimus autem alia ex cauſſa hunc potiſſimum cornuum numerum expreſſum eſſe credere, quam quod, praeter numerum ſeptenarium, numerus denarius quoque ab Hebraeis, ſicuti a populis fere omnibus, quia digitis decem vtuntur homines omnes, ad numerum indefinitum rotunde, vt aiunt, exprimendum adhibetur. Satis manifeſtum id fit ex decadica numerandi ratione et apud Hebraeos recepta, י = 10, יא = 11, יב = 12, et quod cuiusuis numeri ſimplicis *decuplum* forma pluralis exprimit, vt שבע, שבעים etc. [18]). Eadem de cauſſa et

[18]) Pari modo numerus denarius et alibi ad indefinitum numerum exprimendum adhibetur, veluti in illa 10 virginum imagine, Matth. 25, vbi ROSEN-

et superiores numeri denarii gradus, quos potentias appellant mathematici, 10^2, 10^3, 10^4 = 100, 1000, 10000, Hebraei quoque, pariter ac nos, ad magnam multitudinem significandam adhibent, Ps. 90, 4. Apocal. 20 [19]); Apoc. 9, 16; Dan. 7, 10. Huic autem denario numero, qui omnibus populis indefinitum quid indicat, adiungit poeta et septenarium numerum, qui suae genti inprimis vsurpabatur, indeque componit imaginum figuras, non bene vtique quadrantes, sed aliquo tamen modo sibi conciliandas [20]).

Et ita quidem de numero 10, vel in illis locis ipsis, c. 12, 13 et 17, in quibus cum numero 7 iunctim ponitur, statuamus: nec opus erit confugere ad doctiora illa opinionum commenta, qualia exputavit v. c. WETSTENIUS, qui rem e more Romanorum, exercitus variis modis ad denarium numerum distribuendi, repetit, siquidem decem cohortibus tribunus, χιλίαρχος, praefuerit, id quod 10 cornubus sit indicatum etc. Multa ille quidem cum doctrina exemplorum huc facientium farraginem ad cap. 12, 1. profudit: sed ea omnia vel idcirco repudianda hoc quidem loco mihi videntur, quia originem

ROSENMÜLLERUS, *das alte und neue Morgenland* adnotat, non casu et fortuito id accidisse, sed quia numerus 10 apud Judaeos praecipue vsurpatus sit: Ita ad concionem habendam ad minimum 10 homines colligendos fuisse: in illis locis, vbi 10 Judaei degerint, Synagogam fuisse instituendam etc. STEHELINS Jüdische Ueberlieferungen Band 2, S. 289. et FORBES's Oriental Memoirs, Vol. 3, p. 53. 250.

19) Hic ergo nobilis ille numerus 1000 annorum occurrit, qui magnum temporis spatium indicare iam hinc existimandus erit: de quo in Excursu sexto seorsim disputandum erit; quare de hoc numero quidem nil vlterius addimus.

20) Vid. quae in commentario adnotavimus ad c. 12, 3.

nem debere credenda sunt opinioni, quam praeoccupauerat WETSTENIUS, ad Romani imperii statum referenda esse ea omnia: quare et singulum fere versiculum ex Romana illius aeui historia explicat.

Perhibetur cap. 9, 5 et 10, mirabiles locustas, quae ex abysso illa prodierant, infestasse humanum genus per menses *quinque*, qui numerus et ipse indefinite poterit explicari, si pro dimidia parte numeri celebratissimi 10 habetur, vti supra 3½ dimidium sacri numeri 7 expresserat; vt sensus prodeat: *per diuturnum tempus sine intermissione cruciabantur homines et enecabantur.* Repeti tamen eodem iure is numerus poterit ex natura locustarum scorpionumque, quia aestiuis maxime mensibus calore et aestu solis infestis damna et plagas inferre solent.

Sed superest alius numerus, isque apud Judaeos prae multis aliis in summo honore positus, numerum *duodenarium* dico, qui ex duodecim tribubus, quibus quondam Israëlitarum gens efficiebatur, ortum ducit. Ad hunc quondam numerum plura, quae ad cultum Leuiticum spectabant, exacta erant, vid. e. c. Exod. 24, 4; Leuit. 24, 5; Num 7, 84, 86 Et quia honorificentissimum illud του δωδεκαφυλου nomen seriores quoque Judaei, quorum terra longe aliter diuisa erat, saluum et intactum seruare gestiebant (Actor. 26, 7; Jac. 1, 1. et ibi S. V. POTT), admodum commodum se et nationis suae opinionibus faventem gerit noster, si et in hoc nostro carmine istum numerum identidem repetit. Hinc ergo vtrinque a diuinae maiestatis solio assident 12 senatores, adeoque 24: hinc meliores illi, qui publicae calamitati eripiendi sunt, ad 12 illas tribus exiguntur: hinc ex singula tribu seliguntur multi quidem, sed non 1000 aut 7000, verum 12000, vt adeo 12 . 12000 = 144000 salutiferam notam fronti impressam

pressam gestauerint, cap. 7 et cap. 14, 3. At in exstruendis Hierosolymis nouis cap. 21. multa quoque ad numerum 12 referuntur, et cap. 21, 17. occurrit 12² = 144.

Verum vti haec sunt expeditissima: ita perplexa omnia et tortuosa sunt, quae de numero 666, cap. 13, 18, qui ex omnibus in carmine occurrentibus longe maxime inclaruit, huc illuc disputata sunt, quae tamen in Excursu quarto discutientur, sicuti et de 1000 annorum regno Excursu sexto disputabitur.

De numero 1600, qui cap. 14, 20 idcirco exprimitur, quia totidem stadia patebat terra, nil est, quod commentario addatur: quemadmodum et in omni hoc excursu adiiciendo nonnisi ea mens erat, vt, quae in commentario de hoc illoue numero passim sunt admonita, colligerentur, quo facilius conferri sibi et vno obtutu perlustrari possent [21]. — Sed caueamus vel maxime, ne his et aliis eiusmodi numeris insistamus ad calculum ineundum, aut rationes chronologicas colligendas, in quo vel maxime Bengelium peccasse, caeteroquin de Apocalypsi bene meritum, nemo ignorat.

21) Non otiosas autem esse istas de numeris indefinitis disputationes, argumento est, quod plures viri doctissimi eiusmodi disquisitionibus operam impenderunt. Vide e. gr. P. J. Bruns *über die Zahl Vierzig im A. T.* in S. Ven. Paulus *Memorabilien* Stück 7, p. 53–57: in quibus de sensu indefinito istius numeri similia legere iuuat.

EXCVRSVS III.

Cur in recensu tribuum Israeliticarum cap. 7, 5–8. nulla tribus Daniticae mentio fiat.

Pauca sunt, verius nulla, quae in discutienda hac quaestione illis addere possum, quae a prioribus interpretibus et nouissime a Perill. EICHHORNIO [1]) allata sunt: sed repetenda erunt, ne quid desit; et quoniam vberior disputatio commentarium ipsum importunius interpellasset, in Excursu commodissime enarrabuntur.

Pluribus V. T. locis recensus tribuum Israeliticarum exhibetur: quorum primus est a filiorum duodecim patre ipso, Jacobo, Genes. 49, qui filios omnes cum Leui et Josepho nomine compellat, Ruben, Simeon, *Leui*, Juda, Sebulon, Isaschar, Dan, Gad, Asser, Naphthali, *Joseph*, Beniamin. At Num. 13, 5–16. omittuntur nomina Leui et Joseph: et Leui quidem, quia nulla terra peculiaris eius posteris assignanda erat, sed cultus diuinus per omnes tribus ab eis exercendus; vt illi vbique terrarum quasi in patria tribu commorari viderentur [2]). Josephus autem, quia seruandus erat numerus duodenarius, qui expuncto Leui nomine periisset et ad 11 redactus esset, nisi aliunde iste defectus potuisset suppleri: quod commodissime fiebat, si in locum vnius Josephi bini eiusdem filii, Ephraim et Manasse, Genes. 48, sufficiebantur. Idem numerus occurrit Jos. c. 13 sqq. Ezech. c. 48, alibi, et nomina recensentur Ruben, Simeon, Juda, Isaschar, *Ephraim*,

[1]) Commentar. in Apocalyps. Vol. 1, p. 220–227.

[2]) Jos. c. 13, 14. 33. c. 21: Num. 18, 21 etc.

Ephraim, Beniamin, Sebulon, *Manasse*, Dan, Asser, Naphthali, Gad. At apud nostrum recensentur Juda, Ruben, Gad, Asser, Naphthali, *Manasse*, Simeon, *Leui*, Isaschar, Sebulon, *Joseph*, Beniamin, in quibus eum ordinem seruasse videtur, vt bini filii ex eadem vxore seu pellice procreati vna ponerentur, et post quaternos filios ex Lea eiusque ancilla susceptos memorarentur bini ex Rahele eiusque ancilla geniti. Erant enim procreati

Judas et Ruben ex Lea (Genes. 35, 23.);
Gad et Asser ex Silpa, Leae ancilla (Genes. 35, 26.);
Naphthali et Dan (pro quo Manasses ponitur) ex Bilha, Rahelis ancilla (Genes. 35, 21.);
Simeon et Leui ex Lea (Genes. 35, 23.);
Isaschar et Sebulon ex Lea (Genes. 35, 23.);
Joseph et Beniamin ex Rahele (Genes. 35, 34.):

vnde patet, versiculorum distinctionem minus aptam esse, et conuenientius duas, quam tres tribus vno eodemque commate contineri.

Recedit ergo auctor a recensu illo, qui vulgo admittebatur; nam et Leuiticam tribum nominat, et tribum Josephi; et, quod magis arripit, praeter Josephum patrem vnum quoque ex filiis eiusdem, Manassem, quod nunquam antea in vsu fuerat. Proinde istum catalogum sequutus esse videtur, qui Genes. 49. occurrit, licet non eodem ordine singulos Jacobi filios excitet.

Sed percellit profecto, quod, quum caeteroquin ad catalogum istum exegisse recensum suum videatur, tribum Daniticam, quae cum tribu Naphthalitica iunctim ponenda erat v. 6, prorsus silentio praetereat, et pro ea tribum Manassis admittat in censum, eiusque ergo duplicem faciat mentionem, quum tribu Josephi, quam v. 8. nominat, contineatur et tribus Manassis (et Ephraimi).

Omnis

Omnis difficultas absque negotio remoueretur, si lectionem Μαναση in dubium vocare et suspicari liceret, genuinam lectionem primitus Δαν exhibuisse. Et sane facillime lectio ΔΑΝ per oscitantiam librariorum transire potuit in ΜΑΝ, quod deinceps, scripturae compendio pro Μαναση scriptum fuisse, credere, adeoque nomen Μαναση in censum ipsum admittere poterant librarii. Hanc sententiam tuetur in primis HARTWIGIUS *Apologie der Apocal.* Th 2, p. 237 sqq.: admonens, extremam proxime praecedentis vocis ΦΥΛΗΣ litteram C facillime iungi potuisse primae litterae Δ, vt exiret figura CΔ, quae in M errore perfacili potuisset mutari. At minime tamen sollicitandam esse lectionem contra monent alii, quia lectio recepta consensu omnium testium probatur; et quia ab antiquissimis patribus, Irenaeo et Origene, nec non Andrea et Aretha diserte affirmatur, omissam esse mentionem tribus Daniticae, et insertam tribum Manassitarum. Atque in his acquiescendum profecto erit, nisi obuertere velis, iam in primordiis rei christianae, longe ante exaratos codices, quos nos antiquissimos nouimus, textum passim mutatum fuisse [3]), sicuti et Irenaei iam tempore id accidisse, περιβοητος numerus ille c. 13, 18. testatur.

Quapropter alia circumspexerunt interpretes, et *consulto dataque opera* proscriptam a Joanne esse Daniticam tribum contendunt. Aiunt quippe, tribum

[3]) Adest quidem v. c. aliqua lectionis diuersitas, afferunturque a Bengelio codices tres, qui loco Γαδ exhibent Δαν, nempe cod. 9. ex seculo 13tio, cod. 13. Seidelii et cod. 16. Uffenbachii. Sed testium illorum fides parum probata est, neque ad nostram quaestionem ipsi multum faciunt, nisi quod inde edocemur, librarios nomina ista vere permiscuisse, et nomen Dan non tantopere reformidatum fuisse, vt vbique omitteretur, de quo postea videbimus.

bum istam pluribus cladibus, quas experta sit, adeo infractam fuisse et imminutam, vt praeter vnam familiam *των* Hussim, nulla denique superfuerit; quae et ipsa ante tempora Esdrae prorsus interiisse credenda sit [4]); vt adeo, instaurato post exilium Babylonicum regno, non nisi perpauci potuerint in patriam redire, pauciores forsan, quam vt 12000 homines pios probosque ex eis selectos fuisse cum aliqua veri similitudine potuerit effingi.

At alii non quidem paruum numerum Danitarum, sed vitam et mores, a pietate Israelitarum, vero et vni Jouae cultum exhibentium, abhorrentes, *et ad colenda gentilium idola procliues* in caussa fuisse contendunt. Ita argumentantur ex Judic. cap. 18 et 1 Reg. c. 12, 29. 30: quibus locis insistentes doctores Judaici mirum in modum in Danitas, idololatriae patronos, inuehuntur. *Targum. Jonath. ad Exod.* 17, 8: "Interficiebat viros domus Dan, eo quod nubes non complecteretur eos propter idololatriam, quae inter eos vigebat." *Ibidem in Num* 11, 1: "et accensus est ignis et perdidit ex improbis, qui erant in extremitatibus — Dan, penes quos fuit sculptile. *Ib. in Num.* 22, 41:" et vidit inde castra Danis: postquam autem Bileamus vidit, cultum alienum esse inter eos etc." *Ib. in Deut.* 25, 18: "Hi sunt viri ex tribu Dan, in quorum manibus erat cultus alienus." *Ib. in Jos.* 6, 9. 13: "et tribus Dan ibit post arcam." Similia sunt ibidem in Cantic. 2, 15; in Jerem. 8, 16 et alibi.

4) Intulit et argumentis firmauit hanc hypothesin praecipue Grotius ad h. l. Idcirco autem 1 Par. c. 4. – c. 9. tribus Danitica non in censum venire videtur; idemque forsan latet sub vaticinio Amosi c. 8, 14. Caeterum, ex tribu Danitica superfuisse paucissimos et in Phoenicen confugisse, narrat Joannes Antiochenus, chronographus, anno 620 florens.

alibi. Nec mirum est, omnes clades, quas perpessa erat illa tribus, ab hoc idolorum sectandorum pruritu a Judaeis repetitas fuisse. Atque quum vndique inuidia peterentur Danitae, facile accidit, vt antiquiores Apocalypseos interpretes et Antichristum, cuius aduentum in carmine nostro praenunciari persuasissimum habebant, ex hac ipsa tribu Danitarum progressurum esse augurarentur, quia Genes. 49, 17. Dan cum serpente confertur, cuius imago redditur et Apoc. c. 12 et c. 13, vbi Antichristum adumbratum esse volunt. Arethas: επισημαντεον δε τουτο, ως ἡ φυλη του Δαν, ως εξ αυτης τεξομενου του Αντιχριστου, ταις λοιπαις ου συντετακται, αλλ᾽ αντ᾽ αυτης ἡ του Λευι, ως ἱερατικη, παλαι εις μερισμον μη ερχομενη. Eandem ob caussam in distributione terrae extremam sortem Danitis cecidisse volunt: Joseph. Ant. 19, 40.

Et de Antichristo quidem somnia videntur, quaecunque olim ferebantur: nedum iam in Vet. Test. monumentis eiusdem vestigia indagare fas erit: at illa tamen facile largimur, ob idololatriam priori iam aeuo in odium et inuidiam incurrisse tribum Danitarum: atque hanc ipsam ob caussam a Joanne silentio esse praetermissam. Sane in omni carmine nostro acerrimum se veri Jouae, piique cultus eidem adhibendi, vindicem gerit poeta, grauissimumque omnis superstitionis et idololatriae aduersarium. Atqui id agebat ille poematis capite septimo, vt paucos illos pios Jouae cultores ex omni Israelitarum populo, tributim descriptis ordinibus, seligeret, ne communi illa clade, quae genti infligenda erat, afficerentur et ipsi; atque inter eorum tribus quasi distribueret Messiae regnum, vti quondam a Josua terra sancta iisdem distributa erat. Quo tamen pacto in sanctissimum illud regnum ciues adscribere potuit eos, qui idolorum cultu, pio cuilibet Israelitae exsecrando vel maxime, tantopere delectati fuerant?

aut quid proderat, imminenti cladi eripuisse eos, qui in idololatriae poenam dignissimi erant, qui e libro vitae expungerentur?

Ita ferme de hac quaestione statuendum erit. Sed vlterius sane progredi mihi videntur, qui ad etymum nominis *Manasse* poetam respexisse addunt. Deriuatur illud nomen a נשה, *oblitus est*, Genes. 41, 51: hoc autem loco ex summo poetae artificio pro nomine Dan istud nomen positum esse arbitrantur. Siquidem, aiunt illi, cuilibet recensum tribuum perlegenti occurrebat, iam post nomen Naphthali ponendum fuisse nomen *Dan*. Si tamen pro eo inueniebatur nomen *Manasse* (i. e. obliuioni traditus); quid facilius poterat cogitari, quam consulto id factum fuisse a poeta, vt qui significare voluerit, Danitarum tribum ne dignam quidem esse, quae nomine nuncuparetur, sed obliuioni potius omnem esse tradendam, quum tot mala genti intulerit. — Vix tamen ferri poterit haec sententia a HARTWIGIO [5]) commendata, quoniam profecto, si ista tribus ne

[5]) Apologie der Apocal. Th. II, pag. 245. Ex eius sententia itaque vertendus foret versiculus 6 ita ferme: "ex tribu Aser 12000 signabantur: ex tribu Naphthalim 12000 signabantur: *ex tribu Dan, quae Dan quidem vocatur, sed rectius Manasse vocanda fuisset, quia digna erat, quae obliuioni omnino traderetur*, 12000 signabantur." Ita ferme Ruth 1, 20: "Nolite me vocare Naemi; imo vocate Mara." Quod si vnus alterue superbissimorum illorum dynastarum, qui tantis tormentis excruciabant miseram gentem, Simon Gorionis filius, Manaim, aut Ioannes Levi Gischalensis ex tribu Danitica oriundus erat, eo facilius e catalogo ille poterat expungi.

Similia sunt, quae in Gnomone ad h. l. affert Bengelius. Exposita enim sententia Grotii (vid. not. 4.) addit: "non tam omittitur Dan, quam paucitas eius, sub *Manasse* latens, cum Naphthali, cuius frater vterinus erat, coniungitur."

ne digna quidem erat, quae nominaretur, multo minus digna habenda erat, quae imminenti exitio eriperetur. Lubentius ergo amplecterer sententiam Ill Eichhornii, qui non quidem pro Danitica tribu positam esse tribum Manassitarum vult, imo posteriorem hanc tribum ipsam instanti periculo a poeta eximi contendit: sed addit tamen, latere *forsitan* in eo aliquid poetae artificium, quod, cum tribum Danitarum proscribere aliamque substituere decrevisset, non tribum Ephraimiticam suffecerit, cuius nomen, a פרה, *fructuosus fuit*, deriuandum, numerosam posterorum sobolem indicabat, sed Manassitarum, i. e. eam, quae obliuione digna erat, aut quae nomine suo illud piorum Israelitarum votum complectebatur: o vtinam obliuisci liceret omnium malorum, quibus illa tribus omnem Israelitarum gentem affecit! — Sed vt largior, in libro, qui omnia fere symbolorum inuolucris recondit, sub nominum quoque propriorum figuris sensum aliquem passim latere, e. gr. c 8, 11; c. 9, 11, ita tamen haec aut eiusmodi alia poetae in mentem venisse persuadere mihi vix queo.

Quae de hoc loco in schedulis Koppianis inveni, eodem fere redeunt. Quotiescunque (ita ferme in eis legitur) in rebus politicis tribuum illarum duodecim mentio iniicitur, omissa tribu Leui, cui nulla erat terra, pro Josepho filii eiusdem, Ephraim et Manasse, ponuntur. At hoc loco, in quo non de rebus politicis, *sed de futura Messiani regni beatitate coelesti sermo est, omne discrimen cessaret necesse erat:* proinde in censum vtique admittenda denuo erat Levitica gens, Danitica autem ob superstitionis peregrinae flagitia expungenda. Iam non, vt quondam in vsu fuit, pro Leuitica gente omissa, sed pro Danitica proscripta succedunt filii Josephi Manasse et Ephraim,

quo-

quorum ille quidem nomine compellatur diserte, hic tamen, Ephraim, non diserte quidem nominatur, sed pro eo patris Josephi ipsius nomen ponitur, quia benedictione patris Genes. 48, 18 sqq. ius primogeniturae ille adeptus erat, adeoque et patris Josephi nomine poterat compellari.

EXCVRSVS IV.

De antichristo, bellua marina capitis 13, *et inprimis monogrammate illo cap.* 13, 18, *numerum* 666 *exprimente.*

Nil occurrit in carmine omni, quod magis exercuit interpretes et in sententias diuersissimas diremit, quam numerus ille 666, quo contineri creditur nomen atrocissimi illius aduersarii, qui sub emergentis e mari belluae figura adumbratur. Hic enim tanquam in tabula depictam cerni aiunt imaginem illius Antichristi, quem grauem olim fore christianae causshae et calamitosum dudum ominati erant: hanc ergo qui recte intueri et interpretari possit, et remotis inuolucris in rem ipsam penetrare, illum fore tam felicem, qui perspiceret, quisnam tandem habendus sit ille Antichristus, aut quo tempore sit insurrecturus. Atque hunc exquirere quum sibi proposuissent interpretes, dici vix potest, in quot quamque diuersa opinionum commenta et deliria delapsi sint, quae si ex omnium commentatorum scriniis compilare, et iudicio nostro interposito discutere omnia vellemus, et menses integri consumendi labore ingratissimo forent, et librorum ingentia volumina perscribenda.

Nomen

Nomen *αντιχριστος* indicare quemlibet rei christianae aduersarium, facile perspicitur, adeoque significantur eo omnes, qui vel fidem religioni christianae non adhibebant, vel ab eadem defecerant, vel vi et superbia graues se, vel fraudibus et astutia insidiosos exhibebant. Ita omnes: *αρνουμενοι, οτι Ιησους ουκ εστιν ο χριστος*, 1 Jo. 2, 22; omnis *μη ομολογων τον Ιησουν χριστον εν σαρκι εληλυθοτα*, ibid. c. 4, 3; omnes *ψευδαποστολοι* et *ψευδοπροφηται*, quos vt grauissimam pestem detestabantur homines christiani pii; omnes *πλανοι* (2 Joh. v. 7.), *ψευδολογοι*, 1 Tim. 4, 2, *ψευδοχριστοι*, Matth. 24, 24 etc. sub *αντιχριστων* nomine poterant venire. Solent autem latius excurrere Noui Testamenti scriptores, quotiescunque exitialibus istiusmodi hominibus prae aliis infesta fore illa tempora arguunt, quae reditum Messiae proxime praecedebant [1]), id quod monuerat iam Jesus ipse, Matth. 24, 23—26. Inter hos locos prae aliis eminet 2 Thess. cap. 2, in quo Paullus, tum quia locum Danielis c. 11, 36, in quo Antiochus Epiphanes exagitatur, in mente habet, tum quia indignatione abreptus sublimius fertur, et oratione non vulgari et pedestri, sed ad orationis propheticae naturam et indolem formata hic loquitur [2]), per enallagen singulari forma vtitur pro plurali, tanquam de vno aliquo aduersario prae caeteris nomini christiano infenso ageret, quum tamen omnes insectaretur, qui increscenti rei christianae essent aduersaturi. Qui quidem locus induxisse primos iam christianos videtur, vt prae caeteris vnum aliquem superuenturum esse crederent: quos tamen rectissime redarguit Joannes Apostolus 1 Joh.

[1]) Veluti 2 Thess. 2; 1 Tim. c. 4; 2 Tim. 3, 1 sqq.; 2 Petr. 3, 3 sqq.; Jud. v. 10 sqq.

[2]) Id quidem largiuntur boni et cordati interpretes omnes. Vid. Koppii Excurs. in h. l. p. 113.

1 Joh 2, 18, dicendo: *ηκουσατε, οτι ο αντιχριστος ερχεται, και νυν αντιχριστοι πολλοι γεγονασι*, diserte monens, non de vno aliquo cogitandum esse. Sed hanc tamen vulgarem opinionem, Paullinum illum locum ad vnum hostem esse referendum, poeta noster in vsum suum ad ornandum carmen commode conuertit: atque sicuti omnia ea, quae in *παρουσια του υιου του ανθρωπου* euentura esse praedixerat Jesus Matth 24, visa iam a se et conspecta carmine suo fingit; ita et conspectum a se esse illum comminiscitur, quem superuenturum praenunciauerat Paullus 2 Thess. 2. Sane, quae de hoc nominis christiani hoste carmine nostro canuntur cap. 13, cum effatis Paullinis 2 Thess. 2. conspirant amicissime: nam vtrobique diuinum honorem sibi haberi flagitant, Apoc. 13, 15; 2 Thess. 2, 4: vtrobique praestigiis circumueniunt alios et alliciunt, Apoc. 13, 13; 2 Thess 2, 9. 10: vtrobique, duce et auspice Satana ipso, contra Christianismum insurgunt, 2 Thess. 2, 9. et Apocal. c. 12, 17. et deinceps vbique. Nec sane aliter potuit vates, qui miseros consolari susceperat, proxime iam instare reditum Messiae: id quod vix persuasisset suis, qui ex effatis illis Paullinis semel compertum habebant, in fatis esse, vt Messiam antecederet Antichristus ille, nisi et hunc iam a se conspectum esse affirmasset.

Non quidem est, quod copiosius hic demonstremus, Paullum ibi non vnum, sed omnes in mente habuisse: multo minus disquirendum est, si vere nonnisi vnum taxauerit, quisnam tandem ille fuerit. Sed Joannes, poeta et ipse, locum poeticum Paulli per eandem enallagen singularis pro plurali repetit, et de vno a se iam conspecto loquitur; atque hic sane disquirendum erit, quid eum induxerit, haec ita comminisci.

Admo-

Nomen αντιχριστος indicare quemlibet rei christianae aduersarium, facile perspicitur, adeoque significantur eo omnes, qui vel fidem religioni christianae non adhibebant, vel ab eadem defecerant, vel vi et superbia graues se, vel fraudibus et astutia insidiosos exhibebant. Ita omnes αρνουμενοι, ὁτι Ιησους ουκ εστιν ὁ χριστος, 1 Jo. 2, 22; omnis μη ὁμολογων τον Ιησουν χριστον εν σαρκι εληλυθοτα, ibid. c. 4, 3; omnes ψευδαποστολοι et ψευδοπροφηται, quos vt grauissimam pestem detestabantur homines christiani pii; omnes πλανοι (2 Joh. v. 7.), ψευδολογοι, 1 Tim. 4, 2, ψευδοχριστοι, Matth. 24, 24 etc. sub αντιχριστων nomine poterant venire. Solent autem latius excurrere Noui Testamenti scriptores, quotiescunque exitialibus istiusmodi hominibus prae aliis infesta fore illa tempora arguunt, quae reditum Messiae proxime praecedebant [1]), id quod monuerat iam Jesus ipse, Matth. 24, 23—26. Inter hos locos prae aliis eminet 2 Thess. cap. 2, in quo Paullus, tum quia locum Danielis c. 11, 36, in quo Antiochus Epiphanes exagitatur, in mente habet, tum quia indignatione abreptus sublimius fertur, et oratione non vulgari et pedestri, sed ad orationis propheticae naturam et indolem formata hic loquitur [2]), per enallagen singulari forma vtitur pro plurali, tanquam de vno aliquo aduersario prae caeteris nomini christiano infenso ageret, quum tamen omnes insectaretur, qui increscenti rei christianae essent aduersaturi. Qui quidem locus induxisse primos iam christianos videtur, vt prae caeteris vnum aliquem superuenturum esse crederent: quos tamen rectissime redarguit Joannes Apostolus 1 Joh.

1) Veluti 2 Thess. 2; 1 Tim. c. 4; 2 Tim. 3, 1 sqq.; 2 Petr. 3, 3 sqq.; Jud. v. 10 sqq.

2) Id quidem largiuntur boni et cordati interpretes omnes. Vid. Koppii Excurs. in h. l. p. 113.

1 Joh 2, 18, dicendo: ηκουσατε, ότι ὁ αντιχριστος ερχεται, και νυν αντιχριστοι πολλοι γεγονασι, diserte monens, non de vno aliquo cogitandum esse. Sed hanc tamen vulgarem opinionem, Paullinum illum locum ad vnum hostem esse referendum, poeta noster in vsum suum ad ornandum carmen commode conuertit: atque sicuti omnia ea, quae in παρουσια του ὑιου του ανθρωπου euentura esse praedixerat Jesus Matth 24, visa iam a se et conspecta carmine suo fingit; ita et conspectum a se esse illum comminiscitur, quem superuenturum praenunciauerat Paullus 2 Thess. 2. Sane, quae de hoc nominis christiani hoste carmine nostro canuntur cap. 13, cum effatis Paullinis 2 Thess. 2. conspirant amicissime: nam vtrobique diuinum honorem sibi haberi flagitant, Apoc. 13, 15; 2 Thess. 2, 4: vtrobique praestigiis circumueniunt alios et alliciunt, Apoc. 13, 13; 2 Thess 2, 9. 10: vtrobique, duce et auspice Satana ipso, contra Christianismum insurgunt, 2 Thess. 2, 9. et Apocal. c. 12, 17. et deinceps vbique. Nec sane aliter potuit vates, qui miseros consolari susceperat, proxime iam instare reditum Messiae: id quod vix persuasisset suis, qui ex effatis illis Paullinis semel compertum habebant, in fatis esse, vt Messiam antecederet Antichristus ille, nisi et hunc iam a se conspectum esse affirmasset.

Non quidem est, quod copiosius hic demonstremus, Paullum ibi non vnum, sed omnes in mente habuisse: multo minus disquirendum est, si vere nonnisi vnum taxauerit, quisnam tandem ille fuerit. Sed Joannes, poeta et ipse, locum poeticum Paulli per eandem enallagen singularis pro plurali repetit, et de vno a se iam conspecto loquitur; atque hic sane disquirendum erit, quid eum induxerit, haec ita comminisci.

Admo-

Admonuimus iam in commentario, in primis cap. 13, 17 sqq., omnia, quae vates profert de conspecto illo hoste, qui sub marinae belluae imagine adumbratur, bifariam posse explicari, vt vel omnem paganismum, rei christianae aduersum, vel certum aliquem hostem, prae caeteris infestum, insectari poeta videatur. Vtramque explicationem per omnia, quae in singulis capitis 13 versiculis de hoc monstro perhibentur, perduximus: sed ex pluribus tamen vestigiis, quae in sequentibus carminis capitibus occurrunt, propius fidem accedit, de *vno certo hoste* poetam loqui. Num tamen nil aliud sibi voluerit ille, quam indicare omnino, vidisse se et illum, de quo Paullus olim loquutus erat, nullius certae personae ratione habita: an contenderit, contemplatum se esse certam aliquam personam, quae accuratissimam imaginem aduersarii illius, quem exagitauerat Paullus, reddiderit, videndum erit. Et posterioris huius sententiae omnes fere sunt interpretes, et de certo aliquo homine, vel iam tum in homines christianos grassato, vel futuris demum saeculis iisdem extimescendo poetam loqui opinati sunt, id summa cum sedulitate anquirentes, in eo desudantes, vt, quisnam tandem ille sit, fuerit, vel futurus sit, exsculperent.

Vestigia autem, quae istam rem perscrutaturis legenda sunt, et in omni capite 13tio dispersa inuenies, et maxime in versiculis tribus extremis, in quibus, imagine belluae adumbrata, mentionem facit et *χαραγματος* seu monogrammatis alicuius, quod, arte Cabbalae seu Gematriae in subsidium vocata, considerari quoque possit tanquam numerus, qui exiturus sit, si, nomine hominis illius reperto, singularum litterarum potestas numeralis in vnam summam redacta fuerit. Vocatur is numerus a poeta *αριθμος του ονοματος*, quae formula quomodo

modo sit intelligenda, quaque arte *κατά την ψηφον* Ἑλληνων, Ἑβραιων aut Ῥωμαιων extricari possit ille numerus, in commentario obseruatum est.

Variae sunt artes, quas vsque ad nostram aetatem circa numeralem litterarum potestatem varie adhibuerunt viri docti, ad ingenium aut doctrinam sapientiamque ostendendam: et inter lusus ingenii et technopaegnias praeter anagrammata, acrosticha etc. hodienum formantur interdum eteosticha, quae vocant, quae ex litteris Romanis maiusculis, in versu aliquo aut sententia occurrentibus, numerum anni cuiusdam extricant, quo res quaedam memoratu dignior accidit. Ita, vt exemplo vtar, annum 1711, quo mortuus est Josephus I. imperator, ex versu Ouidiano: "prInCIpIIs obsta, sero MeDICIna paratVr" satis ingeniose exsculpserunt. Isto tamen tempore apud Graecos Judaeosque non quidem hac via, sed longe alia, eaque multo asperiore, incedebatur, ad recludendum sensum, qui praeter litteralem altior quidam et reconditus in vocabulis nonnullis latere credebatur. Et de Judaeis quidem id constat; satisque innotuit eorum Cabbala, seu ars computandi, de qua integri libri sunt perscripti [3]), cuiusque et in nostro carmine satis multa vestigia legi posse dudum obseruatum est [4]). Ex huius ergo Cab-

[3]) *Kabbala denudata, seu doctrina Hebraeorum transscendentalis et metaphysica atque theologica, cui et inest liber Sohar, i. e. commentarius cabbalistus in Pentateuchum, et quasi totam scripturam V. T. P. I.* Sulzbach 1677. P. II. Francof. 1684 in 4.

[4]) Eichhorn *Einleit. ins N. T.* p. 347: "cabbalistisch ist der vielfache Gebrauch der Zahl 7, cabbalistisch sind die 7 Geister Gottes, cabbalistisch ist das Zahlenmonogramm an dem Haupte des Meerungeheuers, welches das Heydenthum aufstellte."

Cabbalae praeceptis, quae ipsa in infinitum patebant, et quidem ex illa parte, quae Gematria (forte ex Geometria ortum?) audiebat, nomen cuiuslibet personae numero aliquo poterit exprimi, veluti 14 erit numerus Dauidis (vid. commentarium), 50 numerus Jesabelis איזבל etc. iis ergo longius non immoramur. Sed multo dignius cognitu est, quod et Graeci, qui ista aetate, iisdem in locis, degebant, istiusmodi artibus delectabantur et ipsi. Atque hic prae multis aliis memorabilia mihi videntur exempla, quae huc perquam opportune attulit Wetstenius ex Artemidoro, qui non longe post tempus, quo Apocalypsis consignata est, circa annum 130, floruit, in eadem Asia minore, in qua noster poeta degebat (oriundus erat Daldia, Lydiae oppido). Composuit ille quinque libros *ονειροκριτικων*, i. e. *de interpretandis somniis*, vanos illos quidem et ridiculos, si rem ipsam spectare velis, perutiles tamen, quia permulta ex antiquitate admiscet, quae aliunde non innotuerunt. Ita veluti et de istiusmodi somniis loquitur, in quibus litterae apparent, quae habent suam potestatem numeralem, e quibus transmutando, demendo, apponendo nomen aliquod colligi poterit. Fac occurrisse tibi in somno litteram ρ, quae valet 100, et habebis quasi acclamationem: *επ' αγαθα*! quae ad virtutem exhortatur, quia singularum litterarum vis numeralis, in vnam summam redacta, efficit eundem numerum 100, qui littera ρ indicatur, $\varepsilon = 5$, $\pi = 80$, $\alpha = 1$, $\gamma = 3$, $\alpha = 1$, $\vartheta = 9$, $\alpha = 1$. Aut, conspecta in somno eadem littera ρ, audibis exhortationem: *μενε*, subsiste in loco, nec proficiscere vlterius! quia est $\mu = 40$, $\varepsilon = 5$, $\nu = 50$, $\varepsilon = 5$, Summa 100. Sed et longius processit doctrinae acumen, quia litterae eius rei, quae in somnio apparuit, et transmutari possunt in litteras vocesque alias *ισοψηφους*, quarum summa exit eadem

dem [5]). Peſſimi ominis ex hac arte habetur, ſi aegroto cuidam in ſomno apparet *anus*, certiſſimam mortem indicans: nam vocabulum γραυς, *anus*, involuit numerum 704 (ψδ), γ = 3 + ρ = 100 + α = 1 + υ = 400 + ς = 200 = 704; atqui *ſepultura*, ἡ εκφορα, eundem numerum continet. η = 8, ε = 5, κ = 20, φ = 500, ο = 70, ρ = 100, α = 1, Summa 704. Riſum teneatis amici? — Sed nolimus iniqui eſſe iſtorum temporum genio: quin gratias habemus Artemidoro, quod argumentationibus ſuis certiores nos fecit, temporibus Joanneis in Aſia inter Graecos iſtiusmodi artificiis delectata fuiſſe doctiorum ingenia.

Iam vero perſpicuum erit, quid ſibi velit problema, Apoc. 13, 18, nomen inuenire, cuius litterae ex numerali poteſtate in vnam ſummam redactae producunt numerum 666. Quam tortuoſum autem nodum iſtud problema offerat, ipſo Gordio intricatiorem, commentarius iam obſeruauit: ſiquidem parva ſunt, nec multum adiuuant verba illa, quibus monemur ανθρωπου eſſe αριθμον, adeoque nomen *hominis* ex iſta ſumma eſſe extricandum, non *vrbis*, *prouinciae*, *periodi temporis*, *virtutis* aut *flagitii* [6]). Tum ignoramus, ex quanam computandi via, vtrum κατα

5) Difficillimis explicatu ſomniis ea adnumerat Artemidorus, *εν οἱς η γραμματα τινα ὁραται, διανοιαν αυτοτελη* (per ſe) *μη εχοντα· ποτε μεν μετατιθεντα* (veluti per anagramma), *ποτε δε αλλασσοντα, ποτε δε προστεθεντα γραμματα η συλλαβας, ενιοτε δε ισοψηφα τινα επινοουντα, δι ὡν σαφεστερος αν γενοιτ᾽ ὁ λογος.* Vid. Artem. Oneirocr. Lib. I, cap. 12; cf. Lib. III, cap. 34; Lib. IV, cap. 26.

6) Impedierunt ea magis, quam profuerunt: nonnulli enim intt. alia promtius inuenere, quam hominum nomina, variisque modis formulae illi: *αριθμος εστιν ανθρωπου* ſenſum obtrudere conati ſunt, qui ſuae hypotheſi minus aduerſus eſſet.

κατα την ψηφον Ἑλληνῶν, an Ἑβραιων, an Ῥωμαιων summa illa colligenda sit: et tametsi suspicamur, κατα την ψηφον Ἑλληνων eam esse quaerendam, quia Joannes Graecis graece scripserat [7]), nescimus tamen, nonne eadem veri similitudine, si nomen Romanum in mente habebat, κατα την Ῥωμαιων ψηφον istum numerum voluerit componere [8]).

Et tam perplexos quidem et ambiguos viarum amfractus considerans Herderus, negat eam fuisse poetae mentem, vt in tam difficiles laqueos induceret lectorem: proinde interpreti subsistendum esse in eis litteris, quae breuissima ratione numerum 666 exprimunt, i. e. in tribus illis, χ = 600, ξ = 60, ς' = 6, si graecam ψηφον inire velit, in sex illis autem D = 600, C = 100, L = 50, X = 10, V = 5, I = 1, si Romanum praetulerit. Ex neutra autem litterarum combinatione, etiamsi per omnes artis anagrammaticae ambages eas circumducas, nomen aliquod, nec Graecum, nec Romanum effici potest [9]).

At

7) Patet id exinde quoque, quód, quia Graecis scripsit, non Bileamitas nominat, sed Nicolaitas, cap. 2, 6. 15.

8) Quanta autem inter vtramque computandi rationem diuersitas intercedat, exemplis patefiet, veluti DoMItIanVs exprimeret numerum 1507, at Δομετιανος numerum 755.

9) Posses tamen figuram litterarum ita compositarum χξς' ipsam pro nomine habere, quod indicaret, Christum insinuante se serpente quasi laceratum, de quo vid. commentar. ad cap. 13, 18. Iure suo huic figurae, quam casu et fortuito ita compositam esse a vero abhorret, tribuit aliquid Herderus. In eo tamen nimium indulsisse ingenio suo videtur, quod maledicendum esse numero 666 affert, qui quidem *videatur* esse quadratus, ex quo rationalis radix possit extrahi, at vero mox appareat rationalem radicem non admittens, siquidem $25^2 = 625$ et $\sqrt{625} = 25$, vt ergo molesti 41 supersint.

At ex litterarum Hebraicarum, quae iſtum numerum breuiſſime exprimunt, transpoſitione exſculpi ſane aliquid poterit. Sunt autem illae litterae non tres, ſed quatuor (quia numeralis Alphabeti Hebraici poteſtas non vltra ת=400 procedit, adeoque 600 diducendum eſt in 400 + 200), et quidem hae: ת=400, ר=200, ס=60, ו=6, ergo תרסו; quae litterae per artem anagrammaticam diſpoſitae progignunt vocabula סתור, Num. 13, 13 et סתרו, Pſ. 18, 12, id. qu. *μυστηριον*, Apocal. 17, 5, ſeu סרות, *apoſtaſia*, *rebellio*, inſurrectio contra Deum et Caeſarem, quae quidem rebellibus et ſeditioſis Judaeis teſſerae inſtar fuit. Haud abſurde autem cum bellua immani et efferata comparatur rebellio, qua imagine et Joſephus vſus eſt. Verum aut non recte perſpexi mentem Herderi (namque, vti poſtea videbimus, et ipſe e nomine aliquo Hebraico *κατα την ψηφον των* Ἑβραιων numerum iſtum elicit), aut parum ſubſcribere poſſum: imo eam auctoris mentem fuiſſe contendo, nomen aliquod hominis, ex numero 666 eſſe exſculpendum, *αριθμος γαρ εστι ανθρωπου*.

Quapropter videndum iam erit, quaenam hominum nomina ex numero vere extricauerint interpretes: atque hic ſatis magnam eorum copiam videmus partim iſto tempore viuentium aut modo defunctorum, partim eorum, qui futuris temporibus tam graues ſe Chriſtianae cauſſae geſſiſſe putantur, vt ſub nomine Antichriſti exagitari absque iniuria poſſent. Illis quidem refutandis non immora-

perſint. — Neſcio, cur eiusmodi luſibus delectari potuerit vir praeclarus, qui non multum differunt ab eis, in quae delapſi quondam ſunt intt. antiquiores, quorum commenta, vt aegrorum ſomnia qui legere ſatagit, adeat POLUM in *Synopſi crit.* ad h. l.

moramur, qui clamitant, si prophetae diuinitus missi munere fungi voluerit Joannes, neminem, nisi futuris saeculis in scenam proditurum, ab eo potuisse designari: quos profecto iam redargueret Irenaeus, qui et de praeteritis et praesentibus et futuris hostibus poetam loqui autumat. Quin missam facimus quaestionem istam omnem, et contemplamur promiscue, quosnam homines, sub idem tempus aut postea saeculis propioribus remotioribusue in rem christianam grassatos, taxare Joannes creditus sit. Plurimi autem futura saecula prophetae menti reclusa fuisse opinantur, atque, vt lucem aliquam rei obscurissimae viderentur afferre, ad remotissima vsque saecula prospexerunt, vt vere hic quadret illud: nil intentatum nostri liquere exegetae.

Et Irenaeo quidem proxime verum est, ex numero exsculpendum esse nomen aut *Latinus* aut *Titan*. Numerus enim 666 exit ex $\Lambda\alpha\tau\epsilon\iota\nu o\varsigma$, quia litteris $\lambda = 30 + \alpha = 1 + \tau = 300 + \epsilon = 5 + \iota = 10 + \nu = 50 + o = 70 + \sigma = 200$ efficitur summa 666, eademque et ex $T\epsilon\iota\tau\alpha\nu$ prodit $\tau = 300 + \epsilon = 5 + \iota = 10 + \tau = 300 + \alpha = 1 + \nu = 50$. Verba Irenaei aduers. haeres. Lib. V. cap. 30. ex versione latina haec sunt: "sed et ΛΑΤΕΙΝΟΣ nomen habet DCLXVI numerum, et valde verisimile est, quoniam nouissimum regnum (vltima monarchia ex quatuor illis, Assyriaca, Persica, Graeca et Romana) hoc habet vocabulum: Latini enim sunt, qui nunc regnant, sed non in hoc nos gloriabimur. Sed et TEITAN, prima syllaba per duas graecas vocales scripta, omnium nominum, quae apud nos inueniuntur, magis fide dignum est. Etenim praedictum numerum habet in se, et litterarum est sex, singulis syllabis ex ternis litteris constantibus, et vetus et semotum: neque enim eorum

eorum regum, qui ſecundum nos ſunt, aliquis vocatus eſt Titan, neque eorum, quae publice adorantur, idolorum apud Graecos et barbaros habet vocabulum hoc. Et diuinum putatur apud multos eſſe hoc nomen, vt etiam ſol Titan vocetur ab his, qui nunc tenent, et oſtentationem quandam continet vltionis et vindictam inferentis, quod ille ſimulat, ſe male tractatos vindicare: — eſt autem et antiquum et fide dignum et regale, magis autem et tyrannicum nomen. Cum igitur tantam ſuaſionem habeat hoc nomen Titan, habet veriſimilitudinem, vt ex multis colligamus, ne forte Titan vocetur, qui veniet: nos tamen non periclitabimur in eo, nec aſſeueranter pronuntiabimus, hoc eum nomen habiturum: quoniam, ſi oporteret manifeſto hoc tempore praeconiari nomen eius, per ipſum vtique editum fuiſſet, qui et Apocalypſin viderat etc. (cf. prolegom. p. 10.) — hunc autem numerum nominis oſtendit, vt caueamus illum venientem, ſcientes, quis eſt." Patet hinc, Irenaeum duplicem explicationem amplexum eſſe et intellexiſſe, vel Latinum i. e. Romanum imperium omne, vel futurum aliquando hoſtem aliquem, cui nomen Titan futurum ſit. Sed eius nominis hominem hiſtoria rerum geſtarum inde ab Irenaeo vsque ad noſtra tempora parum in ſcenam produxit, adeoque exſpectandus ille etiamnum foret, ſi Irenaei ſententia ferenda eſſet.

Et hoc quidem nomen Λατεινος amplexi ſunt et nouiſſimorum plurimi, inter quos et Perill. EICHHORNIUS eminet [10]): cui ſententiae, ſiue de regno Romano omni intelligas nomen Latinus, ſiue de Nerone ſolo, optime conciliantur ea, quae de Nerone cap. 17. a poeta noſtro exagitato ab Eichhornio explicantur. Obſtat quidem, latinum i non perinde

10) Commentar. in Apocal. Vol. II, pag. 133 ſqq.

perinde transire in graecum ει, ac graecum ει in latinum i, e. gr. in voce εικων. Sed affert Vir Illustris exempla nonnulla, graece vtique scriptum fuisse Σαβεινος, Φαυστεινος, Παυλεινος, Αντωνεινος, Ατειλιος, Μετειλιος, Παπειριος, Ουειβιος, adeoque ex analogia scribere quoque fas erat Λατεινος [11]). Quae vero de antiquiore scribendi forma ab Eichhornio afferuntur, quae reperitur in Ennio (Poinei sunt solitei sos sacrificare puellos Diveis), aut Plauto (capteiuei, preimus), aut in effigie Terentii (Seiren Lateina, quam dedit victa Africa); ea minus quadrare videntur, quoniam ista scribendi ratio dudum obsoleuerat. — Nescio tamen, quo pacto ille numerus, vnde Latinus exit, si designabat imperium Romanum omne, nec potius singulum aliquem principem, v. c. Neronem, satis commode vocari potuerit αριθμος ανθρωπου, quum esset αριθμος βασιλειας: aut etiamsi nomen Latinus ipsum hominis certe nomen est, id tamen ad regnum Romanum indicandum in subsidium vocetur: nec magis perspicio, cur non apposuerit numerum, ex quo emergeret vox *Romanus*, quum Latini, tempore Aeneae in Italia regnantes, dudum interiissent. Ingenue ergo fateor, nunquam mihi arrisisse hanc explicandi numeri methodum.

Nec magis blandiri poterit alterum illud nomen, Τειταν, quod studiose commendauit Irenaeus. Quod nisi indicat nomen futuri alicuius tyranni atrocissimi, qui igne et ferro in miseros homines christianos grassabitur, quem tamen hucusque frustra exspectauimus, et incassum exspectabimus a saeculis

[11]) Seriores tamen scriptores, veluti Plutarchus, quotiescunque Romana nomina afferunt, semper eadem proferunt per simplex ι, e. gr. Ασινιος, Σκιπιων etc.

ſaeculis venturis, miſſam faciamus et hanc hypotheſin neceſſe eſt. Quam precaria enim ſunt omnia, quae nugatur Irenaeus! quam torquent ſe et cruciant interpretes alii, qui hoc nomen commendare ſuſceperunt, vt ex eo eruant quid, quod aliquam ſaltem habeat veri ſpeciem! Placebitne, ſi inferunt nonnulli, nomine Τειταν indicari quemlibet impium hominem, θεομαχον, qui, vt quondam Titanes Gigantesque contra Jouem, ita et ipſe contra ſummum numen ſceleſtas manus efferre aniſurus ſit [12])? An meliora ſuadent, qui, quum nemo iſtius nominis eo tempore vixerit, ſollertiore arte ad nomen Titi imperatoris vocem detorquent, prouocantes adeo ad Lucianum circa annum 170 florentem, qui in libro pereleganti de ſcribenda hiſtoria conqueritur, ſui aeui ſcriptores prae nimio Atticam venuſtatem ſectandi pruritu, riſum debere viris cordatis, ſi pro Saturnino ſcriberent Κρονος, pro Frontone Φροντις, pro Titiano Τιτανιος (adeoque et pro Tito Τειταν!)? At Titum tamen imperatorem taxari perſuaſiſſimum habebant, qui, quum nefarias manus contra Jouae ſanctuarium extolleret, nec religioni duceret, vrbem Jouae prae caeteris dilectam ſolo aequare, iure meritoque ad Titanum θεομαχων genus referendus erat [13]). Sin laudatiſſi-

[12]) Eius ſententiae videtur fuiſſe Heſychius, qui habet: Τειταν, το του Αντιχριστου ονομα. Nec non Beda Venerabilis: "hic numerus apud Graecos in nomine Titanis i. e. Gigantis dicitur inueniri. Apprime idoneum locum e Platone de legibus Lib. 3. affert Wetſtenius: ὁ τo παρχπαν Θεων μη Φροντιζων την λεγομενην παλαιαν Τιτανικην Φυσιν επιδεικνυται και μιμειται.

[13]) Eam ob cauſſam Iudaici quoque doctores in Titum inuehuntur inclementiſſime. *Vajikra Rabb.* XX, XXII: "Quum Titus ille impius velum templi ſcin-

tissimam Titi imperatoris clementiam obstare metuebant, confugiebant ad *Titum* Flauium Domitianum. Sed *Titum* Flauium Vespasianum vtrumque, et patrem et filium, quorum vterque mathematicorum artibus deditus in nominibus mysteria et significationes futuri quaerebat, sub numero latere auguratur Wetstenius, qui ad hanc rem argumentis comprobandam multum eruditionis profudit. Tam strenuum autem se huius opinionis patronum exhibuit, vt ad eam tuendam alteri adeo lectioni illi, χιϛ', de qua in Varietate lectionis loquuti sumus, fauere videatur, quae numerum non 666, sed 616 offert, cuius summa ex nomine non Τειταν quidem, sed Τειτα exit, $T = 300 + \varepsilon = 5 + \iota = 10 + \tau = 300 + \alpha = 1 = 616$. Isto autem nomine *Tita* indicari vult naturam Titi imperatoris mollem et effeminatam, de qua Suetonius in Tito cap. 7 loquitur, ob quam feminino potius nomine Tita, quam masculino Titus dignus fuerit; quemadmodum Aurelii Victoris epitome c. 39. de imperatore Romano perhibet: "Bassianam se pro Bassiano iusserat appellari."

Et de his quidem nominibus duobus, quoniam auctoritatem antiquioris patris ecclesiastici prae se ferunt [14]), copiosius exposuisse fraudi non erit: de caeteris breuius perorabimus. Quos tamen antequam enumeramus, iuuabit profecto intueri artem summi HERDERI, eandem computandi rationem, sed κατα την ψηφον Ἑβραιων ineuntis [15]). Ferri quidem

scinderet, factum est miraculum, et sanguis fluxit, sic vt Titus exiens putaret, *se occidisse ipsum Deum.*" *R. Salomon* Psalm. XIV.: "Duos Psalmos dixit David eodem sensu, priorem de Nebucadnezare, posteriorem de Tito."

14) Quapropter iam ab Aretha referuntur inter nomina *potissima*, qui e numero extorquentur, inter ονοματα κυρια, τα την ψηφον επιφερομενα.

15) *Maranatha* p. 135-139.

dem poterit, quis enim negauerit? Joannem, natione Judaeum, etiamsi ad Graecos scribebat, Judaicam tamen computandi methodum sectari, si nomen, quod in mente habuit, et ipsum Judaicae originis erat. Est autem illa Herderi opinio, et in omni carmine potissimos belli Judaici euentus tanquam in tabula depictos esse a poeta, et hoc loco eius menti inhaesisse nomen Judaicum, non quidem venturis in saeculis insurrecturum (a Judaeis enim, quorum res dudum collapsae erant, non extimescendus erat Antichristus), sed nomen iam tum inuisum omnibus et detestabile, Simonem Gorionis filium (τον του Γιωρα Σιμωνα), atrocissimum seditionis, quae in Judaea omni, in primis vrbe ipsa flagrabat, principem et coryphaeum, cuius nefaria facinora Josephus, maxime libr. 6 et 7 belli Judaici persequitur. Huic monstro conueniunt omnia, quae cap. 13. de θηριῳ illo poeta refert, in primis si sub monstro illo terrestri cap. 13, 11. intelligatur vafer ille et astutus Joannes Leui, Gischala oriundus, cuius scelera Josephus vbique exagitat. Plurimi sub Simone illo militauerant, distributi ab eo inter quinquaginta principes, qui cum auxiliaribus Idumaeorum, qui ad eundem confluxerant, facile credi possunt ex Romanorum more suscepisse manibus aut fronte Simonis monogramma. Vt tamen ex eius nomine extorqueat numerum 666, confugit Herderus ad litteram "ר, quae nomini praefigenda sit ad auctoritatem principis designandam [16]), nec non litteram ע nomini inserit, vt nomen Simeonis quidem, sed neutiquam Simonis exeat, quod nescio an ferri possit. Quibus difficultatibus qui non absterre-

[16]) *Rabbi* nomine salutabantur homines eloquentes, docti, litterati: at *Rabban*, quod littera "ר exprimebatur, erat titulus auctoritatis, potentiae ciuilis, nostrum *Herr*, *Fürst*, *Lord* etc.

terretur, inueniet vtique, κατα την ψηφον Ἑβραιων, numerum 666 expressam accuratissime:

"ר	=	200
ש	=	300
מ	=	40
ע	=	70
ו	=	6
ן	=	50
Summa		666

Et sane, qui Herderianam carminis nostri explicationem caeteris omnibus praefert, nullaque nationum peregrinarum ratione habita nil nisi Judaicas res poemate cani sibi persuadet, omnibus aliis, quae ad hunc locum congesta sunt, valere iussis, hanc opinionem vt probabilissimam et tantum non vnice veram amplectetur: exit enim nomen ανθρωπου, et quidem atrocissimi monstri omnibus, qui meliori caussae patrocinabantur, vti Josepho, Anano etc. obstinatissime aduersantis. Sed paucos Herderiana hypothesis omnis patronos nacta est [17]), vnde neque eis, quae de hoc numero exputauit, multi suffragari potuerunt. — Vellemus tamen in his substitisset Herderus, neque, ingenio suo nimis indulgendo, longius exspatiatus esset in ea, de quibus supra mentionem fecimus, veluti in radicem quadratam numeri 666, aut in comparationem numeri cum eo, qui Esr. 2, 13. refertur, vbi legimus, inter redeuntes e Babylonico exilio Judaeos fuisse quoque 666 e gente *Adonikami*, quod nomen et omen erat, quasi dictum sit אדוני קם, qui contra Deum insurgit, Θεομαχος, Τειταν: quis enim non videt, id quidem mero casu ita accidisse?

Sub-

[17]) Eminet inter eos HARTWIG, Apologie der Apocal. vbi P. II, p. 205. similia leguntur.

Subiungenda hic videtur hypothesis Boltenii (*die neutestamentl. Briefe übersetzt etc. Vorrede*, S. 23.), qui ex Syriacarum litterarum potestate numerali nomen Titus Flavius Vespasianus numero 666 contineri exputauit. Atqui constat, ex hypothesi Bolteniana omne Testamentum Nouum lingua Syriaco-Armenica esse consignatum; quae si vera sunt, magnopere haec explicatio commendanda esse mihi quidem videtur.

Sed audiamus aliorum conamina, nomen aliquod e numero exsculpendi. Sunt ergo, qui nomen Ευανθας sibi inuenire videantur. Nam $\varepsilon = 5 + \upsilon = 400 + \alpha = 1 + \nu = 50 + \vartheta = 9 + \alpha = 1 + \varsigma = 200$ reddit summam 666. Istud autem nomen, *ανθος* seu *florem*, in se continens, obscure indicat, vt aiunt, Gessium Florum, vltimum Judaeae procuratorem Romanum, cuius insolentia Judaeos ad rebellionem, belli Judaici caussam, sollicitauerat. Is tamen rem christianam parum curabat, vnde nescio equidem, cur is potissimum atrocissimus caussae christianae aduersarius taxari potuerit.

Alii ad Vlpium Traianum imperatorem, Christianorum hominum, vt volunt, persecutorem, respiciunt, adhibentes tamen nonnisi nomen Vlpius; atque quoniam ex nomine Ουλπιος numerus non 666 sed 860 *κατα την ψηφον Ἑλληνων* exit ($O = 70 + \upsilon = 400 + \lambda = 30 + \pi = 80 + \iota = 10 + o = 70 + \varsigma = 200$, S. 860), ita se expediunt, vt pro littera postrema *ς*, quae 200 indicat, ponant $\varsigma' = 6$, vt sit Ουλπιος seu ΟΥΛΠΙΟCΤ, atque extremum illud Τ prima sit littera nominis Traiani. Huius sententiae, quae misere torsit vocem, est et Grotius.

Alii nomina *Λαμπετης*, *Αντεμος*, *Γενσερικος*, regem Vandalorum, alii *Αποστατης* (Julianum Apostatam), *Μαομετις* (Muhammedem), *Βενεδικτος* (ponti-

(pontificem Romanum Benedictum IX.), alii alia extorquent, quae conquisiſſe et retuliſſe omnia taedium et nauſeam crearet.

Sed ne Romanorum quidem computandi ratio ſpernenda foret, dummodo ex ea ad certiora poſſemus peruenire. Non quidem latine ſcripſerat auctor, nec Romanis carmen dedicauit, ſed dummodo Romanorum ψηφος illi innotuerat, haud abſimile erat vero, ſi Romanum nomen in mente habebat, ad Romanas rationes illud in numerum redactum ab eo fuiſſe. Atque hic videtur nonnullis, vti Boſſueto, impius ille Diocletianus, Romanorum imperator, qui venturis ſaeculis in chriſtianos homines ſaeuiturus eſſet atrociſſime, poetae oculis obuerſari, et quidem ſub nomine DIoCLes aVgVstVs, vnde exit numerus 666.

Legere me memini, qua tempeſtate Ludovicus XVI, Gallorum rex, occubuit, inter eius aduerſarios fuiſſe nonnullos, qui neminem alium pro θηριῳ illo habendum eſſe euincebant, quam Ludovicum, ſiquidem nomen LVDoVICVs absque negotio producere numerum 666 [18]). Sed ea iocabundi dixerant, ſperamusque, nonniſi iocandi et ingenioſe ludendi cauſſa ſcripta eſſe ea, quae in libro quodam anno 1814 in lucem emiſſo et anno 1816 editione altera repetito (vid. prolegom. p. 102.) leguntur, in quo *κατα την ψηφον* Ἑλληνων et Ἑβραιων ſimul e numero 666 eruuntur nomina, tum graeca: Να Βουοναπαρτε, Λατεινος, Και-ρ Παρισιδι, tum hebraica: כ"א בונאפארתה יתלרש סארהשעיש, quorum vtroque indicetur *Napoleon a Buonaparte, originis Italae, Caeſar Pariſienſis.* Ibidem ex litteris

18) Pariter et antea Ludouicus XIV, quod Hugenottos perſequutus erat, hoc nomine ſalutatus eſt.

teris כשרשכנרש, *Corsicanus*, et *von Eckmühl* idem numerus extorquetur [19]).

Longe alia via eundem Napoleonem numero isto latere asseuerat OPITIUS [20]). Ex huius interpretis narratione dixisse quondam fertur Napoleon, Alexandrum illum, qui grauiorem se et terribiliorem exhibiturus sit Alexandro Magno, mox superventurum. Hinc concludit, homines, potentiam Napoleonis admirantes, non exclamaturos esse ex Apocal. 13, 4: Τις ὁμοιος τω θηριω; sed: τις ὁμοιος *huic Alexandro?* Atqui in hVIC aLeXanDro latere numerum 666!! O curas hominum! o quantum est in rebus inane! Sed vela tamen contrahit auctor, atque in supplemento quodam, quod 1817 in

19) Ita quidem commendat explicationem hanc auctor: "Man schreibe *Napolleon* oder *N. a Bonaparte*, *von lateinischer Abstammung*, *ein Italiäner*, *ein Corsikaner*, *zu Paris* (Parisiis), und setze die Geltung der griechischen und hebräischen Buchstaben an, und jedes der 6 Wörter bringt die Summe 666. Sed ne haec quidem sufficiunt: imo ex litteris graecis Ναπ. α Βουοναπαρτε exit numerus anni 1796, quo primus ille et summus dux legionum Gallicarum inclaruit: ex *Napolleon Buonaparte* κατα την ψηφον Ἑβραιων annus 1799, quo princeps consul creatus est: ex *Na-lon Bonpart* ad eandem Hebr. computationem annus 1803, quo imperatoria dignitate ornatus est. Sed et annos 1809, quo filiam imperatoris Austriae in matrimonium duxit, 1813 et 1814 etc. facillima opera ex numero hoc ad explicandum locum cap. 17, 8 sqq. euoluit. — Quis plura iam desiderabit? — Sed mirari profecto subit, qui fieri potuerit, vt eundem hominem, quem vbique locorum exagitatum esse sibi persuadet, non itidem inueniat in nomine Απολλυων cap. 9, 11, quum tamen nonnisi minimis litterarum flexionibus opus sit ad producendum περιβοητον illud nomen.

20) In libro in prolegom. p. 102. laudato p. 137, nota.

in lucem prodiit [21]), cuius auctor nescio vtrum Opitius sit an Gehrkenius, aliam hypothesin, omnino quidem parum plausibilem, sed priore tamen illa longe probabiliorem profert, similem quippe fore hostem illum αντιχριστον truculentis istis tyrannis, qui a Daniele quondam exagitabantur, Alexandro Magno (Dan. 8, 5–8. 21.) et Antiocho Epiphani (Dan. 8, 9–12.), ita vt horum duumvirorum nomina et ad illum transferri possent ad eius saeuitiam indicandam (quemadmodum nomina non semper propria sunt, sed et qualitatem hominum et attributa, virtutes, vitia etc. saepenumero significant, vti Jes. 9, 6.), et ipse vocari posset quasi alter Alexander et alter Antiochus simul. Atqui in litteris numeralibus horum nominum iunctorum sibi aLeXanDer et antIoChVs latet vtique numerus 666. Idem auctor perscrutando comperit quoque, omnes Romanorum litteras numerales, simpliciter iuxta se positas, efficere numerum 1666, scil. M, D, C, L, X, V, I, (plures enim characteres numerorum non agnoscit lingua Romana), et dolendum vtique videtur, infaustum illud M molestum esse, et prohibere, quo minus nouam aliquam et antea inauditam explicationem in lucem proferre possis. At hostis ille seu Antichristus, qui et Alexandri et Antiochi Epiphanis superbiam omnem simul in miseros Christianos exercebit, ex mente auctoris tum demum surget, quum homo vnus idemque et Imperatoris et Pontificis Romani personam sustinebit: id quod ex Apocal. cap. 17. extricatur. Et omnino Pontificibus Romanis infensiorem se gerit auctor ille: vt qui in priore iam libro alibi Pontificem Pium VII. a Joanne exagitari suspicetur.

Sed

21) *Und seine Zahl ist 666.* Ein Nachtrag zur kurzen Ueberſicht der Off. Joh. cap. 13, 18. Von demſelben Verfaſſer, Leipz. 1817.

Sed transeamus ad istas explicationes, quae non quidem nomen proprium hominis, sed alias voces formulasque ex numero 666 extricant. Huc pertinet anagramma, quod ex litteris Romanorum numeralibus DCLXVI composuit Ansbertus, DIC LVX, nescio tamen, quo sensu ad rem, de qua agitur, bene accommodato. Conuenientius iam de idololatra, christianorum hoste, dici poterunt verba, quae formula a Clerico exsculpta continentur, *Διος ειμι η Ἡρας*, quorum litterae numerum 666 exacte reddunt. Nec displicebit, si omnino ista non repudiamus, formula, quam p. 765, C in margine habet Arethas: *αρνου με*, vnde numerus 666 exit, hostis enim ille *ηρνησατο τον Χριστον*. Sunt et qui vocabulum רוֹמַיִית, *Romanam* (sc. קהלה, *eccle. siam*) i. e. paganismum, cuius emblema *Θηριῳ* illo redditum sit, e numero deducant.

Maiore argumentorum copia in sententiam similem ex coniecturis suis disputauit Hartwigius[22]. Is *το Θηριον* c. 13. cum pseudopropheta illo emblema *rebellionis contra Messiam* exhibere ratus, alterius monstri terrestris, pseudoprophetae, effigiem Hebraicis litteris reddit נביא שקר, quae voces *κατα την Ἑβραιων ψηφον* numerum 663 reddunt. Quibus si praefigitur vox בא, *aduenit*, quae numerum 3 includit, efficitur summa 666. Proinde sententia illa בא נביא שקר, *aduenit propheta mendaciorum* significat monstrum illud terrestre. At si, transpositis litteris pro בא legas אב, *pater*, et construas שקר אב נביא, *mendacium est pater prophetae*, et numerus idem 666 efficitur, et bestia marina ipsa taxari credenda est. Sin verba transposueris ipsa, et legeris אב נביא שקר tres litterae initiales אֱנֹשׁ *hominem* significant, vnde *αριθμος* commodissime appel-

22) *Apolog.* der Apocal. Th. 2, S. 199 sqq.

appellari potuit *αριθμος ανθρωπου*. Sed et alias formulas ibidem commendat Hartwigius קשר אב נביא, *rebellio patris prophetarum*, seu קשר בא נביא, *Rebellio! venit vates!* quod rebellibus tesserae loco fuerit Jes. 8, 9–15, seu בא עד מְשִׁיחַ יָה, *venit hostis uncti domini.*

Aliud periculum fecit nuperrime M. KELLE, apud Kleinwaltersdorfienses prope Freybergam sacrorum antistes [23]). Suadet ille, numerum 666 non graecis characteribus numeralibus χξς′, sed hebraicis scribere, non tamen ex vulgari scribendi me-
6 60 400 200
thodo ו ס ר ת (vide supra), sed ita potius קשׁוס
60 6 300 300
ס ו ש ש, quae forent litterae initiales harum vocum שר שלם וסוד, (Fürst Salems und Rath), expressaeque credendae essent fere ad modum notissimarum illarum litterarum initialium S. P. Q. R. Illa habenda esse emblemata potentiae illius, qui tum Hierosolymis praefuit, et caussae meliori adversabatur (forte Simonis Goriae?), aut alterum ש non Salem indicaret sed Schalom, pacem, et inuolveret notionem *principis pacis*, Jes. 9, 6, sicuti se vocauerit ille, quum tamen vere inimicum pacis se gesserit.

Superest, vt et illorum interpretum mentionem faciamus, qui numerum illum non quidem *hominis* aut *rei alicuius* nomen reddere existimant, sed ex *supputationibus chronologicis* exquirendum esse statuunt. Atque hic caeterorum dux et antesignanus habendus omnino est Bengelius, qui sibi et omnibus artis arithmeticae peritis dicta esse illa: *ὁ εχων νουν ψηφισατω* existimans, post Newtonum in temporum ordinibus conciliandis diurnam nocturnamque

[23]) Vid. *Leipziger Litteraturzeitung* 1819. No. 246, *Intelligenzblatt.*

que operam collocauit (vid. prolegom. p. 98.). Remouenda tamen hic prae caeteris aliis erat difficultas, quam obiiciebant verba poetae: *αριθμος εστιν ανθρωπου*, quam quidem Bengelius facillime superasse sibi visus est ita reddendo illa verba: *numerus est, secundum quem computare solent homines, non angeli:* iamque calculum inire suscipit, quem tamen nec assequor ipse, nec, si assequerer, hic repeterem; nam perducitur ille ad HILDEBRANDUM pontificem Romanum [24]). — *Sed* istam Bengelianam annorum computandorum methodum, licet repudiatam ab interpretibus posterioribus, nouissime tamen repetiit GENSLERUS [25]), ex cuius rationibus nonnulla afferre non pigebit. Ait ille, *αριθμον ανθρωπου* (haec enim impedimenta prae omnibus repellenda videbantur) *aeram* indicare, quae non quidem a *re aliqua, seu euentu rerum gestarum celebriori* repetenda sit, a ludis Olympiacis institutis, ab vrbe condita etc. (nam et inde vsque ad Antichristum effluxisse annos 666 nonnulli suspicantur) sed a tempore, quo *homo aliquis celebrior* floruerit. Proinde amplectitur aeram illam, quae a Seleuco, primo Graeco Syriae rege, insit, minus celebrem illam quidem, nec eo tempore amplius vsitatam; sed consulto, ait, viam obscuriorem auctor ingreditur, ne absque labore cuilibet illucescat arcanus ille numerus. Initium istius aerae erat annus ante Christum natum 311, cui numero si addideris 355 annos post natum Christum, habebis numerum 666, quo anno Julianus apostata imperator proclamatus est. Ohe!

24) Plura de Bengelianis rationibus adscribentur infra in Excursu 7.

25) *Das apocalyptische Geheimniſs Apocal.* 13, 18. *aufgeschlossen, Hildburgshausen* 1813. Vid. Kritisches Journal der neuesten theologischen Litteratur von *Ammon* und *Bertholdt*, Band 3, S. 79 sqq.

appellari potuit *αριθμος ανθρωπου.* Sed et alias formulas ibidem commendat Hartwigius, קשר אב נביא, *rebellio patris prophetarum*, seu קשר בא נביא, *Rebellio! venit vates!* quod rebellibus tesserae loco fuerit Jes. 8, 9-15, seu בא ער מְשִׁיחַ יָהּ, *venit hostis vncti domini.*

Aliud periculum fecit nuperrime M. Kelle, apud Kleinwaltersdorfienses prope Freybergam sacrorum antistes [23]). Suadet ille, numerum 666 non graecis characteribus numeralibus χξς′, sed hebraicis scribere, non tamen ex vulgari scribendi me-
6 60 400 200
thodo ו ס ר ת (vide supra), sed ita potius ששוס
60 6 300 300
ס ו ש ש, quae forent litterae initiales harum vocum שר שלם וסור, (Fürst Salems und Rath), expressaeque credendae essent fere ad modum notissimarum illarum litterarum initialium S. P. Q. R. Illa habenda esse emblemata potentiae illius, qui tum Hierosolymis praefuit, et caussae meliori adversabatur (forte Simonis Goriae?), aut alterum ש non Salem indicaret sed Schalom, pacem, et inuolveret notionem *principis pacis*, Jes. 9, 6, sicuti se vocauerit ille, quum tamen vere inimicum pacis se gesserit.

Superest, vt et illorum interpretum mentionem faciamus, qui numerum illum non quidem *hominis* aut *rei alicuius* nomen reddere existimant, sed ex *supputationibus chronologicis* exquirendum esse statuunt. Atque hic caeterorum dux et antesignanus habendus omnino est Bengelius, qui sibi et omnibus artis arithmeticae peritis dicta esse illa: *ὁ εχων νουν ψηφισατω* existimans, post Newtonum in temporum ordinibus conciliandis diurnam nocturnam-que

[23]) Vid. *Leipziger Litteraturzeitung* 1819. No. 246, *Intelligenzblatt.*

que operam collocauit (vid. prolegom. p. 98.). Remouenda tamen hic prae caeteris aliis erat difficultas, quam obiiciebant verba poetae: *αριθμος εστιν ανθρωπου*, quam quidem Bengelius facillime superasse sibi visus est ita reddendo illa verba: *numerus est, secundum quem computare solent homines, non angeli:* iamque calculum inire suscipit, quem tamen nec assequor ipse, nec, si assequerer, hic repeterem; nam perducitur ille ad HILDEBRANDUM pontificem Romanum [24]). — Sed istam Bengelianam annorum computandorum methodum, licet repudiatam ab interpretibus posterioribus, nouissime tamen repetiit GENSLERUS [25]), ex cuius rationibus nonnulla afferre non pigebit. Ait ille, *αριθμον ανθρωπου* (haec enim impedimenta prae omnibus repellenda videbantur) *aeram* indicare, quae non quidem a *re aliqua, seu euentu rerum gestarum celebriori* repetenda sit, a ludis Olympiacis institutis, ab vrbe condita etc. (nam et inde vsque ad Antichristum effluxisse annos 666 nonnulli suspicantur) sed a tempore, quo *homo aliquis celebrior* floruerit. Proinde amplectitur aeram illam, quae a Seleuco, primo Graeco Syriae rege, infit, minus celebrem illam quidem, nec eo tempore amplius vsitatam; sed consulto, ait, viam obscuriorem auctor ingreditur, ne absque labore cuilibet illucescat arcanus ille numerus. Initium istius aerae erat annus ante Christum natum 311, cui numero si addideris 355 annos post natum Christum, habebis numerum 666, quo anno Julianus apostata imperator proclamatus est. Ohe!

24) Plura de Bengelianis rationibus adscribentur infra in Excursu 7.

25) *Das apocalyptische Geheimniss Apocal.* 13, 18. *aufgeschlossen, Hildburgshausen,* 1813. Vid. Kritisches Journal der neuesten theologischen Litteratur von *Ammon* und *Bertholdt,* Band 3, S. 79 sqq.

Ohe! iam ſatis eſt. Dabunt mihi veniam lectores aequi, ſi in his percenſendis prolixior nonnullis forte viſus fuero. Atqui nonniſi ſumma delibaui, et obſoleta dudum et exploſa partim ſilentio tranſii, partim nonniſi leuiter perſtrinxi, fueruntque ea, quibus immorandum erat diutius, recentiori aeuo, magnamque partem noſtra aetate in medium prolata, quorum nullam prorſus mentionem feciſſe ab inſtituti ratione prorſus alienum fuiſſet.

Superſunt nonnulla, quae de noſtra qualicunque explicatione iis addenda habemus, quae in commentario enucleata ſunt. Id quidem ex eo patet, in loco tam lubrico duplicem interpretationem vero mihi videri ſimillimam. Aut enim de omni idololatria et peregrina ſuperſtitione omnino agit omnis hic locus, cui opinioni quomodo conciliari poſſint ea, quae de monogrammate narrantur, ſatis perſpicue, opinor, expoſitum eſt. Aut, quia plura veſtigia, quae in carmine deinceps occurrunt, ad certam aliquam perſonam reſpicere ſuadent iubentque, miſſam facere interpretationem illam iubemur, et circumſpicere certum aliquem hoſtem nominis chriſtiani et aduerſarium, quem inde a capite 13 inſectari credendus eſt poeta. Et haec quidem hypotheſis magnopere commendabitur, ſi, quemadmodum in fronte huius excurſus obſeruauimus, ad locum Paullinum 2 Theſſ. 2, in quo *certus aliquis* hoſtis exagitari a Paullo Joanni videbatur, reſpexiſſe poetam exiſtimaueris. Reſpexiſſe autem eo profecto videtur, atque inſerendis his omnibus quaſi acclamaſſe ſuis, vt bono iam ſint animo; fieri non poſſe, quin proxime redeat Meſſias, viſum enim a ſe et conſpectum eſſe non ſolum redeuntis Meſſiae triumphum ipſum, ſed viſum quoque eſſe ſceleſtum iſtum hominem, quem proxime ante Meſſiae reditum inſurrecturum eſſe,

esse, et communis opinio ferebat, et oracula Paullina canebant.

Ponimus ergo, Joannem sibi videre visum fuisse illum hostem *αντιχριστον*, de quo locutus erat Paullus. Sed in eius imagine adumbranda poeta noster *aut* in mente habere potuit hominem aliquem christianis infensum, quem cognouerat, cuiusque vim et impotentiam expertus erat ipse: *aut* locutus est vniuersim, et, nullo ad certam aliquam personam respectu habito, vidisse se testatur figuram aliquam, quae referret atrocissimum illum aduersarium, de quo Paullus conqueritur. Hinc oritur duplex explicatio, quarum prima hominem aliquem, tunc temporis vere in homines christianos grassatum, in mente habet.

Atque hic, vt iam in commentario, nec non in prolegomenis p. 76, obseruatum est, proconsulem Ephesinum Joannis menti inhaesisse equidem crediderim, a cuius superbia mutuatus esse videtur eos colores, quibus monstrum illud marinum, quod idolorum cultum referret, cap. 13. induit. Idololatriae autem obstricti erant, vti omnes terrarum tractus a gentibus inhabitati, ita et Asia minor, atque in ea et Ephesus metropolis, quae quondam, quum sacra sua per Paullum turbata crederet, ingentem contra Apostolum tumultum excitauerat, Actor. 19, 23 sqq. Quam facile, quaeso, accidere idem potuisse credimus et nostro auctori? ita tamen, vt non plebis tumultu, vt Paullus quondam, petitus, sed ad proconsulem, *ανθυπατον* ipsum (Act. 19, 38), accusatus sit. Quem si ponimus fuisse hominem asperiorem, et in puniendis eis, qui iusta accusatione delati videbantur, seueriorem, nil iam mirandum est, si et in Joannem nostrum, forte et in alios, qui cum eo accusati erant, ad suas religiones tuendas grauius animaduerterat: quam ob rem, quum

 iustam

iustam se caussam in commendanda religione christiana egisse sibi videretur Joannes, indignabundus conqueritur de eo, vt homine insolenti, superbo et prae nimia potentia truculentissimo, cui potestatem foedere iunctus detulerit Satanas ipse. Et quis iam iniquus erit poetae, quod, cum conspectum a se Paullinum illum hostem αντιχριστον imagine reddere susciperet, et huius proconsulis iniurias admiscet, simulque decem cornibus [26]) deforme monstrum depingit ad Satanae ipsius effigiem? Quae autem deinceps in imagine ista occurrere leguntur, eiusmodi homini conuenire dicentur commodissime. Nam quae de lethali vulnere, inflicto quidem belluae, sed mox sanato, loquitur v. 3, nonne indicare possunt, proconsulem istum ob nescio quid male commissum in inuidiam Caesaris incurrisse, ad caussam dicendam Romam fuisse euocatum, sed, intercedentibus aliis, sede sua mansisse? Iam et v. 4 summus ille honor conspicitur, quo et proconsules suos provinciae omnes, et illum Asia prosequebatur, v. 5 sqq.; vehementia, qua propugnabat idolorum cultum; maledicta, quibus Jesum Christum proscindebat [27]), omnesque eius sectatores per Asiam omnem (επι πασαν φυλην και γλωσσαν και εθνος) misere excruciabat [28]): vnde, haud secus quam par erat, accidit,

26) Varias quidem Asiae minoris prouincias sub illis decem cornibus intelligere, ridiculum est.

27) Idem et ab ipsis adeo hominibus christianis flagitabatur, qui fidem prodiderant, et ad gratiam redierant gentilium. Plin. Lib. 10, epist. 97.

28) Noli obuertere, nil de istiusmodi christianorum hominum per Asiam minorem persequutione scriptum legi. Res erat illa quotidiana, saepissime accidens, quae nonnisi eis, qui mala perpetiebantur ipsi, grauis et acerba, Romanis autem minoris momenti videbatur, cuius facta singula in tabulas referrentur: vid. Actor. 19, 23 sqq; 1 Cor. 15, 32; Plin. epist. 10, 97.

cidit, vt plurimi, non quidem Joannes (is enim exilium praetulit), ſed tamen diſcipuli complures, atrociſſimis exemplis moniti, deſererent Chriſtianorum caſtra et gratiam proconſulis aucuparent, qui tamen ex v. 10. parum reputabat, qui alios torquet et eneeat, eundem haud procul abeſſe ab exitio et ipſum. Huius autem inſolentia mirum in modum augebatur artibus et fraude alius hominis, veteratoris et praeſtigiatoris v. 11, qui, fortaſſe Judaeus ipſe, ſpreta Moſaica lege, potentiam et gratiam ſuperiorum ſibi conciliare allaborans, vt quondam Bar Jeſus Sergio Paullo, Cypri proconſuli, Act. 13, proconſuli Epheſino ſecundas tulerat, illi et incolis glaucoma fecerat, ſignaque ediderat palam, quae forſan Joannes viderat ipſe, et his et eiuscemodi fraudibus aliis induxerat inſolentiſſimum per ſe proconſulem, vt ſuum monogramma manibus aut fronte ſuſcipere ediceret, niſi aqua et igni interdici vellent, quod tamen praetulit Joannes ipſe et in exilium migrauit.

Atque huic hypotheſi, quae ex hiſtoricis quidem documentis probari ſane nequit, nil equidem video, quod admodum repugnet, imo omnia conſpirant amiciſſime. Roma per mare Aegaeum in prouinciam profectus proconſul perquam idonee ἐκ θαλάσσης emerſiſſe dici poterat, quum eius adiutor, natione forſitan Judaeus, e terra procreatus exhibeatur. At Neronis aliorumque principum ſaevitiam auditu tantummodo cognouerat auctor: hunc expertus erat ipſe. Latet autem in animi noſtri natura, vt, quae indigna perpeſſi ſumus ipſi, magna prae aliis et atrocia habeamus, nec ſine ſumma indignatione de eis cum aliis colloquamur. Quis iam fraudi vertet poetae noſtro, quod ſua et ad alios homines chriſtianos transfert, ſuamque calamitatem ita auget, vt omnis chriſtianismus iſta ruina collapſa

lapſa eſſe videatur? Quod ſi obuertere velis, ea, quae capite 13^{tio} leguntur, de principis quidem et imperatoris ſuperbia conuenientiſſime poſſe proferri, ſed proconſulis potentiam longe excedere, nolimus obliuiſci, quantopere auctoritate ſua abuſi ſint proconſules nonnulli: quantos terrores prouinciis incuſſerint, quod vel vnius Verris, Siciliae proconſulis, a Cicerone exagitati exemplo comprobabitur. — Quae tamen cum ita ſint, de nomine quidem e numero 666 eruendo iam non admodum ſolliciti erimus. Ignoramus nos vero nomen proconſulis Epheſini, aut ſi compertum haberemus, ignoramus nomina eorum, qui eidem comites et ſatellites adhaeſerunt, e quibus et ipſis aliquis, ignorante proconſule, poteſtate ſua abuſus inique in Joannem agere aut proconſuli inique agendi auctor eſſe et ſuaſor potuit. Sed facillime tamen accidere potuit, vt is nomen habuerit, e quo vna aliaue ratione iſte numerus extorqueri potuiſſet. Fac ei nomen fuiſſe *Latinus*, et habebis 666 ex ψηφῳ Graecorum, fac fuiſſe *Vlpius Claudius*, idque ſcriptum fuiſſe V. CLAVDIVS, et habebis numerum eundem ex litteris Romanorum numeralibus V. CLaVDIVs [29]. — Et haec quidem hactenus.

Sin tamen praetuleris, nullam certam ſui temporis perſonam in mente habuiſſe poetam, ſed tantummodo viſum a ſe et conſpectum illum eſſe contendere, quem proxime ante Meſſiae reditum inſurrecturum Paullus diuinauerat, nil moramur: facilius proce-

29) Incidi forte in locum Suetonii Domitian. c. 10: "Interemit Ciuicam Cerealem, *in ipſo Aſiae proconſulatu*, Salvidienum Orfitum, Acilium Glabrionem." Sed etiamſi omnes iſtos homines proconſulis comites fuiſſe exiſtimaueris, feriora fuere tempora iſta: neque ex vllo nomine exit numerus 666.

procedit interpretatio, nec quaerendum erit omnino, num ſigna illa, quae per caput 13 diſperſa inueniuntur, ad Neronem, Simonem Goriae, proconſulem Epheſinum, aut alium quemlibet adhibenda ſint; quibus omnibus ſuperſedens interpres id tantummodo monebit, ingenio ſuo poetico in deſcribenda hac figura indulgere Joannem, et a Daniele quidem, qui Antiochum Epiphanem cap. 11, 36, nec non a Paullo, qui reformidatum hoſtem iſtum chriſtianorum 2 Theſſ. 2. perſequitur, permulta ad figuram ornandam mutuari, ſed multa et de ſuis addere. Et haec quidem ſi potiora videbuntur, ea, quae de monogrammate illo, numeroque nominis v. 18. adduntur, ſimili fere modo intelliges, atque ad finem cap. 13. in commentario monitum eſt, et ſibi voluiſſe poeta videbitur haec ferme: "Signum illud χξς' exhibebit nomen aduerſarii, (non proprium quidem ſed appellatiuum, προσηγορικον, vti Meſſiae ſunt nomina προσηγορικα Jeſ. 9, 6. et Apocal. 19, 13.). Sed quid ſi pro litteris numeralibus illud ſignum habeas? Profecto hic operae pretium foret, diſquirere, quodnam nomen contineri litteris credendum ſit: ecquis enim, ſi *proprium nomen* obſcure indicatum fuerit, non eruere et perſpectum habere geſtiat nomen, quod vere habiturus ſit memorabilis ille homo, cuius ipſe nonniſi figuram intuitus ſum? Hic ergo adeſt opportunitas egregiae laudis promerendae: hic, age, exerceto ingenium, quisquis poteris."

Et haec ferme ſunt, quae de vexatiſſimo hoc loco mihi quidem proxime verum videntur accedere, quae peritiorum examini modeſte ſubiicio, haudquaquam flagitans, vt quae mihi prae aliis omnibus maxime commendabilia videntur, videantur et aliis. Duo tamen ſuperſunt, quibus lectores alloquendo locum omnem conſignabimus.

Proti-

Protinus nolimus nodum, cui soluendo vetustissimi iam interpretes impares se confitebantur [30]), et nos ob remotiora temporum interualla multo minus idonei erimus, ense dissecare, atque cum Hagenio [31]) declarare, omnem versum 18 seriore manu, sed ante Irenaei tamen tempora esse insertum. Sane, quibus argumentis huic sententiae fauorem conciliare studet, nobis parum satisfiet. Ait autem, in omni carmine symbolorum expositiones non, vt hic factum legimus, a Joanne ipso, sed ab interprete angelo, dari: tum inutile fuisse, belluam istam certioribus magisque definitis signis quasi digito monstrare, quum iam ex eis, quae v. 1–17. praecesserant, satis clare illa sit indicata: porro interpretationem obscuriorem esse symbolo ipso, et naturam lapidis philosophorum referre: denique nomen hominis (αριθμον ανθρωπου) hic eo minus circumspiciendum esse, quod bellua non singulum aliquem hominem indicaret, sed regnum quoddam seu monarchiam.

Alterum, quod obsecramus et obtestamur, est: desinamus tandem futurum aliquem christiani regni, laetius indies efflorescentis, hostem et aduersarium suspicari, qui venturis saeculis proditurus sit in scenam, et luctuosam calamitatem felicissimo regno illaturus. Nec retro in saecula praeterita nimis curiose inspiciamus, quae ab isto aeuo, quo haec protulit poeta, nimis sunt remota; nec Pontificum Romanorum aliquem, nec Loiolam, nec Lutherum, nec Ludouicum, nec Napoleonem etc. inuidioso illo belluae in Apocalypsi depictae nomine insectemur, ne et ipsi a vero tramite aberremus longius et aliis risum debeamus. Quin omnino missam tandem facimus

30) Exemplo erit Irenaeus in loco supra allegato, adu. Haeres. Lib. 5, cap. 30.

31) *Sieg des Christenthums* etc. p. 123 sqq.

cimus et valere iubemus otiosam quaestionem, nostro saeculo parum dignam, quisnam tandem pro vero Antichristo habendus sit, et, dicti illius Joannei Epist. 1, cap. 2, 18. memores, existimamus, multos inde a remotissimis rei christianae primordiis fuisse, qui rei diuinae obnitebantur, multos hodienum superesse, et multos futuros esse saeculis posterioribus aduersarios, sed incassum tamen laboraturos, quia ex effato illo optimi magistri, dum rem nostram strenue agimus, nil metuendum superest.

EXCVRSVS V.

De loco illo vexatissimo, cap. 27, v. 8 sqq.

Bis carmen nostrum ad legentium *σοφιαν* provocat, et cap. 13, 18: *Ὡδε ἡ σοφια εστι*, et cap. 17, 9: *Ὡδε ὁ νους ὁ εχων σοφιαν*; quae formula pessimi est ominis, quia post exclamatam illam extemplo in impeditissimas quaestionum paene inextricabilium plagas inducimur. De priori illa *σοφια* Excursu quarto disputauimus: age iam, quae de altera hac existimanda sint, dispiciamus.

Poeta noster, in omni carmine id agens, vt veterum prophetarum poemata imitetur, et Danielis inprimis vestigia premens, in intexendis quoque nonnullis symbolorum interpretationibus, quae ad euentus historicos spectarent, maioribus similem se gerere studuit. Quapropter, sicuti quatuor belluae Danielis emblemata sunt quatuor monarchiarum, quae olim fama ferebantur, ita spectaculum illud immane, quod Joanni in deserto obiicitur, monarchiam Romanam, e quatuor illis extremam, designat, variosque principes, quorum imperio regnum moderabatur.

tur. Et prorſus accommodate ad ingenium et indolem poeſeos ſymbolicae ab interprete enarratur, quid emblemata indicent; et ſubſcribuntur quaſi nomina picturae et ſignificationes, ita tamen, vt exegeſis ea ſimulachra, quae interpretari ſuſceperat, obſcuriora potius reddat, quam clariora [1]). Sed quamuis illud a noſtri ſaeculi natura prorſus abhorreat, nolimus tamen nimis praecipiti iudicio pro ſpuriis declarare ea, quae interuentu ſuo perquam moleſta ſunt, quum, ſi ea abeſſent, longe alia et faciliore via procederet interpretatio.

Et noſtra quidem de loco hoc tortuoſiſſimo ſententia qualiscunque in commentario ita, opinamur, expoſita eſt, vt, quid ea indicatum ſit, cuilibet illuceſcat. Contemplatur vates in deſerto belluam, ſimilem quidem illi, quae e mari emerſiſſe dicebatur cap. 13, ſed non pro eadem habendam. Repraeſentabat illa Satanam, draconem illum ferum et cruentum, qui capite 12. erat depictus, ſeptem capitibus et decem cornibus deformem: cui inſidebat mulier meretricio ornatu ſplendens, ſignificans imperium Romanum ſeu vrbem Romam. Satanam ipſum ſub bellua iſta deſignari, exinde colligimus, quod angelus interpres v. 9. eas viciſſitudines indicat ei euenturas eſſe, quas poſtea eueniſſe Satanae carmen ipſum capite viceſimo enarrat. Inſidentis autem mulieris figuram Romanorum vrbem et imperium referre, v. 18. profitetur manifeſto; atque commodiſſime eam vrbem coniungi cum Satana, et eo tanquam equo vehi, ex figura belluae demonſtratur, cuius ſeptem capita ſeptem imperatores Romanos, et decem cornua decem imperatores Romanos ſignificent: de quibus omnibus plura afferuntur alia, quae ſingula commentarius enucleare atque interpretationi aptare anniſus eſt.

Non

[1]) Vid. prolegomena pag. 90, in primis not. 100.

Non quidem is sum qui mea pro vnice et indubie veris et caeteris omnibus antehabendis vendltem: id tamen dabunt, opinor, aequi rerum arbitri, in eis minus inueniri impedimentorum, quam in multis aliis; et quae per argutias explicata sunt, id quod nullus nego, monente poeta ipso et σοφιαν adhibere exhortante, argute explicanda fuisse. Quae ab interpretibus aliis ad illustrandum locum allata sunt, a nostris magis minusue recedunt, et mihi quidem fere omnia, si a quibusdam recesseris, impeditiora videntur, quam vt eis calculum addere queam. Nolo equidem fatigare lectorem, recensendis eis omnibus, quae ingenti studio et doctrinae apparatu huc congesta sunt [2]), ne et hic Excursus in nimiam molem excrescat; sed afferendis tamen potissimis secus sentientium interpretationibus, nostra aetate commendatis, ne hic quidem supersedere licebit.

Et hic quidem in eo potissimum errasse mihi videntur interpretes plurimi, quod ϑηριον hocce capitis 17mi idem esse ponunt, quod cap. 13. in scenam prodierat, adeoque ea, quae cap. 17, v. 8. 10 etc. de ϑηριῳ praedicantur, conciliare annituntur illis, quae per caput 13. erant dispersa: aut, tametsi aliud monstrum in scenam produci largiuntur, id tamen sibi persuadent, sub ϑηριῳ illo intelligendum esse principem aliquem, quia v. 11. iungitur τοις ἑπτα, et

[2]) Ex antiquioribus omnibus nonnisi binas interpretationes adscribere iuuat, quarum altera *septem aetates* hic designari statuit, primam alteram tertiam et quartam a Dauide ad exilium Babylonicum, quintam exinde vsque ad Christum, sextam a Christo vsque ad Antichristum, et septimam ab Antichristo vsque ad finem mundi. — Altera vero *septem ordines dynastarum Romanorum*, Reges, Consules, Dictatores, Decemuiros, Triumuiros, Imperatores et — — — Papas!

et ειδοες appellatur. Tum maximas difficultates, praeter βασιλεας ἑπτα v. 10 et δεκα v. 12, facessere videbantur voces illae v. 11, το θηριον εκ των ἑπτα εστι, vnde nil aliud efficiendum esse colligebant, quam Imperatorem aliquem Romanum sub ea bellua indicari. Hinc facile sequebatur, multas vias tentasse interpretes, multa circumspexisse, vt res et euentus historicos conciliarent et sibi ipsis, et eis, quae in carmine nostro indicantur, aut in monumentis historicis exponuntur.

Vt ergo ab explicatione HERDERIANA, quae fere eadem est et ABAUZITII, HARTWIGII etc. auspicemur, omne carmen de Hierosolymorum excidio ab eo explicari nouimus. Proinde in eo maxime illi interpreti elaborandum erat, vt signa illa et indicia, quae aliis interpretibus Romam vrbem absque dubio designare videbantur clarissime, vti v 9. 18, ad Hierosolymam aptaret; quo quidem opere ita ferme defungitur [3]). Bellua illa vrbem Hierosolymam indicari opinatur (de muliere insidente pauca loquitur), quae et ipsa septem montibus imposita fuerit, quibus nomina erant Zion, Moria, Akra, Bezetha (in vrbe ipsa), Oliuetum, Mons scandali et Gihon (ante vrbem) [4]). At septem reges v. 10. indicabunt septem praefectos seu praesides Synedrii Hierosolymitani, i. e. pontifices maximos, quorum quinque iam ceciderant, Jonathan, Ismael, Josephus, Ananus, Jesus Damneae filius (Apoc. 11, 3 sqq.), Jesus Gamalielis filius, at vnus isque e gente pontificum

3) Maranatha pag. 183 sqq.

4) Copiosius de hac re exponentem leges HARTWIGIUM *Apolog. der Apocal.* Th. 2, pag. 30 sqq. — At ABAUZITIUS, *Essay sur l'Apocalypse* in Oeuvr. Tom. I, Genev. 1770 indicat montes Sion, Acra, Bezetha, Millo, Morija, Calvari et castellum Antoniam.

tificum extremus venturus erat, Matthias, sub cuius pontificatu bellum flagrare coepit. Qui cum nonnisi per paucum tempus muneri praefuisset, θηρίον illud ex abysso, Simon Goriae, ipse sibi pontificatum asseruit, hominemque aliquem ignobilem ex plebe, Phanniam sacris praefecit, Joseph. Bell. Jud. Lib. IV, cap. 3. Omnia autem haec idcirco allata esse a poeta Herderus suspicatur, vt indicetur, quam lubrica parumque sibi constans fuerit depicta hic pontificalis potestas. Quia tamen et δεκα illi βασιλεις, v. 12, illustrandi supererant, ad decem toparchias confugit Herderus, in quas temporibus belli Romani diuisa fuerit omnis terra [5]), quorum tamen praefecti seu toparchi μετα του θηριου v. 12, i. e. *pariter ac* impius ille dux Simon Goriae ipse, traditam a populo susceperant potentiam, verum haudquaquam in longum tempus. His incumbebat quidem, vt vi sua et auctoritate, cuius insignia sunt κερατα illa, terram propugnarent, Romanorumque impetus retunderent, sed illi, officiorum immemores, in sua ipsorum viscera saeuiebant, vt terram quasi dilaniasse eiusque carnes comedisse dici possent (excepto tamen Josepho illo, Belli Judaici scriptore, qui, et ipse vnus ex illis toparchis, strenue officium obibat), Jos. B. Jud. Lib. 2, cap. 20. 21. 22; Lib. 4, cap. 3 sqq. Idem de vita sua, 7 sqq. At v. 16. exprimitur multitudo gentium vicinarum, quae ad opem ferendam in vrbem confluxerant quidem, sed re vera nonnisi ad accelerandum vrbis casum conferebant, vt vrbs ipsa (ἡ γυνη, πορνη) quasi in mediis nationum fluctibus, qui eam perundabant (vti et nos loquimur: Völkerüberschwemmung), considere vide-

5) Joseph. Bell. Jud. Lib. 3, cap. 4. cf. Plin. Hist. Nat. Lib. V, cap. 14. Caeterum et τοπαρχας illos, vti τετραρχας, εθναρχας, pontifices etc. oratione carminis prophetica βασιλεις nominatos esse, nil impedit.

videretur: nam ἡ γυνη v. 18. est magna illa Hierosolyma ipsa, omnium regulorum, toparcharum, ethnarcharum, tetrarcharum etc. totius Palaestinae domina et regina [6]).

Idem tamen Herderus eis quoque, qui imperante Claudio consignatam esse Apocalypsin cum Epiphanio contendunt (vid. prolegom. p. 55.), patrocinaturus, sub septem regibus illis intelligi quoque posse gentem Herodiadum affirmat, Herodem Magnum, Archelaum, Philippum, Herodem Antipam, et tres Herodes Agrippas, si Herodem Chalcidicum, cui templi cura erat demandata, in calculum admiseris (cf. prolegom. mea in Act. Apost. p. 67.): iamque sub regno Herodis Agrippae I, qui imperante Claudio anno aer. Christ. 43–46 moriebatur, Apocalypsis consignata esse videri potest.

Hartwigianam explicationem fere eandem esse, supra iam memorauimus. Atqui et ille per septem βασιλεις credit pontifices indicari, ita tamen, vt nonnisi vna gens pontificalis designetur, Anani puta (Luc. 3, 2; Jo. 18, 13. 24; Act. 4, 6.); cuius gener Caiaphas (Matth. 26, 3. 57; Luc. 3, 2; Jo. 11, 49; 18, 13. 14. 28.), quinque filii, Eleazarus, Jonathan, Theophilus, Matthias, Ananus iunior, et Theophili filius Matthias, numerum septenarium efficiebant. At per ογδοον illum, v. 11, i. e. το θηριον, amaras ironias et sarcasmos in Judaeos a Joanne coniici existimat, hunc fere in sensum: Judaismus laceratus dudum et misere profanatus nullum iam pontificem habet: imo το θηριον illud, Impietas, Αποστασια, Rebellio etc. pontificali honore hodie fungitur, quem

6) Vid. HARTWIG l. c. qui et ipse consentit, monens simul, voce γη non exprimi posse terrarum orbem vniuersum (vt quae non γη sed οικουμενη audiat), sed nonnisi Palaestinam, vti Psalm. 2, 2.

quem post septem illos pontifices successionis iure sibi acquisiuit [7]).

Plura ad exponendam hypothesin Herderianam non adscribimus [8]), neque immoramur eis, quae eidem possunt opponi, veluti nusquam vrbem Hierosolymam epitheto septicollis, perinde ac Romam, insigniri etc.: quia, si in hanc arenam cum omnibus, qui secus sentiunt, descendere susciperemus, in infinitum excresceret opera, lectoribusque nauseam potius quam commodum crearet. Quin largimur lubentissime, admodum sedulum et felix hic quoque se gessisse Herderianum ingenium in rimandis et ex Josepho colligendis vestigiis historicis singulis; atque, dummodo Herderianae sententiae, non nisi de interitu regni Judaici in carmine sermonem esse, fueris suffragatus, omnia satis esse expedita.

Sed audiamus coryphaeum alterum, Perillustrem EICHHORNIUM, cuius sententiae, non Judaismi solum, sed et paganismi interitum carmine nostro celebrari,

7) Concedit tamen Hartwigius, ad principes Romanos quoque numero hoc septenario respici posse, sed nonnisi ratione imperii, quod in Judaeam illi exercebant, habita.

8) Liceat tamen h. l. referre pauca illa, quae schedulae Koppianae exhibent. Herderianam interpretationem, quae tunc temporis omnes alias longe excellebat, a Koppio praelatam esse, aliquoties iam monitum est. Ex eius mente ergo idem Simon Goriae sub θηριου figura latet: septem βασιλεις sunt ei vel septem pontifices, vel septem reges Judaici, vel septem procuratores Romanorum. Sed decem βασιλεις forsan indicare poterunt totidem pseudoprophetas, vel decem toparchas illos, qui quidem sub auspiciis θηριου illius, Simonis, propulsare a terra Romanorum impetum iussi erant, v. 13, sed quia non vbique Judaeorum mentes a Romanorum partibus alienas inueniebant, occasionem inde nanciscebantur, in patriam ipsam grassandi v. 16.

lebrari, et nos suffragium tulimus, a quo tamen in hoc loco nostro explicando multum dissentimus. Is ergo et nostro hoc capite et capite 13tio sub immanis illius belluae monstro neminem alium exagitari affirmat, quam Neronem. Atque hic ex illis scriptorum exterorum locis, quorum nonnulli in commentario ad cap. 13, 3. a nobis quoque allati sunt, ea potissimum vrget, quae de Nerone fama ferebantur, fore vt aliquando destitueretur quidem, sed in omnem fortunam pristinam, et in primis dominationem Orientis restitueretur. Hinc explicanda esse, quae de vulnere lethali inflicto, sed mox sanato cap 13, 3. perhibentur: "enimuero, si is *humi prostratus* dicebatur, qui *morte ab imperio* sine omni ad illud redeundi spe *auocatus erat*, sequitur, vt ille, qui ab imperio cum aliqua illud recuperandi spe *tantum remotus* sit, dici possit *vulnere* tantum *lethifero* confossus; e quo conualescendi locus datur. Iam vero olim ferebatur, fore, vt Nero conualescat a vulnere lethifero, h. e. vt ipsi vel omne imperium vel saltem Orientis reddatur" [9]).

His ergo et nostrum locum conciliare annititur Vir Perillustris: his insistendo ad enodandas nostras difficultates se accingit [10]). Si in sola belluae notione subsistitur, ait ille, nemo ea exprimi poterit, quam homo crudelis et cruentae tyrannidis. Atque hic tam claris symbolis describi Neronem opinatur, vt praeter appositum nomen fere nil desideretur. Siquidem, postquam a suis destitutus erat, mortemque sibi consciuisse dicebatur, cui tamen vulgo nulla habebatur fides, diu exspectabatur redux ad imperium Romanum aut Orientis saltem dominationem capessendam. Locis scriptorum ad cap.

9) Commentar. in Apocalyps. Vol. II, p. 116. 117.

10) Ibidem p. 208 sqq.

cap. 13, 3. laudatorum adde hos e scriptoribus christianis, e quibus patet, de Nerone primitus explicata esse, quaecunque Apocalypsis de θηριῳ cap. 13 et 17. perhibet: Sulpic. Seuer. Hist. Sacr. Lib. II. cap. 29, fin. de Nerone: "certe corpus illius interemptum: vnde creditur, etiamsi se gladio ipse transfixerit, curato vulnere eius seruatus, secundum illud, quod de eo scriptum est: et plaga mortis eius sanata est; sub saeculi fine mittendus, vt mysterium iniquitatis exerceat." Cf. Augustin. de ciuit. Dei Lib. XX. c. 19. et Lactantius de mort. persecut. c. 2. — "Nusquam repente comparuit (Nero), vt ne sepulturae quidem locus in terra malae bestiae appareret."

Quibus expositis facilius illucescet Eichhorniana interpretatio, omnia de Nerone intelligens, qui Imperator Romanorum *fuerat*, ηv, sed ex vulgari opinione postea *disparuerat*, ουκ εστι, et quum rediisset, prioribus septem Imperatoribus octauum se iunxerat, v. 8, 11, verum nonnisi ad breue tempus obtinere potuerat dominationem, v. 10. "Finge, ait interpres doctissimus ad v. 8, hoc monstro Neronem repraesentari, qui ad imperium Romanum, a quo destitutus erat, denuo, sed ad breue tantum tempus, rediturus esse diu *credebatur* (ουκ εστι, παρεσται explicandum: non adfuisse credebatur, rediturus sperabatur etc.): cogita porro, eundem post reditum non solum non permansurum diu in imperio, sed et in malam partem abiturum (εις απωλειαν ὑπαγει v. 8. 11: quo alluditur ad oraculum Delphicum, Neroni datum: septuagesimum ac tertium annum aetatis sibi cauendum esse, Sueton. Ner. c. 40): cogita tandem, monstrum illud, si, vti rumor ferebat, vere rediisset, magna admiratione exceptum iri a compluribus, non quidem christianae caussae fauentibus, sed impiis et sceleftis, qui laetabantur,

βλεποντες το θηριον, ὅτι ην και ουκ εστι και παρεσται v. 8, conſpecto illo monſtro (Nerone), quod olim aderat, et quamdiu non aderat, aliquando rediturum eſſe ſperabatur etc." — At verſu 9, 10 et 11. lectores in Nerone ſub belluae ſpecie inueniendo adiuuari a poeta Eichhornius opinatur, quia is de ſeptem collibus, quibus impoſita ſit Roma, diſerte loquitur, nec non de ſeptem Imperatoribus Romanis. Illi quidem ex mente Viri Perilluſtris, prorſus vt noſter commentarius poſuit, ſunt Auguſtus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, et (omiſſis Galba, Othone et Vitellio) Veſpaſianus, et tandem ille, qui nondum obtinuerat imperium: quorum οἱ πεντε ab Auguſto vsque ad Neronem ceciderant, ſextus Veſpaſianus tum regnabat, ſeptimus poſt Veſpaſianum exſpectabatur regnaturus, verum nonniſi ad breue tempus; non quidem, vt nos explicamus, quia ſuperuenturus Meſſias omni paganismo vltimam cladem intendebat, ſed quia ſub eius regno ex vulgari ſententia Nero rediturus credebatur; vt adeo Nero ille redux, ipſe vnus εκ των ἑπτα ων, octauus quaſi habendus, ſed mox in malam partem abiturus ſit et ipſe, quia annus aetatis 73, a quo tum non multum aberat, fatalis Neroni futurus a mathematicis praenunciatus erat. Porro v. 12 – 14. deſcribuntur illi, quorum ope in imperium reſtituendus erat, vel Parthi, qui Neroni praecipue fauebant (Tacit. hiſtor. Lib. 2, cap. 8), vel legiones Romanorum Aſiaticae. Illa autem auxilia ad denarium numerum reuocantur (δεκα κερατα v. 12.), ſiue ex mero poetae commento, ſiue quia in exercitu Romanorum vbique diſcernebantur decem partes, et legio quaelibet diuidebatur in decem cohortes. Eorum duces βασιλεις quidem vocantur v. 12, ſed nonniſi poetice, quia re vera non fuere reges, nullorum magiſtratuum ſuperiorum auctoritate et auſpiciis ad reſti-

restituendum Neronem arma gerentes, sed a suo ipsorum arbitrio pendentes; vt adeo eorum potestas, προς καιρον tantummodo eis concessa, non diutius duratura credenda esset. Hi ergo duces v. 16. (nam v. 13. 14. 15. per se huic explicationi a quolibet facile aptabuntur) nonnisi ad restituendum Neronem arma mouebunt, huius commodis solum prospicient, de vrbe ipsa parum erunt sollieiti: imo vastabunt eam, desolabunt, diruent, incendent.

Ita ferme per omnem hunc locum interpretationem suam doctissimam argumentisque historicis vbique firmatam perducit Eichhornius, et vagos illos rumores, qui de viuo adhuc et mox in imperium restituendo Nerone ferebantur, poetae occasionem praebuisse contendit, hanc angeli interpretationem carmini intexendi. Equidem nil habeo quod opponam, nisi quod doctiora haec omnia et exquisitiora mihi quidem videntur, quam a poeta Judaico potuerant exspectari. Aequus mihi erit Vir Perillustris, si mea qualiacunque *mihi* saltem videntur probabiliora, in primis, quae de fatis ϑηϱιον v. 8, de σοφια illa v. 9, septem reges simulque decem extricandi, nec non de vocibus: εκ των ἑπτα εστι v. 11, enucleare annisus sum: sed neque iniqui erunt lectores, quod interpretationem Eichhornianam ingeniosissimam vberius, et partim ipsissimis auctoris verbis reddidi, quia profecto multa operi nostro defuissent, haec si silentio omissa forent.

Et hic iam adscribere iuuabit, quae inueniuntur in commentatione, qua particula prior editionis Apocalypseos ante biennium in lucem a me emissae, recensetur [11]). Ait ibi censor summe venerabilis, imperfectam esse explicationem Eichhornianam, sed, diligenter et studiose perlecto Tacito, clariora sibi mox

 omnia

[11]) S. V. Ammon, *Predigermagazin*, Band 3, Stück 2, p. 228 et 229.

βλεποντες το θηριον, ὁτι ην και ουκ εστι και παρεσται v. 8, conſpecto illo monſtro (Nerone), quod olim aderat, et quamdiu non aderat, aliquando rediturum eſſe ſperabatur etc." — At verſu 9, 10 et 11. lectores in Nerone ſub belluae ſpecie inueniendo adiuuari a poeta Eichhornius opinatur, quia is de ſeptem collibus, quibus impoſita ſit Roma, diſerte loquitur, nec non de ſeptem Imperatoribus Romanis. Illi quidem ex mente Viri Periluſtris, prorſus vt noſter commentarius poſuit, ſunt Auguſtus, Tiberius, Caligula, Claudius, Nero, et (omiſſis Galba, Othone et Vitellio) Veſpaſianus, et tandem ille, qui nondum obtinuerat imperium: quorum οἱ πεντε ab Auguſto vsque ad Neronem ceciderant, ſextus Veſpaſianus tum regnabat, ſeptimus poſt Veſpaſianum exſpectabatur regnaturus, verum nonniſi ad breue tempus; non quidem, vt nos explicamus, quia ſuperuenturus Meſſias omni paganiſmo vltimam cladem intendebat, ſed quia ſub eius regno ex vulgari ſententia Nero rediturus credebatur; vt adeo Nero ille redux, ipſe vnus εκ των ἑπτα ων, octauus quaſi habendus, ſed mox in malam partem abiturus ſit et ipſe, quia annus aetatis 73, a quo tum non multum aberat, fatalis Neroni futurus a mathematicis praenunciatus erat. Porro v. 12–14. deſcribuntur illi, quorum ope in imperium reſtituendus erat, vel Parthi, qui Neroni praecipue fauebant (Tacit. hiſtor. Lib. 2, cap. 8), vel legiones Romanorum Aſiaticae. Illa autem auxilia ad denarium numerum reuocantur (δεκα κερατα v. 12.), ſiue ex mero poetae commento, ſiue quia in exercitu Romanorum vbique diſcernebantur decem partes, et legio quaelibet diuidebatur in decem cohortes. Eorum duces βασιλεις quidem vocantur v. 12, ſed nonniſi poetice, quia re vera non fuere reges, nullorum magiſtratuum ſuperiorum auctoritate et auſpiciis ad reſti-

restituendum Neronem arma gerentes, sed a suo ipsorum arbitrio pendentes; vt adeo eorum potestas, προς καιρον tantummodo eis concessa, non diutius duratura credenda esset. Hi ergo duces v. 16. (nam v. 13. 14. 15. per se huic explicationi a quolibet facile aptabuntur) nonnisi ad restituendum Neronem arma mouebunt, huius commodis solum prospicient, de vrbe ipsa parum erunt sollieiti: imo vastabunt eam, desolabunt, diruent, incendent.

Ita ferme per omnem hunc locum interpretationem suam doctissimam argumentisque historicis vbique firmatam perducit Eichhornius, et vagos illos rumores, qui de viuo adhuc et mox in imperium restituendo Nerone ferebantur, poetae occasionem praebuisse contendit, hanc angeli interpretationem carmini intexendi. Equidem nil habeo quod opponam, nisi quod doctiora haec omnia et exquisitiora mihi quidem videntur, quam a poeta Judaico potuerant exspectari. Aequus mihi erit Vir Perillustris, si mea qualiacunque *mihi* saltem videntur probabiliora, in primis, quae de fatis θηριου v. 8, de σοφια illa v. 9, septem reges simulque decem extricandi, nec non de vocibus: εκ των ἑπτα εστι v. 11, enucleare annisus sum: sed neque iniqui erunt lectores, quod interpretationem Eichhornianam ingeniosissimam vberius, et partim ipsissimis auctoris verbis reddidi, quia profecto multa operi nostro defuissent, haec si silentio omissa forent.

Et hic iam adscribere iuuabit, quae inueniuntur in commentatione, qua particula prior editionis Apocalypseos ante biennium in lucem a me emissae, recensetur [11]). Ait ibi censor summe venerabilis, imperfectam esse explicationem Eichhornianam, sed, diligenter et studiose perlecto Tacito, clariora sibi mox

 omnia

11) S. V. Ammon, *Predigermagazin*, Band 3, Stück 2, p. 228 et 229.

omnia et certiora apparuisse. Mulier illa, vt pat est, Romam vrbem designat, θηριον dignitatem imperatoriam, σοφια explicationem ambiguam et quasi bilinguem (*Doppeldeutung*), βασιλεις ἑπτα Augustum, Tiberium, Caligulam, Claudium, Neronem, *Galbam et Othonem*. Quintus eorum, qui ceciderunt, Nero est; εἱς ille, qui εστι, Galbam denotat, quo regnante consignatam Apocalypsin censor vult: at ille, qui nondum aduenit, sed per breue tantummodo tempus dominationem obtinebit, Otho habebitur. Bellua illa reuersura, quae inter septem illos quintum designat, ipsa autem octaua est, Neronem indicat (ex iisdem rumusculis, quibus innititur Eichhornius: Tacit. histor. 2, 8, vid. commentar. ad c. 13, 3., vbi voces *atque Asia* vtique vrgendae erunt: quin tantum confidebatur illis rumoribus, vt adeo seruus quidam e Ponto, qui forma sua Neronem referebat, exercitu et classe Romanorum potitus, imperium sibi vindicare anniteretur nec nisi aegre a Calpurnio opprimeretur). Decem illa κερατα sunt duces Vitellianarum et Flauianarum partium, qui desolabant vrbem, incendebant Capitolium (Tacit. Hist. 4, 71.), et ad finem illum tendebant, vt Vespasiano, decimo potestatem traderent (v. 13.), qui in Judaea, quum aduersus Judaeos arma moueret, et Christianos simul infestabat. — Admonet praeterea censor, qui Joannem Apostolum carminis auctorem agnoscit, elucere quidem in omnibus his non mediocrem rerum Romanorum cognitionem: sed id neutiquam praeter opinionem accidere, quia inde ab eo tempore, quo reliquerat Judaeam Apostolus, et in Asiam Ephesumque, doctrinae Romanae sedem, migrauerat, vsque ad tempus consignatae Apocalypseos satis multi anni elapsi erant. Equidem nec huic interpretationi alia obuertenda habeo, quam quae de Eichhorniana dubitanda videbantur:

bantur: id tamen non assequor, imperante Galba si consignata dicenda sit Apocalypsis, quo pacto auctor comperta habere potuerit ea, quae v. 16. inter Vitellianas et Flauianas demum partes peracta dicuntur.

Omnino digna memoria nostra videbitur explicatio, quam proposuit Summe Vener. Hug [12]), quae difficultatem *των ἑπτα* et simul *των δεκα βασιλεων* alia prorsus ratione remouere conatur. Quum fieri prorsus non possit, ait ille, vt Roma illo tempore septem et simul decem imperatores habuerit, in alterutro loco *βασιλεις* illi non hominum veras personas repraesentabunt, sed aliud quid indicent necesse erit. Atque hic voces *ἑπτα ὀρη* subiecti loco ponuntur, cui *ἑπτα βασιλεις* praedicati loco adhaerent, vt v. 10. ita resoluatur: *και ταυτα ἑπτα ὀρη εισιν ἑπτα βασιλεις*, i. e. *ὀρη βασιλικα*, quatenus illis innititur vrbs terrarum domina. Hactenus bene omnia et ad sensum commodum eliciendum satis adposite dicta. Quomodo autem cum his conciliari crederes ea, quae sequuntur: *ὁ εἱς εστι, ὁ ἀλλος ουπω ἠλθε* etc.? Respondetur, ea continere nonnisi lusum ingenii auctoris, quinque *colles* cecidisse, vnum stare, alium surrecturum esse, octauum autem collem sanguinolento illo *θηριῳ* ipso repraesentari: quibus cunctis nil amplius indicari, quam regnum Romanum ne escendisse quidem dum ad summum magnitudinis culmen, et nihilominus tamen ita iam infirmam esse et exsanguem eius vim internam, vt omnia praecipiti casu in exitium ruere vnicuique appareant clarissime. Tandem ex mente doctissimi huius interpretis poeta, postquam de vrbe Roma ipsa locutus erat v. 11. 12, transit ad eos, qui imperio eam moderabantur, quos contendit esse eosdem

[12]) *Einleitung in die Schriften des N. Test.* von Dr. Joh. Leonh. Hug, 2ter Theil, p. 437 sqq.

dem decem imperatores, quos et nos ponimus, ab Augusto vsque ad Titum, quo regnante consignatam esse Apocalypsin suspicatur. Ii omnes regiam potestatem non volente populo, qui rempublicam potius restitui cupiebat, sed vi et fraude sibi vindicauerant; verum quoniam suis illi commodis, non populi saluti prospiciebant, et in eundem crudeliter grassabantur, apprime idonee dici poterant corrodere illam, vastatamque et desolatam reddere [13]). Quae quidem explicatio cuilibet, opinor, prae multis aliis commendabilis videretur, dumne obstarent ea, quae v. 10. interueniunt, ὁ πεντε — — — μειναι. Non dico formas imaginum minus sibi respondentes, non dico troporum inconstantiam, si de colle dicitur ελϑειν, μενειν (istiusmodi enim asperitati assueti sumus): sed nescio quid obstat, quo minus hunc ingenii lusum agnoscere ne dicam laudare queam. Quanto promtius numerus regum septenarius v. 10. cum denario v. 12. conciliatur, tribus illis, Galba, Othone et Vitellio, qui μιαν ὡραν ὡς βασιλεις dominationem exercuerant, vel admissis in calculum vel ex eodem reiectis.

Quae de hoc loco statuit HAGEN, his ferme comprehenduntur: Θηριον illud emblema est regni Romani: proinde ex v. 8. exibit hic ferme sensus: "olim quidem floruit res Romana: hodie parum floret: sed efflorescet denuo, vt mox intereat: et mirabuntur gentes ipsae, quae id quidem non exspectassent,

13) Verissima sunt, quae scribit auctor doctissimus p. 438: "Können wir in diesem Bilde die Herrschaft der Caesaren, die Art, wie sie dieselbe erworben haben, den Missbrauch der Staatsgewalt, die Hinrichtungen und Exilien der angesehensten Bürger, die Verprassung der Schätze und Hülfsquellen, und endlich den letzten Neronischen Brand misskennen?"

ſent, fieri poſſe, vt nouas vires colligeret imperium." At v. 9. ſpurius videtur Hagenio. V. 10. explicatur: "validiſſimus eſt imperii ſtatus, ſi omnes ſeptem reges regnant: nunc tamen exſangue id iacet ſine viribus: quinque reges iam periere: nonniſi *vnus* regnat noſtro tempore, quem ſubſequetur nonniſi vnus alius, qui neque ipſe per longum tempus dominationem ſuam exercebit. Tam infracta igitur eſt et eneruata huius corporis vis, vt ex ſeptem eius partibus nonniſi vna officio ſuo fungi valeat, quae et ipſa debilior indies redditur et infirmior." V. 11. "Et hoc regnum, olim quidem prae omnibus validum et potens (*ὁ ἠν*), nunc laſſum et effoetum (*ουκ εστι*), ſui ipſius dominus eſt, vt reſpectu ad ſeptem reges, qui iam ceciderunt, octauus rex habendum ſit regnum ipſum. Hinc autem ſubnaſcitur anarchia et ſumma imis miſcentur, quibus cunctis ſi ſuperveniunt hoſtes externi, omnia in praeceps ruant, et luctuoſiſſima clades et vltima pernicies ſubſequatur neceſſe eſt." V. 12. "Iungunt quidem prouinciae cum ſociis vires ſuas, vt vrbi regnoque omni opem ferant, ſed v. 16. et illi produnt rem Romanam et hoſtiliter in regnum incurrunt (quod euentu ſatis comprobatum eſt)."

Ita quidem Hagenius. Sed quam dura quaeſo et contorta! Largitur id auctor ipſe: ſed negat, aliam interpretationem hiſtoricam locum hic habere, et negare omnino videtur authentiam verſuum 11 et 12, quod quam ſit dubium et praeceps, et in prolegomenis (not. 100) et aliquoties alibi iam monitum eſt [14]).

Vlte-

[14]) Audiamus tamen argumenta, quibus inductus ille locum omnem pro ſpurio declarat. 1) Praefatio illa: *ὡδε ὁ νους εχει σοφιαν* facit, vt ſuſpicemur, ſeriorem aliquem interpretem hic voluiſſe doctrinam ſuam oſtentare. 2) Nusquam alias in carmine

Vlteriora piget proferre, nec verbum amplius adderemus [15]), nisi nostra aetate (quis crederet?) locus ille miserrime sollicitatus esset ad procreandam interpretationem, quam miror vel vnum nancisci potuisse patronum et vindicem. Siquidem libellus iste, qui et in Excursu quarto excitandus erat [16]), hunc potissimum locum summa cum attentione et ἀσκαρδαμυκτι a quolibet homine christiano pio et fideli considerandum esse asseuerat. Nam ex v. 10. quinque dominationes papales iam cecidisse, vnum pontificem adesse, cui (sicuti Sancto Romano-Germanico imperio) anno 1810 per Napoleonem lethale vulnus inflictum, sed sanatum denuo sit; quem sequuturum esse alterum, qui tamen ad breue tempus imperium exerciturus idem octauus et Imperator et Pontifex habendus sit. — Caetera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem delassare valent Fabium. Non

mine imago vlla reperitur, quae duplici interpretatione illustrata sit, vt h. l. ἑπτα κεφαλαι, ἑπτα ὀρη et simul ἑπτα βασιλεας indicare feruntur. 3) Ex v. 12. 13. 17. manifesto apparet, sub figura του θηριου Romanum regnum repraesentari: atqui v. 11. certum aliquem regem illud designare dicitur. 4) Regnante illo octauo ruina vrbis euentura praenunciatur, quae tamen non euenit. 5) Non monemur, a quonam rege auspicandum sit, vt numerus septenarius aut denarius efficiatur. 6) Vterque numerus, et septenarius et denarius, vna eademque lege explicandus est, haudquaquam autem alter historice, alter symbolice. — — Quae cuncta quam parum valeant ad firmanda ea, quae auctor suspicatur, vel nemine monente, perspicitur.

[15]) Non prorsus indigna, quae audiatur, Wetstenii sententia videbitur, quam tamen commodius in Excursu septimo, in quo plura de Wetsteniana totius carminis interpretatione referentur, pertexi rati, ibi cum caeteris coniunctim enarrauimus.

[16]) *Und seine Zahl ist 666.*

Non tamen sumus ii, qui in conuehendis ruderibus elaboremus, vt semouendis mox iisdem et purgandis delectemur: et satis iam priscis temporibus nugarum fabularumque anilium prolatum est. Sed vnum tantummodo idque postremum audiat benignus lector. Nam quosnam per decem illos βασιλεας v. 12. indicatos esse existimabis? Nullos alios, quam dominos foedere Germanico sibi iunctos, 1) Imperatorem Austriae, cum regibus 2) Borussiae, 3) Bauariae, 4) Saxoniae, 5) Hannouerae, 6) Würtenbergiae, et archiducibus 7) Badeniae 8) Hassiae electoralis 9) Hassiae Darmstadiensis 10) Daniae ratione Holsatiae. — Sed claudite iam riuos, pueri, sat prata biberunt.

EXCVRSVS VI.

De Jesu Messia per mille annos regnaturo, ad cap. 20.

Prae multis aliis Noui Testamenti locis hic noster inclaruit, nec interpretum solum mirum quantum exercuit ingenia, sed et in contrarias partes, et caeca dissidia, de quibus historia ecclesiastica exponit, primaeuos quondam christianos diremit. Et nostra quidem de loco celeberrimo sententia qualiscunque, quae Eichhornium prae aliis ducem sequitur, in commentario satis perspicue tradita est, nec multa superesse videntur, quae impediunt aut dubitare suadent: quapropter hic nonnisi potissimas quaestionum earum, quae de omni loco exagitari solent, paucissimis indicasse sufficiat.

Auream aetatem per Messiam, desideratissimum genti σωτηρα, reducem fore, dudum ominati erant vates.

vates, eaque suauissimis imaginum coloribus adumbranda oblectabantur [1]): in quibus elucent plurimae, quas in carmine nostro redditas non sine voluptate intuemur, si nec morte nec laboribus et aerumnis, nec bellis, nec flagitiis, neque vllis malorum daemonum fraudibus et insidiis turbari posse docemur eam beatitatem, qua laetaturi sunt ista aetate homines. Et quoniam nullum aeuum absque tutela potentissimi Jouae, cui gens Judaeorum prae caeteris erat in deliciis, peragi posse existimabatur, nec illa aetate regnum alii domino cedere potuit, quam iidem Jouae; qui tamen socium imperii et consortem cooptaturus sit Messiam, quorum iussu et auspiciis sanctissimus senatus, e patriarchis, prophetis, apostolis etc. colligendus, nouam rempublicam theocraticam sit moderaturus. Nec vlla clarior et dignior regni sedes existimanda erat, quam Hierosolyma, quae digniore tamen et vere coelesti luce erat illustranda, vtpote metropolis regni, quod priscum illud, cui domina quondam praeerat Hierosolyma terrestris, dignitate et beatitate longe esset excessurum. Atque ne isto regno excluderentur pii Deoque accepti homines, qui prioribus saeculis in mundo vixerant, suscitandi illi erant e mortuis, et nouo regno ciues adscribendi; iustissimo tamen iudicio antea rite explorandi, ne et illi intrarent, qui vita scelesta et flagitiosa tam beata sorte indigniores se reddiderant.

Iam vero quum persuasum sibi haberent, regnum istud a Messia inaugurandum per infinitum tempus duraturum esse, immensum autem temporum ambitum termino millium annorum complecterentur:

[1]) Loci classici prostant Iesai. cap. 25; cap. 2, 1-4; c. 9; c. 11; Jerem. cap. 23; c. 30; Ezech. c. 34; c. 46; Dan. c. 9; Mich. c. 5; Malach. c. 3, 1 sqq.; c. 4, 5 sqq. et alibi.

rentur [2]): accidit, vt et huic regno Messiano *mille annos* assignarent [3]). Sed mox numerus iste, qua tempestate consignata est Apocalypsis, proprie intelligi coeptus est, iamque ea, quae de Messiae futuro regno fausta, grauia et dignissima augurati erant maiores, nugis variis fabulisque permiscebantur.

Atque his opinionibus, quae sua aetate vulgo obtinebant, innititur et Joannes noster, has et suo carmini intexere satagit; et vidisse se testatur, Messiam post reditum in terram per mille annos regnum [4]) suscepisse, quibus elapsis, quum denuo insur-

[2]) Vid. commentar. ad cap. 20, 2. et Perill. Eichhorn. Comment. in Apoc. Vol. 2. p. 279; 283.

[3]) *Tanchumah* fol. 255, 1: "Messiae tempora sunt mille anni."

[4]) Ita statuendo nequimus assentire Herdero, qui ex Ps. 90, 4. euincit, et h. l. χιλια ετη accipienda esse pro vno die, et quidem pro μεγαλῃ illa ἡμερᾳ Κυριου. Olim, peracto mundi opificio, quieuisse dicebatur Joua vno die. Jam absoluto maiori illo opere beandorum per doctrinam prophetarum, Jesu, Apostolorum etc. hominum, nouo quasi die quieuit: i. e. *per mille annos*, quia mille anni Deo sunt vt vnus dies. "So wie Moses Gott bittet, dass er seine Knechte wieder erfreue, Ps. 90, so soll Gott auch hier seine Knechte, nachdem er sie so lange betrübt hatte, das letzte Jahrtausend, als am Tage des Herrn, an seinem Tage und Halljahre, siebenfach erfreuen. Die sechs Schöpfungstage der Weltordnung und Weltverwirrung sind dahin: jetzt kömmt Genuss: der Tag des Herrn: der siebente Tag der Ruhe und des Segens, das Frey- und Jubel-Jahr, der grosse Weltsabbath." Enimuero nonnisi 4000 anni a mundo condito elapsi vulgo credebantur, neutiquam 6000. Nimis ingenio suo luxuriari hic videtur vir summus, cuius mentem equidem non prorsus assequor. Ex hac enim sententia non tum, sed 2000 annis demum post Christum natum, illuxit magnum illud sabba-

insurgerent hostes, propulsatis illis, regnum per omnia saecula instaurasse: in priore illo regno nonnisi eos degisse, qui insigniori aliquo merito inclaruerant, in posteriore hoc pios et probos omnes.

Regnum illud *in his terris* instauratum esse a Jesu, carmen nostrum absque dubio contendit: nam cap. 19, 11, descendit Messias e coelo in terras, profligatisque hostibus omnibus, qui εν τῃ γῃ suos vexauerant, regnum obtinet. Repraesentantur quidem, vt imagines omnes, ita et hae in coelo, sed ita, ac si ea in terra forent gesta: haec in commentario monita sunt.

Sed hic oritur memorabilis illa quaestio, num *proprio sensu* haec omnia intellecta voluerit vates, an *symbolico et allegorico*. Atque hic scindebatur olim studia in contraria opinio primorum ecclesiae christianae doctorum: erantque inter eos permulti, qui *proprie* haec interpretabantur, credentes, Jesum Christum in coelos sublatum, peractis euentuque comprobatis eis omnibus, quae euentura prius vulgo crede-

sabbathum, per 1000 annos continuandum. Nec desunt, qui ita opinantur. Incidi forte in locum eius sententiae: *Litterarisches Wochenblatt* Bd. 5, no. 18, 1820. März, S. 142. vbi ita legitur: "Aus dem dritten oder Decemberheft der *Annales protestantes* erfahren wir, dass ein englisches Buch erschienen ist, "über das Millenium oder 1000jährige Reich", nach welchem nichts gewisser ist, als dass dieser Himmel auf Erden mit dem Jahre 2000 wirklich anheben wird. Wir erleben ihn leider sämmtlich nicht, da sonach noch 180 Jahre dazwischen liegen. Aber schon die Aussicht ist beruhigend etc. Der Hauptgrund für das Jahr 2000 ist, dass dann grade seit Erschaffung der Welt 7000 Jahr um sind, und die Zahl 7 hat immer etwas besonders zu bedeuten gehabt etc."

credebantur [5]), corpore suo indutum in terras esse reuersurum, vt, fugatis eis, qui tum dominabantur, ipse regnum capesseret, cuius metropolis Hierosolyma, ministri et senatus apostoli et martyres, in vitam prius reuocandi, futuri essent, quos per omnes prouincias, quousque patebat regnum, ablegaturus esset Messias, vt ibi tanquam proconsules, procuratores vices suas agerent. Et haec quidem sensu proprio et strictiore sub vocabulis *Chiliasmi*, *Chiliastarum*, *notionum chiliasticarum* etc. comprehenduntur. Quia tamen omne carmen per symbolorum figuras incedit, omnesque imagines, quas exhibet, symbolice sunt interpretandae, facillime intelligitur, neutiquam eam fuisse Joannis mentem, et imaginem regnantis *in terra* Messiae, a vate conspectam, non magis proprie esse accipiendam, atque imaginem aut draconis stellas de coelo cauda proiicientis, aut Satanae compedibus vincti, aut pugnantis angeli Michaelis etc. [6]). Sed huic tamen sententiae patrocinati sunt complures inter doctores ecclesiae veteris, quorum dux et antesignanus fuisse videtur Papias, dein Cerinthus, Justinus, Irenaeus, Montanistae, Nepos, Lactantius etc.: sed potissimi aduersarii (qui audiunt Antichiliastae) Caius, presbyter Romanus, Origenes, Dionysius Alexandrinus, Hieronymus etc.: quorum rixas et discordias enumerare historiae ecclesiasticae est.

Itaque praeferenda erit opinio, ex qua et haec, vti caetera omnia, interpretanda sunt *allegorice*. Noluit profecto Joannes inani spe lactare suos, fore, vt ipsi mox imperium mundi capesserent: sed id solatii adhibere suis enixe allaborabat, fore, vt ab insi-

[5]) 2 Thess. 2; 1 Tim. 4; 2 Tim. 3; 2 Petr 3; 1 Jo. 2, 18; Jud. v. 18.

[6]) Vid. HARTWIG *Apol. der Apocalypse*, Theil 1, Seite 229 ff.

insidiis hostium tuti tranquille exercere, quidquid virtutis praecipit religio christiana, et vti in his terris possent praemiis et fructibus, quoscunque progignit Christianismus. Atque hic in eo prae caeteris laudandus noster videbitur, quod, spretis omnibus de futuro illo regno fabulis et somniis [7]) et valere iussis, veriora cuncta, commendabiliora et digniora reddit [8]), et quae Judaei quondam de suis patriarchis maioribusque caeteris contendebant, eadem et ad Christianae caussae principes et coryphaeos transfert [9]). Quis non venerabitur et suspiciet poetam, qui regni huius incolas pietate et religione insignes, quo nihil cogitari potuit maius et honorificentius, *ἱερεις του Θεου του ὑψιστου* salutat, ab omni labe immunes, adeoque nec *δευτερῳ θανατῳ* [10]) consumendos; qui Satanam, malorum omnium

[7]) Illa iam tum satis multa ferebantur, sed posterioribus saeculis plura addebantur. Nonnulla eorum cernere est apud HIERONYMUM in praefat. ad libr. 18. commentarii in Jesaiam. Loquitur ibi non de *regno*, sed de *fabula* mille annorum, de Hierosolymis aureis, otio sabbathi, nuptiis, parturientibus, liberis educandis, epularum deliciis, cunctarum gentium seruitute. — Alios somniorum lusus latino sermone perquam eleganti perscriptos legesis apud LACTANTIUM, diuin. Institutt. Lib. VII, cap. 19 sqq.; Epitome cap. 62 etc. Cf. WINKLERI *Philologemata Lactantiana* N. 97 et 98, p. 468 sqq.

[8]) Id omnibus interpretibus cordatis illucescit. vid. ex. gr. HAGEN copiosius in hunc locum excurrentem.

[9]) Ex Judaeorum quidem mente patriarchae inde ab Adamo in vitam erant reuocandi: ex nostri idea etiam Apostoli, martyres etc Vid. HARTWIG Apol. der Apoc. Th. 1, p. 347.

[10]) Illa mors quid significet, in commentario ad c. 20, 6. obseruatum est. Locis ibi excitatis adde *Targum.* in Ps. 49: "improbi, qui moriuntur morte

omnium auctorem [11]), procul amouendum cenſet: qui repudiata Rabbinorum ſui temporis opinione, quae in dubium vocabat, num et gentiles admittendi eſſent, *τα εθνη* quoque in luce coeleſti degere ait, nec gentiles ſolum, ſed homines omnes, adeoque et Judaeos, coram tribunali iuſtiſſimi iudicis comparere iubet: omniaque haec non doctrinae oſtentandae cauſſà exaggerat, ſed in ſolatium miſerorum componit. —

Haec ergo et huiusmodi ſimilia in mente poetae latuiſſe largimur: egregia vero et homine chriſtiano vere digna! Sed etiamſi ea omnia conceſſeris [12]), noli tamen obliuiſci, poetam te legere, qui

morte ſecunda, *et adiudicantur Gehennae.*" *Kimchius* eam mortem nominat *mortem animae* in ſaeculo futuro. De eadem PHILO *de praem. et poenis*, Tom. 2, p. 419, 25, A (edit. Mangey, Lond. 1742.): *Ανθρωποι μεν γαρ περας τιμωριων ειναι νομιζουσι θανατον· εν δε τω θειω δικαστηριω μογις εστιν οὑτος αρχη·* — — *θανατου γαρ διττον ειδος· το μεν κατα το τεθναναι, ὁπερ αγαθον εστιν η αδιαφορον, το δε κατα το αποθνησκειν, ὁ δη κακον παντως, και, ὁσω χρονιωτερον, βαρυτερον.*

11) Iſtum prae aliis omnibus deteſtabantur pii, quia delectabatur et *accuſando*, *τω κατηγορησαι*, c. 12, 10. (vnde et delatores, qui homines chriſtianos accuſabant, Satana agi credebant), et *ſeducendo*, *τω πλανησαι* (vnde omnes doctores falſos, fraudulentos, verſipelles eiusdem vi regi exiſtimabant), cf. Job. c. 2; Luc. 23, 3; Eph. 4, 27; Jo. 6, 70; Act. 13, 10; Jac. 4, 7; 1 Petr. 5, 8. 9. *Bereſchith Rabb.* 38, 9: "quocunque loco reperis ſeſſionem, Satanas ſubſiſit: quocunque loco reperis quietem ſpiritus, Satanas accuſat: quoc. loco reperis eſum aut potum, Satanas accuſat." *Schemoth* R. 18, fol. 117: Michael et Sammael ſimiles ſunt *συνηγορω* et *κατηγορω* in iudiciis.

12) Forſitan tamen ne haec quidem concedenda erunt. Id maxime curae erat poetae, vt carmen ſuum vno

insidiis hostium tuti tranquille exercere, quidquid virtutis praecipit religio christiana, et vti in his terris possent praemiis et fructibus, quoscunque progignit Christianismus. Atque hic in eo prae caeteris laudandus noster videbitur, quod, spretis omnibus de futuro illo regno fabulis et somniis [7]) et valere iussis, veriora cuncta, commendabiliora et digniora reddit [8]), et quae Judaei quondam de suis patriarchis maioribusque caeteris contendebant, eadem et ad Christianae caussae principes et coryphaeos transfert [9]). Quis non venerabitur et suspiciet poetam, qui regni huius incolas pietate et religione insignes, quo nihil cogitari potuit maius et honorificentius, *ἱερεις του Θεου του ὑψιστου* salutat, ab omni labe immunes, adeoque nec *δευτερῳ θανατῳ* [10]) consumendos; qui Satanam, malorum omnium

[7]) Illa iam tum satis multa ferebantur, sed posterioribus saeculis plura addebantur. Nonnulla eorum cernere est apud Hieronymum in praefat. ad libr. 18. commentarii in Jesaiam. Loquitur ibi non de *regno*, sed de *fabula* mille annorum, de Hierosolymis aureis, otio sabbathi, nuptiis, parturientibus, liberis educandis, epularum deliciis, cunctarum gentium seruitute. — Alios somniorum lusus latino sermone perquam eleganti perscriptos legeris apud Lactantium, diuin. Institutt. Lib. VII, cap. 19 sqq.; Epitome cap. 62 etc. Cf. Winkleri *Philologemata Lactantiana* N. 97 et 98, p. 468 sqq.

[8]) Id omnibus interpretibus cordatis illucescit. vid. ex. gr. Hagen copiosius in hunc locum excurrentem.

[9]) Ex Judaeorum quidem mente patriarchae inde ab Adamo in vitam erant reuocandi: ex nostri idea etiam Apostoli, martyres etc Vid. Hartwig Apol. der Apoc. Th. 1, p. 347.

[10]) Illa mors quid significet, in commentario ad c. 20, 6. obseruatum est. Locis ibi excitatis adde *Targum.* in Ps. 49: "improbi, qui moriuntur morte

omnium auctorem [11]), procul amouendum censet: qui repudiata Rabbinorum sui temporis opinione, quae in dubium vocabat, num et gentiles admittendi essent, *τα εϑνη* quoque in luce coelesti degere ait, nec gentiles solum, sed homines omnes, adeoque et Judaeos, coram tribunali iustissimi iudicis comparere iubet: omniaque haec non doctrinae ostentandae caussa exaggerat, sed in solatium miserorum componit. —

Haec ergo et huiusmodi similia in mente poetae latuisse largimur: egregia vero et homine christiano vere digna! Sed etiamsi ea omnia concesseris [12]), noli tamen obliuisci, poetam te legere, qui

morte secunda, *et adiudicantur Gehennae.*" *Kimchius* eam mortem nominat *mortem animae* in saeculo futuro. De eadem Philo *de praem. et poenis*, Tom. 2, p. 419, 25, A (edit. Mangey, Lond. 1742.): *Ανϑρωποι μεν γαρ περας τιμωριων ειναι νομιζουσι ϑανατον· εν δε τῳ ϑειῳ δικαστηριῳ μογις εστιν οὑτος αρχη· — — ϑανατου γαρ διττον ειδος· το μεν κατα το τεϑναναι, ὁπερ αγαϑον εστιν η αδιαφορον, το δε κατα το αποϑνησκειν, ὁ δη κακον παντως, και, ὁσῳ χρονιωτερον, βαρυτερον.*

11) Istum prae aliis omnibus detestabantur pii, quia delectabatur et *accusando*, *τῳ κατηγορησαι*, c. 12, 10. (vnde et delatores, qui homines christianos accusabant, Satana agi credebant), et *seducendo*, *τῳ πλανησαι* (vnde omnes doctores falsos, fraudulentos, versipelles eiusdem vi regi existimabant), cf. Job. c. 2; Luc. 23, 3; Eph. 4, 27; Jo. 6, 70; Act. 13, 10; Jac. 4, 7; 1 Petr. 5, 8. 9. *Bereschith Rabb.* 38, 9: "quocunque loco reperis sessionem, Satanas subsilit: quocunque loco reperis quietem spiritus, Satanas accusat: quoc. loco reperis esum aut potum, Satanas accusat." *Schemoth* R. 18, fol. 117: Michael et Sammael similes sunt *συνηγορῳ* et *κατηγορῳ* in iudiciis.

12) Forsitan tamen ne haec quidem concedenda erunt. Id maxime curae erat poetae, vt carmen suum vno

qui carmen suum vndique desumtis coloribus ornare suscipit, huic autem loco omni eos colores inducit, vt comminiscatur, vidisse se Messiam *in his terris* regnum suum prorsus ad morem regum terrestrium instaurantem: et *hoc quidem respectu omnia ea, quae perhibentur, proprie interpretanda esse*, vti ea interpretatus est commentarius, non refragaberis. Neque tamen opinor, haec, quae poetae in votis erant ardentissimis, quibusque per emblemata conspectis tantopere exsultat, suisque inde solamina dulcissima adhibet, ita esse intelligenda, ac si vaticinia sensu dogmatico sumenda protulisset. Namque id si in animum induceres, siue sensu proprio siue allegorico accipienda tibi omnia viderentur, videndum foret, ne euentus spem fefellerit: neque enim dum rediit Messias regnumque in terris capessiuit; neque contigit nobis esse tam beatis, vt sine vlla errorum et peccatorum labe vitam integram et puram in republica christiana transigamus. Sed sumus tamen ab inuidia secus sentientium tuti, et religio christiana, vt regina et domina, imperium obtinet: plura non quaerimus, vlterius in res futuras prospicere non gestimus [13]).

Praeter

vno recteque ordine pertexeret; sed parum curiosus videtur fuisse, num emblematum figurae proprie an allegorice ab interpretibus explicarentur. — Vnde nec subscribere possum Eichhornio, qui passim monet, poetam hac illaue re viam carminis interpretandi monstrasse.

13) Vanae igitur et otiosae sunt quaestiones omnes, quonam a termino auspicatum esse illud regnum aut auspicaturum credendum sit: num et Mahometismo omni interitus immineat etc. Rosenmüllerus in scholiis ad cap. 20, 3: "Qui mille annos proprio sensu intelligunt, eosque a Constantino magno numerant, ii videant, quomodo hanc suam sententiam

Praeter haec, de quibus disputauimus, et aliae quaestiones quoad duplicem illam ἀναστασιν possunt inferri, de quibus paucissima adiungenda videntur. — Plerique quidem interpretes in eo consentiunt, ea, quae perhibentur de ἀναστασει πρωτῃ, quae ad millenare illud regnum resuscitat non nisi eos, qui de caussa christiana prae caeteris praeclare meruerunt, per allegoriarum modos explicanda esse; at, quae de vniuersa illa omnium hominum resurrectione subsequuntur v. 11 sqq., ex proprio verborum sensu esse intelligenda: et hoc esse solum illud in omni carmine et vnicum, quod, quum caetera omnia allegoriarum inuolucris ornata sint, proprie sit sumendum, et tempus indicet et quasi terminum, ad quem vsque duratura sit felicitas ex victoria Christianismi in fideles J. C. sectatores redundans, finem mundi, το τελος, puta, iudiciumque extremum, quod post saeculorum consummationem habiturum se professus erat Jesus [14]). Non

tiam cum ipsa rerum in ecclesia christiana gestarum historia concilient. Nemo nescit, quae superstitio, ignorantia et turpitudo ab eo tempore rem christianam inuaserit atque foedauerit. Sed cuinam aetati haec — accommodari poterant? Nulli, vt opinor. Erit itaque adhuc exspectandum felix illud aeuum, cuius iucundissimam faciem hic depingit Joannes. Sed caue hoc ita intelligas, quasi futurum sit tempus, quo ab omnibus plane erroribus et vitiis libera futura sit res christiana. Maior tantum promittitur rel. christianae puritas, florentior conditio quoad doctrinam et mores. Nec vana spes est, tandem aliquando ex tenebris lucem emersuram, si boni et veritatis amantes viri ex omnibus sectis vires suas coniungant et abiectis pigmentis humanis religionem puriorem, prout in sacris litteris traditur, diligenter commendent."

[14]) Vid. de omni hoc loco vberrime disputantem Hartwigium, *Apologie der Apocalypse*, Th. I, Seite 229 sqq.

Non desunt tamen, qui secus sentiant, et πρωτην αναστασιν veram indicare resurrectionem velint, qua corpora illorum plus mille annis ante communem illam mortuorum resurrectionem in vitam reuocanda forent, qui, quod praecipuam in fide tuenda constantiam exhibuerant, aut indefesso labore doctrinam J. C. promulgauerant inter gentes commendauerantque, aut mortem ipsam erant perpessi [15]), insigniori hoc praemio prae aliis dignos se praestiterant. Nec sane aliter iudicare potuerant, quibus regnum illud, per annorum millia a Messia obtinendum, in his terris ad formam et leges aliorum regnorum conditum iri semel placuerat: et fauere huic sententiae videbantur vestigia nonnulla, quae in commentario indicauimus [16]).

Enimuero, vti rectius ea omnia de statu felici et tranquillo intelliguntur, quo gaudebunt homines christiani, quando superatis Judaeis et paganis suam caussam, suam religionem victricem videbunt, terrarumque dominam: ita vlterius sane progredi videntur, qui et ea, quae de communi omnium mortuorum resurrectione graphice depinguntur cap. 20, v. 11 sqq., nec non, quae de ciuitate illa coelesti, cuius caput est noua Hierosolyma, celebrantur cap. 21 et 22, ad eandem felicitatem reuocant, qua perfrui credendi sint homines christiani, quum, elapsis tandem aliquando temporibus miseris et turbulentis, aduenerint dies halcyonei. Atqui vno eodem ordine procedere locum omnem aiunt, nulla re alia interueniente; proinde vtramque αναστασιν ex vna eademque lege esse explicandam, vt indicet christianorum futuram feli-

15) Vt illi, qui Apocal. 6, 10. 11. ad vindictam Deum prouocant.

16) Veluti illud ει πως Phil. 4, 11, vbi vid. cf. Excurs. in epist. ad Coloss. Forte et 2 Cor. 5, 1-4. eo tendere videtur.

felicitatem in his terris, quae describatur 1) quoad tempus, scil. inde a reditu Messiae vsque in aeternum cap. 20. 2) quoad locum, qui in hac terra quaerendus sit, in quam noua Hierosolyma et nouus paradisus sit inducendus cap. 21 et 22. Quae qui contendere conantur, videant, ne omnem de mortuorum resurrectione doctrinam subuertant et nullam esse dicant. Sed id ipsum agunt: id volunt nobis persuadere, non solum ea, quae leguntur apud Jesaiam cap. 26, 16, Ezechielem cap. 37, et Danielem cap. 12 etc. allegorice esse interpretanda, sed et, quae a Jesu ipso et eius Apostolis exponuntur, ad leges Judaicarum notionum opinionumque eo tempore obtinentium esse expressa: adeoque neque ex Matth. 25, 31 sqq. neque ex Joh. 5, 28; cap. 11, 24, neque ex 1 Cor. 15; Thess. 4 etc. quidquam esse eliciendum, quod ea comprobet, quae de futura resurrectione beatorumque felicitate statuit dogmatice: imo nonnisi illam spem ali et foueri, fore vt, regeneratis per christianam doctrinam rebus omnibus, laetior appareat facies, nouus terrarum orbis reuirescat, et tanquam e cinere Phoenix resurgat: illam esse beatitatem, quae futuris saeculis sit speranda: illam esse βασιλειαν των ουρανων, quam semper in ore habuerit Jesus. Quasi vero in effatis Jesu Apostolorumque quidquam inueniatur, quod communem nostram et vulgarem sententiam sequi impediat prohibeatque: quasi vero non disertissime loquuti sint de τελει, Matth. 24, 14; 1 Cor. 15, 24–26; 2 Petr. 3, 7: quasi non imagines, a poeta nostro in describenda ista felicitate cap. 21 et 22. selectae, eiusmodi inueniantur, vt super omnia, quae in his terris praestantia, felicia et beata praedicantur, longe emineant.

Antequam tamen hunc locum consignamus, ea, quae de hoc Messiae regno b. Koppio quondam pla-

cuiſſe legimus, hic addidiſſe conſultum videtur: nec fraudi erit, ipſis verbis Viri Summi lingua vernacula ea reddidiſſe; quando, quum alibi nonniſi fragmenta ſententiarum et ἀποσπασματια in chartam coniecta ſint, hic tamen locus omnis plenius et locupletius ibi expoſitus eſt. Credendum quidem eſt, ſi beato viro contigiſſet, commentarium in Apocalypſin, qua interpretanda ſummopere delectabatur, quamque auditoribus non ſine quodam concitatioris animi ſtudio et impetu recitare amabat, ipſum pertexere, plura elaborata magis et elimata fuiſſe; atque, ſi noſtra aetate eam publici feciſſet iuris, mutata ſententia, multa aliter prodiiſſe: ſed haudquaquam vereor, ne in eius manes impie egiſſe videar, ea euulgando, quae et hodienum tanto viro digniſſima videbuntur.

I. Allgemeiner Inhalt dieſer Stelle:

1. Tauſend Jahre ſoll Satan, der Feind alles Guten und Urheber aller Sünde, gebunden, und unwirkſam für die Erde gemacht werden.
2. Während dieſer Zeit ſoll Chriſtus mit denjenigen ſeiner Apoſtel und Bekenner, die vorzüglich viel für ſeine Religion litten, herrſchen. Dieſs wird als ein ganz vorzüglicher Grad der Seligkeit, zu welcher Chriſten gelangen können, beſchrieben.
3. Nach dieſer Periode kömmt eine andre, wo Satan wieder zurückkehrt auf die Erde, und ſeine Kraft anwendet, die Guten zu verfolgen, und durch Bosheit und Laſter die Erde unglücklich zu machen. Aber dieſe Periode iſt nur kurz: Gott ſelbſt nimmt ſich der unglücklichen Erde an, ſtürzt den Feind alles Guten in den ewigen Abgrund des Elends, läſst die ganze Welt in Trümmern zerfallen, und bauet ſtatt ihrer eine neue auf, wo nur Unſchuld, und ungeſehene Glückſeligkeit wohnt.

II. Hier

II. Hier lassen sich nun folgende Vorstellungen machen:

1. Der Erde wird eine Revolution versprochen, wo gar kein moralisches Böse auf ihr seyn solle, und wo unter diesen guten Menschen Christus mit seinen Aposteln und Zeugen *sichtbar auf der Erde* herrschen soll. Diess ist nun *eigentlich so genannte chiliastische Idee*, aus welcher dann durch natürliches Fortschreiten der Ideen folgt, dass an einem besondern Orte der Erde, etwa zu Jerusalem, Christus seinen Thron aufschlagen, und nach Art eines weltlichen Monarchen seine Apostel als Statthalter in die übrigen Provinzen der Erde aussenden, und so durch sie die Völker beherrschen werde. Aber

   α) zu dieser Vorstellung ist kein hinlänglicher Grund in der ganzen Stelle. Es heisst nicht: Christus werde herrschen *auf der Erde*: auch nicht: er werde *sichtbar*, den noch übrigen Menschen und Nationen auf der Erde anschaulich, herrschen.

   β) mit ihr streitet sogar die Vorstellung, die durch das ganze Buch herrscht, dass Jerusalem nie wieder erbaut werden, sondern in ewigen Trümmern begraben bleiben solle.

   γ) sie allein ist es, die zu ungereimten, und dem Geiste des Christenthums widersprechenden Vorstellungen Veranlassung giebt (*ἡ βασιλεια ἡ εμη ουκ εστιν εκ του κοσμου τουτου*, Jo. 18, 36.) — Auch ist es unbegreiflich, wie auf dieser Erde, unter diesen Menschen, würklich eine Zeit erscheinen könne, wo alles moralische Uebel aufhören werde (welches so wenig als das physische hier aufhören wird).

2. Es ist Beschreibung der seit der Zerstörung Jerusalems fortgehenden Erhaltung und Ausbrei-

breitung des Christenthums auf der Erde, und der *unsichtbaren* Herrschaft Christi und seiner Apostel kraft ihrer Lehre. — Satan ist gebunden; das heist: das Christenthum würkt jetzt in der Welt mehr als vorher. — Die Apostel leben wie aus den Todten wieder auf, werden verbunden mit Christo und herrschen, d. h. sie wirken mit ihm durch den in ihren Schriften hinterlassenen Unterricht. — Die tausend Jahre sind eine runde Zahl, und bedeuten eine lange lange Zeit, und begreifen auch noch unser Zeitalter mit in sich. — Endlich wird eine Zeit kommen, wo das Christenthum neue grosse Verfolgungen auszustehen haben wird; das wird aber nur kurze Zeit dauern und mit dem Untergang der Welt sich endigen.

Diese Vorstellung ist freilich mit der Geschichte und mit vernünftigen Vorstellungen über die Natur der göttlichen Regierung am leichtesten zu vereinbaren. — Aber sie fordert gar zu willkührliche Erklärungen des Textes. Nach diesem soll in diesem Zeitalter

α) der Mensch gar nicht verführt werden zum Bösen, und der Glaube an Gott und Christus soll allgemein werden. Wie darunter eine solche Ausbreitung des Christenthums, wie sie die Geschichte lehrt, die nur auf einen Theil der Erden geschehen, und mit einer Menge entsetzlicher Verfolgungen (insbesondere kurz darauf unter dem Domitian) abgewechselt hat, verstanden werden könne, ist nicht zu begreifen.

β) Die vorzüglichsten Bekenner Jesu sollen auferstehen, die übrigen Menschen sollen es nicht. Hiesse jenes: sie sollen noch nach ihrem Tode fortwürken, so wäre das letztere falsch; denn auch

auch die übrigen würken nach ihrem Tode durch ihre Schriften, ihr Andenken, ihr Beispiel.

3. Es steht der Erde noch eine Revolution bevor, wo zwar nicht alles moralische Böse von der Erde wird vertilgt seyn, aber doch das Christenthum allgemein auf der bekannten Erde angenommen werden, und keine Verfolgungen feindseliger Gegner desselben zu dulden haben wird. Wann diese Periode angeht, werden die Apostel und Märtyrer auferstehen, und mit Christo, aber unsichtbar, über diese ganze christliche Erde herrschen. Wie? das sagt uns die Apocalypse nicht, und gerade diess ist ein erhabener unverkennbarer Zug ihrer göttlichen Würde, durch den sie sich von allen chiliastischen Träumereien so sichtbar unterscheidet. — Auf diese glückliche Periode wird eine traurige kommen. Das Christenthum wird in Gefahr kommen, abzunehmen, durch den Eindrang wilder Nationen. Aber dann ist auch der Untergang der Welt nahe etc. — Diese Vorstellung thut

α) dem Texte keine Gewalt an. Der Satan wird zwar als Feind *alles* Guten geschildert: aber diess Gute wird immer in Beziehung mit dem Christenthum gesetzt.

β) sie ist übereinstimmend mit andern Stellen der heiligen Schrift, z. b. Röm. 11, 25; 1 Cor. 15, 23.

γ) sie giebt der Schwärmerey keine Nahrung.

Eine Schwürigkeit bliebe übrig. Diess tausendjährige Reich ist doch bis jetzt noch nicht da. Und doch reihet es der Seher so genau an die vorher angekündigte Zerstörung Jerusalems, und sagt auch

sonst

sonst zu wiederhohlten mahlen, dass, was in diesem Buche verkündet werde, *bald*, *schnell* geschehen solle. Daraus folgt, dass nach dieser Vorstellung dieser Theil der Weissagung gar nicht erfüllt worden, und also auch, so wie er da steht, nun nicht mehr erfüllt werden kann.

Aber der ganze Einwurf beweiset zu viel und folglich nichts. Er trifft eben so sehr Christi Weissagungen über die Zerstörung Jerusalems und das Ende der Welt, als die Weissagungen der Apocalypse. Auch dort werden beide so nahe an einander gestellt, und von beiden als einer Reihe unmittelbar auf einander folgenden Begebenheiten so deutlich gesprochen, dass wir entweder auch jener Stelle Wahrheit und Göttlichkeit absprechen, oder zur Rettung beider einen andern Weg einschlagen müssen.

Und dieser liegt theils in der Natur der prophetischen Vorstellungsart und Sprache, theils in dem positiven Rathschlusse Gottes, die spätere über Jerusalems Zerstörung hinausgehende Zukunft, besonders was Zeitbestimmung betrifft, auch vor seinen begeisterten Propheten zu verhüllen. Dass Jerusalem und der jüdische Staat untergehen, in einer nahen Zeit, noch während dieses Menschenalters untergehen solle, das ward ihnen offenbaret: auch dass einst die ganze irdische Welt untergehen, und ein allgemeines Gericht über ihre Bewohner solle gehalten werden: dass aber vorher noch eine 1000-jährige Periode seiner Herrschaft unter seinen Bekennern vorhergehen solle, während dessen seine Lehre auf der ganzen Erde werde ausgebreitet seyn, und dass endlich eine neue, aber kurz dauernde Verfolgung sich über sie verhängen werde, offenbart Christus erst jetzt seinem Liebling. — Aber wie bald nach Jerusalems Zerstörung diess alles erfolgen

solle,

solle, ob früh oder spät, das wuste, so lange Jesus auf Erden lebte, nur sein Vater, und jetzt verbarg er es sogar auch seinem Liebling. — — Genug die Begebenheiten sollten erfolgen — alle drey in einem gewissen genauen Zusammenhang mit einander, wie denn auch durch das unbestimmte *μετα ταυτα* diese Verbindung der Zeit nach angezeigt wird.

Eben aber, weil alle drey Begebenheiten *Ein* Ganzes ausmachen, und die *erste* schnell erfolgen sollte, und über die Zeit des Erfolgs der beiden andern kein Mensch etwas wissen sollte und durfte: so musste *das Ganze* als ein *schnelles* Kommen Christi dargestellt werden. — Die Erfüllung der ersten Begebenheit ist uns Bürge für die Erfüllung der zweiten und dritten; und der Zuruf: *ich komme schnell*, muss jeden, der Christum liebt und ihm trauet, in steter Vorbereitung erhalten, dass, wenn er kommt, wir würdig erfunden werden, Theil zu nehmen an seinem Reiche.

In eandem sententiam alibi differit Koppius, quae hic subiungere non abs re erit:

Die Absicht des ganzen Buchs ist: durch sinnliche Darstellung des Gedankens: "Gott, und der mit ihm herrschende Christus schützt seine frommen Bekenner, und weiss selbst den Drang des entsetzlichsten Jammers, den sie auf der verderbten Erde erdulden müssen, zu einem Mittel höherer ewig dauernder Glückseligkeit zu machen" die damahls beständig verfolgten Christen zur Geduld zu stärken, vor Abfall vom Christenthume zu sichern, und durch Hoffnung eines bessern Zustandes, in den sie gewiss bald kommen sollten, aufzurichten.

Unbillig, unverantwortlich und wahre Lästerung ist daher der Vorwurf, dass das Buch Vorstellun-

stellungen begünstige, die des reinen, geistigen, Glauben forderenden und himmlische Glückseligkeit versprechenden Christenthums unwürdig wären, und so wohl gar als Schrift eines in sinnliche Wollüste versunkenen elenden Juden verachtet werden dürfe. Wer so urtheilt, kennt entweder nicht Dichtersprache, und muss von einer Schrift, die ganz in höchster dichterischer Begeisterung geschrieben ist, zu urtheilen nicht unternehmen: oder er übersieht, was doch so deutlich da steht, dass die Stellen, die noch am wahrscheinlichsten als Beweise für eine irdische Glückseligkeit angeführt werden könnten, durch die unmittelbar vorhergehende Versicherung, dass eine *neue* Welt geschaffen werden solle, ihr ganzes Gewicht verlieren, und als Symbol baldiger grosser überschwenglicher Glückseligkeit angesehen werden müssen.

EXCVRSVS VII.

Potissima conamina interpretum celebriorum, singula carminis oracula ad singulos rerum vere gestarum euentus reuocandi, breuissime enumerantur.

De natura atque indole carminum propheticorum, quae apud Hebraeos celebrabantur, dudum conuenit inter viros talium rerum peritos, vates maiorum, futura tempora prospicientes, eaque, quae aut speranda essent aut metuenda, promulgantes, nonnisi ea cecinisse, quae nationis suae, cui consultum ibant, intererant, atque ad vitam probe et sapienter instituendam, ad firmandos doctrina animos aut solatio erigendos commoda videbantur et salutaria.

Atque

Atque in eis praenunciandis nonnisi in rebus generalioribus subsistebant, ad singulos autem rerum gestarum euentus, a saeculis remotioribus exspectandos, descendere non placuit. Apparet hinc, quam caute et circumspecte in enarrandis prophetarum documentis agendum sit bono et cordato interpreti, quas sibi interpretandi leges et normas indicere, quos fines et limites ponere, quantoque studio cauere debeat, ne eos egrediatur. Quae cuncta et Apocalypseos interpreti vel tum sancte seruanda forent, si vaticinia noua hic et inaudita antea lectoribus offerrentur: quanto magis cauendum erit, ne ad res et euentus singulos aduertamus animum, aut in saecula ab aeuo, quo florebat vates, nimis remota prospiciamus, si, quemadmodum et in prolegomenis obseruauimus, ne vaticinia quidem hic, saltem non quo sensu sumuntur dogmatice, exhibentur; sed non nisi ea, quae futura auguratus quondam fuerat Jesus Christus, quaeque ex eius ore repetierant Apostoli, ita exprimuntur, vt per signa figurasque impleta iam euentuque comprobata ea vidisse se vates testificetur. Atque vtinam hanc interpretandorum monumentorum propheticorum normam et regulam prius sibi sanxissent interpretes! profecto multa abfuissent, quae ex plenissimo copiae cornu ad hoc carmen nostrum ab eis effusa sunt, quum singulos litterarum apices, vt rerum futurarum indices et testes rimarentur, laetabundi, si ex rerum gestarum penu vnum alterumue euentum inuenissent, qui vaticiniis Apocalypseos aptari magis minusue idonee posset; aut si ne leuissimae quidem similitudinum vmbrae apparerent, in certissima spe acquiescentes, fore, vt saeculis futuris ea quoque rata habeantur et effecta. Accedebat, quod in carmine nostro vestigia satis conspicua occurrunt, nonnunquam ad rerum vere gestarum euenta respexisse vatem, id quod nec nostra exege-

sis,

sis, nec Eichhorniana etc. inficias ibit: nam hinc ea, quae leguntur cap 9, 11, et ex mente Eichhornii ea simul, quae cap. 17. occurrunt, potissimam lucem nanciscuntur. Sed quantum negotii ad ipsum facessere interpretibus credimus, vt rite distinguatur, quibus in locis aut ad veros rerum euentus animum aduertisse existimandus sit poeta, aut symbolice tantummodo et per aenigmatum figuras loquutus esse, nec nisi id egisse, vt ornatum carmini verborumque lenocinia adhiberet?

Enimuero dici vix potest, quot quamque discrepantes sententias hinc in lucem prolatas inuenire liceat; quam diuersa rerum gestarum aut gerendarum momenta saeculorum propiorum remotiorumue in hac nostra tabula depicta esse credita sint et credantur; quamque prodigi laboris, temporis, doctrinae caeteroquin summi aestimandae, in rebus fluxis et lubricis desudauerint viri eruditi. Quibus cunctis referendis, nedum excutiendis, quum integra librorum volumina vix sufficiant, ne tamen omnem locum silentio praetermittamus, haud ingrate lectoribus facturos nos speramus, si nonnulla ex sententiis interpretum celebratissimorum, nec non ex eis, quae nostra aetate prolata esse vtique mirandum est, adscribimus, vt, qui maiora volumina euoluere aut nequeunt aut dedignantur, habeant tamen specimen aliquod, qua arte et industria singula facta ex singulis figuris expressa sint. Tu vero hic suspicari noli nomina ignobilia aut obsoleta: illa enim valere iubemus; imo clarissimos homines videbis, in legendis veterum monumentis versatissimos, immensa doctrinae copia instructos, aut ingenio sublimiore et quasi diuinioris particula aurae afflatos, aut eximio rei christianae studio, et insigni erga Deum et Jesum Christum pietate conspicuos, et omnino omni honore et veneratione prosequendos et suspiciendos. Quocirca

circa in afferendis his omnibus longe absumus a frivolo studio, risui exponendi eorum nomina virorum, quibus nosmetipsos longe inferiores sentimus, nec vero in manes BENGELII, WETSTENII, HERDERI impios nos gerimus: imo admiramur multa, quam apte iungere calluerint res diuersissimas, et omnia ita attemperare, vt sibi constarent quadrarentque, et ad vnum finem tenderent. Et sane cuncta ferme, quae scripserunt illi viri, insignia, praeclara, egregia esse lubenter profitemur: id tantummodo negamus, Joanni in mentem ea venisse.

Auspicemur autem a BENGELIO, cuius nomen non sine veneratione eloquetur aequus quisque rerum iudex et arbiter, reputans, quam insignia hominis de Noui Testamenti non solum crisi sed et exegesi merita fuerint. Dolendum vtique est, tantum virum in explicanda Apocalypsi tantopere impegisse, et sententias in lucem protulisse, quae ipsi quidem verae et magnae apparebant, sed aliis tamen nugae et deliria videbuntur. Sed dandum illud est immenso doctrinae thesauro, quo ad res obscurissimas dilucidandas opus esse existimabat: magis tamen omni genio temporis illius, quo florebat, nec non pietati venerationique, qua omnia amplectebatur, quae hominibus christianis sacra sunt et magni habenda. Quis, quaeso, non mouetur, legendo verba illa, quae ex eius Apparatu critico in Nouum Testamentum pag. 778. in commentario ad cap. 21, 19. adscripsimus? quis iniquus erit viro eruditissimo, quod, quum metueret, ne interpretationes suae apocalypticae temerariae quibusdam viderentur et male sanae, quumque conuicia aliorum et ludibria vere iam expertus esset, ita scribit [1]): "Omnes oro, *ne a me quidquam aduersus veram sobrietatem admissum existiment.*" Talis profecto viri

[1]) In Gnomone ad cap. 20, fin. p. 1198.

viri de Apocalypsi interpretanda sententias ne audire quidem velle, magnae profecto arrogantiae, ne dicam impietatis, habendum foret. Audiamus ergo virum, sed ita, vt nonnisi potissima delibentur, ne nimietate copiae displiceamus.

Est igitur ex sententiá Bengelii ea Joannis mens, id consilium, vt potissima fata, quae inde a prima origine vsque ad consummationem saeculorum vel secunda vel aduersa experta erat res christiana, in vnam summam redacta lectoribus ob oculos ponat. Omnia autem, quae in his vaticiniis praenunciantur, ex mente Bengeliana ad triplex illud *Vae*, quod exclamatur cap. 8, 13, tanquam rerum summam, reuocanda sunt: atque ex his

Vae primum, seu plaga prima, quae portenditur, est interitus rerum Judaicarum, barbarorum in terras doctrina cultas et expolitas incursus, qui sub imagine magnae rupis in mare deturbatae cap. 8, 8. exhibetur: Sed v. 8, 11 stella Αψινθος significat pestiferam doctrinam Arianorum.

Vae secundum Saracenicum est, et cap. 9, 13 ingredientem cernere est exercitum non Romanorum sed Saracenorum. Ad multas gentes, potentissimosque reges terrarumque dominos vsque penetrauit religio christiana, vti praedicitur cap. 10, 11: atque quum saeculo nono tot nationes, maxime e Slauorum genere, ad Christianismum transiissent, mulier illa, i. e. ecclesia christiana satis commode peperisse, id est nouos filios nacta esse, dici poterat cap. 12. Eadem mulier cap. 12, 6. 14. confugit εις ερημον, i. e. religio christiana penetrat in illos terrarum tractus, qui, quod antea hoc numinis dono caruerant, deserti dici poterant, trans Danubium puta, in Transsylvaniam, Hungariam, Poloniam, Russiam etc.

Vae tertium, ad nostra vsque saecula malis suis infestum, ex Papatu Romano creatur: namque bestia

illa

illa cap. 13. omnino nil indicat aliud, quam Romanum Papatum: atque capita septem indicant successionem papalem inde a saeculo vndecimo. Eius conditor fuit Gregorius septimus seu Hildebrandus, natus anno 1077, qui, per vitam omnem multa adversa expertus, πληγη ὡς εις θανατον percussus esse dicitur cap. 13, 3., sed et εθεραπευθη, quia, faustiore fortuna arridente, in summum potentiae culmen enisus est. Iam cap. 13, 11. monstrum terrestre laruatam pietatem denotabit, quae citra verbum Dei sine redemtore et paracleto a multis colitur; Deismum, Socinismum, Pelagianismum, et insanum studium, omnia, vel ipsum Mahometismum, cum Christianismo conciliandi: quae cuncta eo faciunt, vt vis et potentia papatus magis indies crescat et stabiliatur.

At cap. 13, 18. αριθμος ανθρωπου, quemadmodum et in commentario obseruatum est, dictum est pro numero, secundum quem computare solent homines (aeque ac cap. 21, 17. μετρον ανθρωπου mensuram indicat, qua vtuntur homines), idque positum est pro numero temporum humanorum. Hic autem numerus 666 aequalis esse Bengelio videtur illis 42 mensibus seu 1260 diebus, qui passim in carmine occurrunt; sed rationes tamen, quibus istos numeros sibi conciliat, equidem parum assequor: nec magis intelligo calculum subtilissimum, quem inducit ad cap. 13, 17 et 20, vbi bina millia, seu bina millennia in computum admittuntur, quorum alterum dicitur legati Satanae, alterum regni sanctorum. Sed ex calculo hoc Bengeliano ea saltem attulisse non fraudi erit, quae futuris temporibus adhuc instare existimantur, nimirum

Anno 1810 finis erit 42 illorum mensium, et septima phiala effusa erit.

Anno

Anno 1832, d. 14. Octobr. bestia seu draco ex Abysso regnabit (cap. 12).

Anno 1832, d. 22. Octobr. regnabit etiam bellua illa decem cornibus instructa (c. 13).

Anno 1836, d. 18. Junii deuincetur illa bestia et profligabitur [2]).

Sufficiat, potissima haec ex opinionibus Bengelianis delibasse, nec quidquam de Waldensibus, Scholasticis, Wiclefianis, qui cuncti in Apocalypsi exagitati esse dicuntur, addamus.

Excipiat WETSTENIUS, vir doctissimus et in legendis veteribus versatissimus, cuius interpretatio longe alia via ingreditur, et ad veros rerum gestarum euentus reuocans momenta singula, non tam in futura tempora penetrat, quam praesentium aut praeteritorum rationem habet. Is singularem commentationem conscripsit, in qua, quae suo quaeuis loco commentariis intexuit, repetuntur et serie continua

[2]) Transscripsi haec ex Bengelii Gnomone ad Cap. 13, 1, et 18, p. 1133-1156 et 1160-1172; ad cap. 17, p. 1182-1186, et ad cap. 20, p. 1198. Vberius exposita sunt in libro vernacula lingua a Bengelio edito, vid. prolegom. p. 99. — Correxisse autem et emendasse Bengeliana haec tempora videtur alter Scaliger, Mich. Friedr. Semler (vid. prolegom. p. 100), a quo monemur, 666 annos adiiciendos esse anno Christi 65, quo Petrus, primus episcopus Romanus, obiit, vt exeat annus 731, quo Gregorius III. sedem Petri Romae occupauit. Cui si addideris alios annos 1260, inuenies annum 1991, quo elapso pleraque, quae Apocalypsi praenunciantur, impleta esse dicentur. Eo quippe anno inaugurabitur regnum millennare, adeoque anno 2991 soluetur denuo Satanas, paruoque temporis interuallo interiecto ingruet iudicium extremum, quod non longe post annum 2991 euenturum esse hinc discimus. Credite posteri!

tinua enarrantur [3]), ex qua, ſicuti ex obſeruationibus per commentarium diſperſis, haec ferme excerpta damus:

Joannes inde a capite quarto ſub emblematum figuris adumbrat

1) tum bellum Judaicum, a Joſepho deſcriptum:
2) tum bellum ciuile in Italia inter Othonianos, Vitellianos, Flauianosque geſtum:
3) quorum vtrumque per $3\frac{1}{2}$ annorum ſpatium flagrabat:
4) ſed ita vtrumque depingit, vt tum
   a) quae temporibus prioribus geſta cum eis vna aliaue ratione cohaerebant, paullo altius repetat, tum
   b) quae mox conſequuta ſunt, ſubiungat.

Duas autem vaticiniorum apocalypticorum partes agnoſcit Wetſtenius, quae continentur vel

1) libro clauſo: is agit de terra et tertia parte, i. e. de Judaea et natione Judaica, vel
2) libro aperto: is vaticinatur de populis et nationibus et linguis et regibus multis c. 10, 11, i. e. de imperio Romano,

quam quidem diſtinctionem, etiamſi apparet, interitum Judaismi et gentilismi a Wetſtenio indicari, nemo tamen facile probabit.

At liber ille, inſcriptus *εσωϑεν και οπισϑεν* (in dorſo, vt nos vocamus), cap. 5, 1. eſt liber repudii, Judaicae genti a Deo miſſus: id quod haud abſurde exputatum eſſe dixeris, notionibusque et locutionibus Noui Teſtamenti ſatis conuenienter, quatenus eo libro

[3]) De interpretatione libri Apocalypſeos N. T. Vol. II, p. 889 ſqq.

libro continebatur decretum diuinum de repudianda et difpergenda natione, quae olim prae omnibus aliis Jouae in deliciis fuerat.

Et haec quidem in vniuerfum. Iam ad fingula:

I) *Quae bellum inter Romanos Judaeosque praecefferunt.*

Cap. 6, 2. equus albus, i. e. victor, indicat Artabanum, Parthorum regem, qui, imperante Claudio, Judaeos, Mefopotamiam et in primis Babyloniam incolentes, per generum fuum Mithridatem magna clade affecerat, narrante Jofepho Antiqu. Lib. 18, c. 12, init. (edit. Aurel. Allobr. 1611): quo et Matth. 24, 6 alludi idem exiftimat. Sed ob hanc explicationem multam aequalium fuo tempore vituperationem fubiit Wetftenius.

Cap. 6, 4. equus ille rufus innuit ficarios et latrones, nec non motus Theudae, Judae Galilaei, Act. 5, 36. 37, qui fub procuratoribus Tiberio Alexandro et Ventidio Cumano Judaeam mifere infeftauerant.

Cap. 6, 5. equus niger infigne eft famis illius triftiffimae, quae imperante Claudio terrae incubuerat, Actor. 11, 28; Jofeph. Ant. 20, 2, 3.

Cap. 6, 8. equus giluus morbos denotat, qui famem iftam fubfequebantur, nec non latrocinia fub procuratoribus Felice, Fefto, Albino et Geffio Floro. At

Cap. 6, 9. animae chriftianorum per Judaeam vexatorum occiforumque infurgunt, cui fententiae et nos lubenter fubfcribimus, longe tamen difcedentes, fi

Cap. 6, 14. terrarum motus indicare dicuntur feditiones, per Judaeam recrudefcentes.

Cap. 7, 3. fignantur homines chriftiani, quos peculiari tutela fufcepit Deus, et per prophetas admonuit, vt mature fe imminenti tempeftati fubducerent.

Cap.

Cap. 7, 9. spectat ad expeditionem Cestii Galli, praesidis Syriae, aduersus vrbem, quae incidebat in festa tabernaculorum, in quibus celebrandis palmas gestabant Judaei, Matth. 23, 39: iamque instare existimabantur et Judaeis extrema supplicia et christianis hominibus malorum liberatio, Luc. 21, 28.

Cap. 8, 1. σιγη illa ὡς ἡμιωριον indicat breues illas inducias, quae, quum iam omnia à Romanis ad bellum parata et instructa essent, intercedente cum pontificibus Agrippa rege, concedebantur, de quibus Joseph. Bell. Jud. Lib. II, cap. 15–17. refert.

Cap. 8, 7. Δενδρα hic designant vrbes maiores, et castella munita, quorum magna pars cecidit bello Judaico, at χορτος χλωρος indicat villas et pagos, aliosque locos agrestes, qui *omnes* igne consumti dicuntur (non solum *tertia pars*, vt arborum), quia, qui agrum inhabitabant, prae oppidanis calamitate belli affligebantur, vti obseruat Joseph. Bell. Jud. Lib. II, cap. 10.

Cap. 8, 8. ὁρος μεγα πυρι καιομενον, nec non αστηρ καιομενος, Αψινθος, lugubres illas clades designat, quae Judaeis, per omnes vicinas vrbes, Damascum, Scythopolim, Caesaream etc. misere iugulatis, inferebantur, Jos. B. J. Lib. 2, 14, 4. Ad eandem stragem et nostra interpretatio respicit saepissime, quamquam hoc quidem in loco ne leuissimas quidem rei vmbras equidem inuenio.

Tandem cap. 8, 12. defectus solis, obductaque tenebris terra, denotat anarchiam terrae Judaicae, qua summa imis miscebantur, Jos. B. J. II, 17, 5; quia scilicet reges et principes legitimi, qui ciuitati instar luminum sunt, aufugerant.

Hactenus mala, quae bellum anteiuerant. Sequuntur

II) *Quae flagrante bello Judaico ipso, et ingravescentibus motibus ciuilibus Romanis acciderunt.*

Et haec quidem inde a capite nono ita adumbrantur, vt

Protinus cap. 9, 3 sqq. expeditio Cestii Galli, Syriae praesidis, in Judaeam designetur, de qua Joseph. B. J. II, c. 24. refert. Huius ducis exercitus perquam opportune cum scorpionibus conferri poterat: 1) quia suscipiebatur illis mensibus, quibus scorpiones maxime infesti esse solent: 2) quia permultos exercitus habebat sagittarios, quorum sagittae caudas scorpionum referunt: 3) quia rex Antiochus Comagenus, qui sub Cestio militabat, gerebat insigne scorpii: 4) quia inter alia tormenta bellica illud quoque exercitus secum ducebat, quod scorpius vocabatur. — Sed et aliis signis satis clare distinctum esse huius Cestii exercitum, Wetstenius opinatur, e. gr. *ἱπποις ἡτοιμασμενοις εις πολεμον* v. 9, quia multo equitatu pollebat Cestius: *στεφανοις χρυσοις*, ibidem, quia mitrae insigne erant Arabum, qui in exercitu aderant: *γυναιξι*, v. 8, quo indicantur arma versicolora, militumque *τρυφη* et luxuries.

At inde a c. 9, 13. exercitus Romanorum, qui, Vespasiano duce, terram ingressus est, delineatur, quae eadem sententia et nostra est, et summi Eichhornii aliorumque. Suspicatur autem Wetstenius, fluuio Euphrate v. 14. ex eadem interpretationis lege Tiberim indicari, ex qua infra Babylon insigne est vrbis Romae, et per *τεσσαρας αγγελους* exprimi reges sociorum, qui opem Romanis ferebant: illa tamen: *εις την ὡραν, και ἡμεραν, και μηνα και ενιαυτον* indicant 3½ annos, per quos bellum gerebatur.

Notatu dignum videtur, quo tendere Wetstenius existimet ea, quae cap. 10, 11. leguntur: *δει σε παλιν προφητευσαι επι λαοις — — πολλοις*. Iubetur

betur quippe vates praeter ea, quae hactenus de Iudaeis solis cecinerat, illa quoque in carmen suum admittere, quae ad res et vicissitudines gentium, i. e. Romanorum, spectabant. Atqui in idem tempus incidebat mors Neronis, et bella ciuilia sub Galba, Othone, Vitellio et Vespasiano. Iam ergo et de rebus Romanis fere cuncta a Wetstenio exposita inveniemus, sed interuenit primo caput vndecimum, in quo

Cap. 11, 3. 4. prophetae indicantur, qui vrbis excidium praenunciauerant, vti Jesus Anani filius, Jos. B. J. VII, 12.

Cap. 11, 7. *αποκτενει αυτους* ita exponuntur: trucidabit eos (christianos homines) seditio, i. e. faciet, vt relicta Palaestina Pellam trans Jordanem se recipiant, vt in Palaestina ipsa nulli iam supersint christiani et quasi occisi videantur: sed v. 9. christianos absentes non minoribus odiis et calumniis persequentur, quam praesentes. At

c. 11, 13. *σεισμος* illum terrae motum portendit, cuius omina exponit Jos. B. J. 4, 3, 9, in quo decima pars vrbis corruet, et septem millia hominum occumbent, qui quasi decimam partem efficiebant eorum, qui bello ipso exstinguendi erant. Caeterum et Wetstenius cum aliis interpretibus respicit ad sacerdotes hominesque nobiles, cum pontifice Anano trucidatos. — Et his quidem capite vndecimo interiectis, insiunt res Romanae ipsae.

Cap. 12. Hic exhibetur splendida ecclesiae christianae imago, solis, lunae et duodecim Zodiaci signorum radiis distincta, ad exemplar Genes. 37, 9. At v. 3. draco ille *πυῤῥος* neminem designat praeter Neronem, crudelem et sanguineum, cuius decem cornua sunt decem imperatores Romani, e quibus Julius Caesar (nam a Julio Caesare vsque ad Vespasianum pertexit seriem Wetstenius) et Caius

Cali-

Caligula morte violenta occubuerunt, spemque inanem restituendae reipublicae populo Romano reliquerunt: Nero autem prae aliis eminet, quia e familia Caesarum vltimus erat, adeoque propter nobilitatem in coelo conspicitur. — To τριτον των αστερων v. 4. innuit Judaeam, quam Nero potestate sua tenuit. — Michael cum angelorum exercitu contra draconem pugnans v. 7. significat ecclesiam christianam ab imperio Romano vexatam. Praeceps ille casus, quo Satanas e coelo deturbatur v. 9, indicat Neronis mortem. — V. 11, 12 sqq. notantur variae clades, quibus hominum christianorum fide et constantia superatus Nero affectus est, incendium vrbis, terrae motus, conspirationes. — V. 15. ποταμος est exercitus Cestii. — V. 16. Palaestina omnes hostium exercitus recepit aluitque, vt Christi sectatores, in Peraeam confugientes, nil mali ab eis extimescendum haberent. — V. 17. Nero iram suam conuertit in Judaeam et ecclesiam Palaestinensem. — Denique omnia haec, quae cap. 12. de Nerone perhibentur, in coelo peracta esse a Joanne referuntur, quia Nero omnia, quae machinatus est, publica auctoritate perfecit, vnde quasi e coelo dominari videri poterat. Sed iam inde a

Cap. 13. nimius est Wetstenius in perquirendis historiae Romanae euentis, quae aenigmatice hic proposita videntur. Siquidem non solum bellua illa marina septiceps Romam vrbem sub imperatoribus denotat, id quod complures interpretes agnoscunt, sed et cornua illa decem, quae et Wetstenio totidem exercituum duces videntur, idcirco coronis cinguntur, quia multi duces a legionibus ad maiestatem imperatoriam, cuius insigne erat laurea corona, euocabantur. At

v. 2. nulla corporis belluae pars, quam a fera aliqua bestia mutuatus erat poeta, otiosa est et absque

que significatione. Cernimus potius ex leonino rictu auaritiam Galbae, diuitiorum bonis inhiantem, ex pardali inconsideratam Othonis leuitatem, temerariamque festinationem et vitam impudicam, et ex pedibus vrsi Vitellii feritatem et torporem.

v. 3. Caput lethali vulnere affectum significat mortem indignam et ignominiosam Galbae (Sueton. Galb. c. 20. Tacit. Hist. 1, 41 sqq.): illa tamen πληγη εθεραπευθη, quia duo Caesares alii subnascebantur, Otho et Vitellius (perinde et Caesare interemto Augustus et Tiberius, et post Caligulam Claudius et Nero succreuerant). Omnino autem ex primis duodecim imperatoribus septem gladio perierant, ad numerum septem capitum draconis et belluae.

v. 4. Τις ὁμοιος τῳ θηριῳ spectant ad verba nefanda et βλασφημα, quae Titus Imperator, quum templum Hierosolymitanum intrasset, dixisse fertur (vide loca Rabbinorum apud Wetsten. ad h. l.).

v. 9, 10. referenda sunt ad interitum tam Othonis, qui ob caedem Galbae illatam a Vitellio sede motus est, quam Vitellii ipsius, qui Sabino quondam catenas iniecerat, sed postea, ab eodem Sabino, Flavianarum partium duce, deuinctis post tergum manibus ad supplicium tractus est.

v. 11. Alterum illud monstrum Vespasianus est, instructus cornibus duobus, i. e. filiis Tito et Domitiano, qui vna cum patre de pacata Judaea triumphum egerant.

v. 14. Εικὼν est imago imperatoris, in vexillis signisque a militibus adoranda.

v. 18. numerus 666, vt iam in Excursu 4 obseruatum est, exprimit Τειταν i. e. *Titum* Flavium Vespasianum, cum duobus filiis, Tito et Domitiano.

Hinc iam mira quadam arte ea, quae cap. 14-16. celebrantur, ad motus ciuiles Romanos detorquentur, qui

qui denotantur ſub ὥρᾳ κρίσεως v. 7. — V. 11. exagitantur milites Othoniani, non impune laturi proteruiam ſuam, quippe quibus principio quidem fauſtior fuerit ſucceſſus, v. 14, ita vt Otho Vitellianos commeatu prohiberet, v. 15 ſqq., quibus tamen Vitelliani mox aduerſum profecti amphitheatrum Placentiae iniecto igne delebant, v. 18. (cf. Tacit. Hiſtor. II, 21, 71. 72; Sueton. Vitell. cap. 15.), et Othonem tandem apud Bedriacum ingenti clade affecerunt, v. 20. [4]). Sed mox

Cap. 16. et Vitelliani a Flauianis debellantur, et inſequuntur vlcera turpesque morbi Vitellianorum militum, v. 2. (Tacit. Hiſtor. II, 70.; Sueton. Vitell. c. 10.); — claſſis defectum a Vitellio molitur, vrbesque maritimae a Flauianis eidem eripiuntur (Tacit. Hiſt. II, 100; III, 6. 12 ſqq.), quod indicatur θαλασσᾳ, v. 3; — proelia in tranſitu fluuiorum, vel iuxta flumina a Vitellianis male pugnata indicantur ποταμοις c. 4. (cf. Tac. Hiſt. III, 6, 14. 17 ſqq.); — clades, quas infligebat militibus aeſtus impatientia, deſignat vox ἥλιος v. 8. (Tac. Hiſt. II, 93); — tenebrae, de quibus ſermo eſt v. 10, indicia ſunt torporis Vitellii, quo turbata Romae omnia et quaſi caligine obſita erant. — At reges ex Oriente in auxilium vocati, v. 12, quinam exiſtimandi erunt alii, quam Veſpaſianus et Titus? qui labans diu et incertum regnum Romanum denuo ſtabiliuerant (Sueton. Veſpaſ. c. 1. 4. 5; Tacit. Hiſt. V, 10). — Ad v. 13. annotatur, vti, qui a Galbae partibus ſteterant, Vitellium erant ſequuti, ita Neronis Othonisque (του θηριου) ſectatores a partibus Flauianis (του ψευδοπροφητου) ſtetiſſe: Flauianos autem longe poſt Vitellii

4) Omnem hunc locum c. 14, 14-20. de Barcocheba illo, ad quem Wetſtenius refert ſequentia cap. 20, 7. 8, dictum vult JOHANNSEN, (prolegom. p. 101 et EICHHORN Biblioth. B. I, p. 937.)

tellii interitum insidiatos esse Vitellianis (Tac. Hist. IV, 18.); et τρια πνευματα distinguuntur, quia tripartito agmine conflictati sunt Vitelliani et Flauiani (Tac. Hist. III, 82.). — Ne v. 15. quidem Romana historia negligitur: nimis enim incurius Vitellius inopinato periit morte ignominiosa (Tacit. Hist. II, 31; Sueton. Vitell. 7.). — At locus ille Αρμαγεδδων signum est castrorum praetorianorum (Tacit. Hist. III, 84.). — Denique v. 19. εις τρια μερη discedebant incolae vrbis Romae, scilicet in Vitellianos, Flauianos, et eos, qui populum Romanum, seu rempublicam, malebant: et grando illa v. 21. satis perspicue designat vrbis expugnationem per Flauianos, qui plurimis ballistis vtebantur (Tacit. Hist. III, 84.), idque mense Decembri, quo plurima grando solet decidere, vnde eleganti imagine cum grandine comparantur ballistae. Νησοι autem v. 20. sunt domus singulae, quae, quod nulli aedificio alii iunctae erant, insulae vocabantur, e. gr. apud Tacitum.

Cap. XVII, v. 2. οἱ βασιλεις της γης indicant multos illos e familiis nobilium, qui Romanum imperium inde a Galba vsque ad Vespasianum ambiebant affectabantque. — V. 4. πορφυρα insigne est Caesarum, quibus solis purpura vestiri licebat. — V. 8. Ην και ουκ εστι etc. ex historia Othonis petita sunt, quem aemulum Nero inuidia motus in Lusitaniam, extremam versus Occidentem prouinciam, ablegauerat, vt quasi e medio sublatus et exstinctus videretur; vnde tamen, comiter, vt Tacitus perhibet, administrata prouincia, reuersus, denuo quasi novam in scena personam sustinuit. — V. 10. Septem Caesares sunt, qui inde a Julio Caesare vsque ad Galbam successione legitima se exceperunt, quorum quinque ceciderant, a Julio Caesare vsque ad Claudium: εις ille, qui superstes est, Nero est, αλλος ille, qui nondum aduenit, Galba habebitur, cuius

nomen

nomen ipsum vocabulum αλλος refert, quem tamen ὀλιγον δει μειναι (Sueton. Galb. c. 4.) — v. 11. θηριον, seu ογδοος Otho erit, cuius vel nomen vocabulo ογδοος exprimitur. — Is ipse εκ των ἑπτα εστι, i. e. εκ του θηριου (Romano regno), του εχοντος κεφαλας ἑπτα. Namque septem priores Caesares adumbrantur imagine belluae vnius, ex qua nascitur alia bellua, i. e. quibus successit octauus Otho. Sin hanc explicationem repudiaueris, per enallagen numeri cardinalis pro ordinali εκ των ἑπτα dictum esse credere licet pro εκ του ἑβδομου, i. e. εκ του Γαλβα. A Galba autem eatenus deduci poterat Otho, quia ab eo adoptatus erat. — Idem εις απωλειαν ὑπαγει, quandoquidem sibi ipsi manum intulit Otho, adeoque in eum gehennae locum migrauit, quem occupabunt οἱ αυτοχειρες, cf. Actor. 1. 25. — V. 12. sub decem cornibus non solum decem duces cum aliis interpretibus agnoscit Wetstenius, sed distinctius decem duces Flauianarum partium, quorum ipsa nomina ad cap. 17, 12. affert, collecta et conquisita vndique ex Tacit. Hist. III, cap. 2. 4. 12. 6. 7. 9. 10. 52. 59.

Cap. XVIII, pergit in describenda calamitate, quae per motus illos ciuiles vrbem Romam inuaserat, in qua primo occurrit dirum illud omen ορνεου ακαθαρτου, v. 2, quod Vitellio accidit, quum concionem habentem superuolitarent innumerae foedae volucres (Tac. Hist. III, 56.). — V. 8. Λιμος ille vere incubuit vrbi imperante Vespasiano, quia Vitelliani nondum in nouis rebus acquieuerant (Tacit. Hist. IV, 38. 52.). — V. 16. εν μια ὡρη ηρημωθη ὁ πλουτος, quia Vitelliani immensam praedam egerant (Jos. Bell. Jud. IV, 10.). — V. 18. denique πυρωσις est conflagratio Capitolii (Tacit. Hist. III, 71-79; Jos. Bell. Jud. IV, 11, 4.).

Cap.

Cap. XIX, 20. Επιασθη το θηριον, Nero, Galba, Otho, Vitellius, και ὁ ψευδοπροφητης, Vespasianus, Titus et Domitianus.

Haec ferme et huiusmodi multo plura indicia rerum, ingrauescente bello ipso gestarum, quum conquisisset Wetstenius, pergit et ea circumspicere,

III) *Quae postea insecuta sunt.*

Hic autem Cap. 20, v. 7 et 8. Gogitae et Magogitae designabunt Barcochebam [5]) Judaeum, christianis hominibus aduersantem, qui imperante Adriano cum ingenti Judaeorum exercitu e speluncis terrarumque latebris progressus subito apparuit, et Christi sectatores, qui cum eo arma contra Romanos ferre adspernabantur, multum vexauit, tandemque post varia proelia cruenta ab Adriano imperatore vltima caede perdomitus est. (Justin. Mart. Apol. 2. Βαρκοχεβας, ὁ της Ιουδαιων στασεως αρχηγετης, Χριστιανους μονους εις τιμωριας, ει μη αρνοιντο Ιησουν Χριστον και βλασφημοιεν, εκελευεν απαγεσθαι: Cf. Oros. Lib. VII, c. 13.).

Cap. 21 sqq. demum in tabula depingitur quietus status Romani imperii, tandem aliquando pacati. (Tacit. Histor. IV, 3.): iamque terrarum orbe sanguine et igne quasi expiato, doctrina Jesu Christi dominam se et reginam gessit, et laetioribus indies incrementis vbique terrarum aucta est.

Haec ferme sunt, quae ex interpretatione Wetsteniana excerpere consultum videbatur, non quidem, quod amplectar eam aliisque commendatam velim (prorsus enim abhorret a natura et indole carminis prophetici): sed quod omni laude digna videbatur

Viri

[5]) Johannsen, qui hunc Barcochebam iam cap. 14, 14-20. praenunciari existimat, hoc quidem loco Turcarum incursiones in Europam, eorumque ex Europa repulsam praesagiri arbitratur. vid. Eichhorn l. c. p. 940.

Viri Summi eruditio et in circumſpiciendis vndique et conquirendis e veterum ſcriptorum monumentis illis indiciis, quae argumenta ſententiae ſuae ſuppeditare poſſent, ſedulitas et indefeſſa ſollertia. Sunt quidem interpretes permulti, qui eandem explicandi viam praetulerunt, ſed paucos me legere memini, qui tam apte et concinne diſpoſuerint res diuerſiſſimas et ad vnum finem conſiliumque attemperauerint. Quapropter tametſi ſuffragium huiusmodi interpretationi ferre merito dedignamur, quin admiramur et ſuſpicimus doctrinam hominis legendis et euoluendis veterum ſcriptis ita ſubactam, vt ne leuiſſimae quidem ſimilitudinum vmbrae fugere poſſent.

Sed eadem, quin longe maiori attentione animi digna videbitur interpretatio HERDERI, quem inter carminis noſtri commentatores cum Eichhornio principem locum obtinere nemo non largietur. Eandem cum Wetſtenio viam is ſequitur, quod et ipſe ad res euentu comprobatas ſingulas carminis partes reſpicere ſtatuit: toto tamen coelo diſcrepat interpretatio vtraque, quatenus Wetſtenius praeter res Judaicas Romana quoque inueſtigat, Herderus tamen nonniſi ea, quae ingraueſcente bello Judaico in Judaea geſta ſunt, carmine expreſſa eſſe cenſet, adeoque praeſtantiſſimos Joſephi de Bello Judaico libros perpetuum commentarium Apocalypſeos nominat. Et ſane ſi ad euentus ſingulos poetam in proponendis figuris ſingulis reſpexiſſe volueris, longe rectius Judaica ſola expreſſiſſe eum dixeris, quam cum Judaicis Romana: quandoquidem vix tam accurata ſingularum rerum per omnem orbem Romanum geſtarum cognitione imbutus fuiſſe videbitur, quum res Judaicae ei, vtpote Judaeo, prae aliis cognitae et auditu compertae eſſe poſſent.

Incipiamus autem indidem, a reſignatione libri cap. 6. Ibi v. 2. equus albus victoriae inſigne eſt,

quam

quam de Herode Antipa, Galilaeae tetrarcha, reportauit non Artabanus, vti Wetstenio videtur, sed Aretas, rex Arabiae Petraeae, de qua exponit Josephus Ant. 18, 5, quod propius verum accedere videtur, quia haec clades in signum vindictae diuinae ob peremtum Joannem baptistam inflicta esse a nonnullis credebatur.

At cap. 6, 3. 4. rufus equus de tumultibus internis seditionibusque per Judaeam sub procuratoribus Felice et Festo ingrauescentibus explicatur, de quibus Joseph. Antiq. Lib. 20, c. 2 et c. 13 sqq. et Bell. Jud. Lib. 2, c. 12. 13. 14. refert. Ea sane propiora sunt aeuo illi, quo Apocalypsis consignata est, quam motus illi, quos hoc loco designatos existimat Wetstenius [6]).

Cap. 6, v. 5. 6. 7. 8. autem prorsus Wetstenianam explicationem sequitur Herderus, de fame, quae imperante Claudio ingruebat, et morborum contagione, quae insequi solet, locum et ipse intelligens.

Cap. 6, v. 9. 10. manes occisorum prophetarum, e. gr. Jacobi, Actor. 12, 2; Jos. Ant. 20, 8, eorumque, quorum Matth. 23, 35. mentio fit, Deum ad vindictam prouocant.

Cap. 6, 12 sqq. eadem prodigia memorantur, de quibus refert Joseph B. J. VII, cap. 12.

Cap. 8. classica prioribus quatuor tubis data tanquam ad quatuor elementa spectare videntur. Nam quae

*) Abauzitius, *Essay sur l'Apocalypse*, Oeuvr. Tom. I, Genev. 1770, qui eiusdem fere est opinionis, quae Herdero videtur potior, sub quatuor his equitibus intelligit extremos quatuor procuratores Romanos, Claudium Felicem, Porcium Festum, Albinum et Gessium Florum. — Sunt qui quatuor praecipuas haereses antiquioris ecclesiae christianae eis designatas putent: quin et quatuor euangelistas hic inueniunt.

quae v. 7. terrae mala ingruunt, aenigmatice indicant cruentas per Judaeam omnem ſeditiones (cf. quae de equo rufo c. 6, 3. 4. arbitratur Herderus; et Eleazari oratio apud Joſeph. Bell. Jud. VII, c. 8.). — At quibus plagis v. 8. maria afficiuntur, ſymbola erunt tumultuum, quibus infeſtabantur vrbes maritimae, veluti Joppe, Joſ. B. J. II, 18; III, 15–17. — Tum quae v. 11. de ſtella Αψινθω in fluuios aquarumque fontes delapſa canuntur, Eleazarum metaphorice deſignant, qui, primus inſani Zelotarum furoris auctor, omnes medelae ſolatiique fontes turbavit, et quaſi amaro abſynthio infecit, Joſ. B. J. II, 17. — Denique αετος ille v. 13. ſatis claris indiciis aquilam Romanam, grauiſſimam malorum molem Judaeae illaturam, deſignat.

Cap. 9, 1–12. exagitantur latrones et ſicarii, qui, quum Veſpaſianus ipſe Judaeam ingreſſus moras necteret, tumultu, ſeditionibus, ferroque et igne terram vaſtantes, omnia metu et pauore complebant. Eorum princeps, infeſta illa ſtella, quae caſu ſuo ex abyſſo tantam naturarum hominibus infeſtarum copiam prouocauerat, Manahemus erat, Judae filius, Joſ. Bell. Jud. II, 17, quo interemto (Joſeph. ibid. paullo poſt) Simon Goriae, Geraſenus, in ſcenam prodiit, quem Joſephus B. J. V, 7. vocat τεταρτον (cf. Apoc. 11, 7.) κακον προς την του εθνους καταλυσιν. Sub abyſſo autem intelligendum erit muniſſimum caſtellum Maſada, quo confugerant latrones et ſeditioſi, et exeuntes inde omnem terram longe lateque depopulabantur. — Sed inde a v. 13. incedit exercitus Romanorum, de qua explicatione fere inter omnes interpretes conuenit.

Cap. 10. angelus ille coelitus miſſus annunciat, antea quidem dilatas eſſe plagas, c. 8, 1, σιγη ὡς ἡμιωριον, iam vero nullam moram aliam interceſſuram eſſe, idque in commodum hominum chriſtianorum

rum versurum esse, prout auguratus erat Jesus Matth. 24, 22.

Cap. 11, 2. sub τοις εθνεσι non Romani intelliguntur aut gentes exterae aliae, sed Judaei, Zelotae, latrones, qui, quod peiores se et grauiores paganis gesserant, iam non amplius digni erant honorificentissimo Judaeorum nomine. — Sed inde a v. 4. encomia et miserrimam mortem pontificum Anani et Jesu, qui tanquam alterum Mosem et Eliam retulissent, carmine celebrari Herderus quoque existimat, cui quidem sententiae et Eichhornius et omnes boni cordatique interpretes adstipulantur.

Cap. 12. intercedit in laudem Judaeorum, meliorem caussam sectantium, qui confugerant in Peraeam, eaque ipsa re ad castra christiana accessisse videbantur: cui sententiae et nostra interpretatio quodammodo suffragatur. — Iam

Cap. 13. duobus illis monstris repraesentantur duo homines, rebus Judaicis prae aliis graues et infesti. Altera bellua, e mari emergens, est turpissimus ille Simon Goriae, de quo pluribus in Excursu 4 expositum est. Huic prae aliis aduersatus erat pius ille pontifex Ananus, multorum animos a partibus eius abalienauerat, vt ei lethale quasi vulnus inflixisse dici posset, v. 3, quod tamen, indigna caede peremto Anano (cap. 11.), sanatum erat. Altera bellua terrestris v. 11. est Joannes Leui, Gischalensis, quem Joseph. B. J. II, 26. vocat πανουργοτατον και δολιοτατον των επισημων, et Lib. IV, c. 4. ανδρα ποικιλοτατον το ηθος. Cf. Excurs. 4.

Cap. 14, 13. eo tendere existimantur, quod tam grauis et intolerabilis fuerit Zelotarum superbia et crudelitas, vt, qui a cruentis caedibus sospites euaserant, beatos praedicare potuerint illos, qui antea occubuerant. Jos. Bell. Jud. Lib. V, cap. 2, fin. Ὁ περιϊων τους προληφθεντας ὡς αναπαυσομε-

νους εμακαριζεν· οἱ τε εν τοις δεσμωτηριοις αικιζομενοι κατα συγκρισιν και τους αταφους απεφαινον ευδαιμονας.

Cap. 16. omnes plagae, quae effusis phialis terrae incumbunt, ad Hierosolymorum euersionem referendae sunt, veluti *ἑλκος* v. 2. spectat ad vlcera, quibus intumuerunt corpora propter famem et inediam; *αἱμα* v. 3. ad omnes aquas sanguine et cadaueribus ita inquinatas, vt vrbis incolae quasi sanguinem bibere cogerentur, Jos. B. Jud. Lib. VI, c. 6; *ἡλιος* v. 8. symbolum est arcis Antoniae, vnde tanquam e sole salutis radii per vrbem dispergebantur; v. 12. eo tendit, quod reguli versus Orientem dominantes [7]) in auxilium a Judaeis vocati erant, quibus, quo facilius redderetur iter in Judaeam, optandum sane erat, vt Euphrates remotis aquis transitum concederet. Verum nuncii ad istos regulos a Judaeis missi nonnisi homines fraudulenti et versipelles fuerunt, nec maioris aestimandi quam ranae, quae vanae iactantiae sunt emblemata. Nec frustrata est spes: neque enim defuere inter principes Orientalium tractuum, qui opem ferre labantibus rebus Judaicis anniterentur. — V. 16. *Αρμαγεδδων* est idem castellum fortissimum Masada, quo post expugnatam vrbem se recipiebant seditiosi, se ipsos tandem inuicem interficientes, Jos. B. J. VII, c. 28, quo alludi Herderus opinatur v. 15, cuius significationem hanc esse vult: "beatus ille, qui se ipsum non interimit, nec corpus suum, tanquam vestimentum, deponit, ne nuditas et dedecus mentis et animi palam fiat." v. 19. *πολις μεγαλη* indicat Hierosolyma et *αἱ πολεις των εθνων* minora oppida Judaeae, ante iam expugnata a Romanis.

Cap.

7) ABAUZITIUS l. c. p. 313. intelligit Antiochum, regem Comagenae, et Sohemum, regem Emessae, qui a Romanis ad opem ferendam inuitati fuerint.

Cap. 19, v. 20. τα: εβληθησαν εις την λιμνην etc. eo tendere vult Herderus, quod Simon Goriae cum Joanne Leui in cauernis speluncisque delituerant, donec et ibi comprehendebantur a Romanis ac triumpho reseruabantur, Jos. B. J. Lib. VII, c. 20. — Tandem

Cap. 20, 8. Gogitae et Magogitae aenigmatice significant Alanos, trans montem Tauri habitantes, qui eo tempore grauissimos motus ciebant, atque in Armeniam incurrerant. Jos. B. J. Lib. VII, c. 27.

Sed in his fragmentis ex Herderiana interpretatione excerpendis acquiescamus; e quibus luculentissime perspicitur, Summum Virum, tametsi eandem fere viam ingressus est, qua incedere supra Wetstenium vidimus, multo tamen cautiorem se et circumspectiorem gerere, res historicas ab ornamentis poëticis probe secernere, e Judaea Romam trans mare haudquaquam migrare, et omnino in generalioribus subsistere, neque singulis inhaerere minutiis, vti Wetstenium maxime inde a cap. 14. inhaerentem mirati sumus. Sed nihilo secius tamen merito improbantur eiusmodi interpretandae prophetiae symbolicae pericula: nec facile assequor, qui potuerit accidere, vt diuinum Herderi ingenium, in euoluenda poeseos Hebraeorum propheticae natura et indole, et in tot aliis tamque egregiis operibus, perinde ac in explicanda Apocalypsi ipsa, conspicuum, sui ipsius quasi immemor, explicationem historicam sublimis carminis amplecti ac fouere potuerit.

Exposuimus interpretationem, quam ab Eichhorniana et nostra dissentientem carmini nostro intulerunt coryphaei tres, quorum primus pietate et religione, alter immensa doctrinae et lectionis copia, et tertius insigniore ingenii lumine longe lateque celebrati sunt. Atque in his exponendis commode subsistere

 posset

possit opera nostra [8]), et officio suo defuncta videri, quod ex methodo Koppiana et potissimarum explicationum aliarum rationem habere iubet, nisi nouissime prolatae essent sententiae, quae, rerum nostra potissimum aetate gestarum ratione habita, obsoleta repeterent, et dudum improbata a viris cordatis et explosa denuo commendare susciperent; de quibus, nisi nostra memoria prodiissent, ne verbum quidem addidissemus, iam vero prorsus silere vix poterimus.

Eminet autem hic prae caeteris omnibus interpretatio, quae in libro *Beweiss des göttlichen Ursprungs der Apocalypse* etc. in prolegom. p. 102. allegato pertexitur. Illa enim, quaecunque a vate canuntur, ad Galliam, et res in Gallia et per Gallos nouissime gestas, spectare asseuerat. Ex hoc regno omnem pietatem et religionem fugare annisus erat Satanas, ni surrexissent, qui hanc fugam sistere allaborassent. Et haec quidem tempora tristissima praesagit carmen inde a cap. 13, quod sub monstrosae belluae imagine repraesentat mentes hominum incredulas, et in fide Deo, Jesu Christo et religioni adhibenda leues et mobiles, resque sanctissimas summaque veneratione suspiciendas nefariis conuiciis proscindentes. Belluam istam (quae e mari emergit, quoniam Corsica insula in mari sita est) insigniri ait pedibus vrsorum, qui cursu sunt celerrimi, sed omnia pedibus proculcant, ad indicanda celerrima, sed et terris grauissima itinera militum Gallicorum. Rictus leonis indicat leges seueras de delectu iuuentutis habendo, eaque in militiam conscribenda. — V. 3. vulnus lethale Galliae infligebatur, deficientibus Hispaniis. — V. 5. menses 42 efficiuntur, si inde ab anno 1809, d. 17 Maii, quo imperium pontificis Romani suspendebatur, vsque ad finem Nouembris 1812 calcu-

[8]) Plura antiquiora qui legere satagit, adeat Polum, Wolfium etc.

calculum continuaueris, qua tempestate summa in Russia clade Galli afficiebantur, aut, si malueris, inde ab anno 1810, d. 2 Aprilis vsque ad pugnam Lipsiensem 1813, d. 18 Octbr. — V. 6. βλασφημιαι illae memorantur, quibus impie in Deum egisse videbatur Gallorum Imperator, quod sibi supplicari voluerit, et templa aedesque sacras, reponendis ibi frumentis et apparatu bellico, profanauerit. — V. 10. sunt milites politiam exercentes. — At v. 11. altera bellua senatum indicat, qui nomine National-Conuent celebratur: et mira arte exputatum legimus, sub litteris N-l Conuent, necnon sub aliis Pt Sieyes latere numer. 666.

Cap. 16, 3. declaratur bellum cum Anglis, v. 13. 14. fraudes et artes diplomaticae Gallorum, v. 17. 18. pugna Lipsiensis.

Cap. 17. vrbs Parisiorum cernitur: v. 8. nemine monente explicabitur facillime: v. 9. septem regna, Galliae foedere iuncta, aut — septem ordines monachorum. — V. 10. quinque reges aut morte occubuerunt, aut sede et regno moti sunt, Ludovicus XVI, duo reges Hispaniae, rex Lusitaniae et Neapolis. Vnus superstes est, rex Siciliae, puta, Panormi sedem habens. Alius superueniet, sed ad paruum tempus, rex Hetruriae, qui nonnisi ab anno 1801–1803 imperium obtinuit.

Abstinemus a iudicio nostro de eiusmodi interpretatione interponendo, nec iniqui sumus auctori, cuius et eximius pietatis, religionisque christianae amor in libello elucere videtur; nemini inuidendam esse rati eam opinionem, quam sedulo veri inuestigandi studio ductus potissimam esse persuasum sibi habet. Sed paucis adhuc lectorem volumus, in fine operis potissima illius interpretationis momenta declaraturi, quam commendauit Opitius in libello proleg. p. 102. laudato: *Kurze Übersicht der Offenbarung Johannis — — zur Freude des Glaubens für*

possset opera nostra [8]), et officio suo defuncta videri, quod ex methodo Koppiana et potissimarum explicationum aliarum rationem habere iubet, nisi nouissime prolatae essent sententiae, quae, rerum nostra potissimum aetate gestarum ratione habita, obsoleta repeterent, et dudum improbata a viris cordatis et explosa denuo commendare susciperent; de quibus, nisi nostra memoria prodiissent, ne verbum quidem addidissemus, iam vero prorsus silere vix poterimus.

Eminet autem hic prae caeteris omnibus interpretatio, quae in libro *Beweiss des göttlichen Ursprungs der Apocalypse* etc. in prolegom. p. 102. allegato pertexitur. Illa enim, quaecunque a vate canuntur, ad Galliam, et res in Gallia et per Gallos nouissime gestas, spectare asseuerat. Ex hoc regno omnem pietatem et religionem fugare annisus erat Satanas, ni surrexissent, qui hanc fugam sistere allaborassent. Et haec quidem tempora tristissima praesagit carmen inde a cap. 13, quod sub monstrosae belluae imagine repraesentat mentes hominum incredulas, et in fide Deo, Jesu Christo et religioni adhibenda leues et mobiles, resque sanctissimas summaque veneratione suspiciendas nefariis conuiciis proscindentes. Belluam istam (quae e mari emergit, quoniam Corsica insula in mari sita est) insigniri ait pedibus vrsorum, qui cursu sunt celerrimi, sed omnia pedibus proculcant, ad indicanda celerrima, sed et terris grauissima itinera militum Gallicorum. Rictus leonis indicat leges seueras de delectu iuuentutis habendo, eaque in militiam conscribenda. — V. 3. vulnus lethale Galliae infligebatur, deficientibus Hispaniis. — V. 5. menses 42 efficiuntur, si inde ab anno 1809, d. 17 Maii, quo imperium pontificis Romani suspendebatur, vsque ad finem Nouembris 1812 calcu-

[8]) Plura antiquiora qui legere satagit, adeat Polum, Wolfium etc.

calculum continuaueris, qua tempestate summa in Russia clade Galli afficiebantur, aut, si malueris, inde ab anno 1810, d. 2 Aprilis vsque ad pugnam Lipsiensem 1813, d. 18 Octbr. — V. 6. βλασφημιαι illae memorantur, quibus impie in Deum egisse videbatur Gallorum Imperator, quod sibi supplicari voluerit, et templa aedesque sacras, reponendis ibi frumentis et apparatu bellico, profanauerit. — V. 10. sunt milites politiam exercentes. — At v. 11. altera bellua senatum indicat, qui nomine National-Conuent celebratur: et mira arte exputatum legimus, sub litteris N-l Conuent, necnon sub aliis Pt Sieyes latere numer. 666.

Cap. 16, 3. declaratur bellum cum Anglis, v. 13. 14. fraudes et artes diplomaticae Gallorum, v. 17. 18. pugna Lipsiensis.

Cap. 17. vrbs Parisiorum cernitur: v. 8. nemine monente explicabitur facillime: v. 9. septem regna, Galliae foedere iuncta, aut — septem ordines monachorum. — V. 10. quinque reges aut morte occubuerunt, aut sede et regno moti sunt, Ludovicus XVI, duo reges Hispaniae, rex Lusitaniae et Neapolis. Vnus superstes est, rex Siciliae, puta, Panormi sedem habens. Alius superueniet, sed ad paruum tempus, rex Hetruriae, qui nonnisi ab anno 1801-1803 imperium obtinuit.

Abstinemus a iudicio nostro de eiusmodi interpretatione interponendo, nec iniqui sumus auctori, cuius et eximius pietatis religionisque christianae amor in libello elucere videtur; nemini inuidendam esse rati eam opinionem, quam sedulo veri inuestigandi studio ductus potissimam esse persuasum sibi habet. Sed paucis adhuc lectorem volumus, in fine operis potissima illius interpretationis momenta declaraturi, quam commendauit Opitius in libello proleg. p. 102. laudato: *Kurze Übersicht der Offenbarung Johannis — — zur Freude des Glaubens für*

Christen und Israeliten. Qui quum, vt indicauimus, de conuertenda futuris, adeoque et nostris, saeculis ad religionem christianam Judaeorum gente carmen vaticinia proferre arbitretur, eatenus quidem conspirat cum interpretatione, quae nostra memoria primas obtinuit, quod Christianismum Judaicis religionibus superiorem futurum esse censet et ipse: discedit tamen longissime, quatenus poetam tam remota saecula prospexisse opinatur, et diuinasse momenta minutissima, et singula quaeuis rerum gestarum euenta, id quod a natura et indole carminis prophetici prorsus alienum est. Sed quia permulta, quae ab auctore huius sententiae proferuntur, digna vtique sunt, quae audiantur, ea, quae sequuntur, excerpta dedisse fraudi non habebitur.

Populi Israelitarum historia omnis tres potissimum periodos complecti auctori videtur, quae totidem quasi eiusdem aetates censendae sunt. Prima aetas inde a prima origine per omne tempus vsque ad Christum natum perducitur, in qua laetissime efflorescit populus, atque Jouae suo prae aliis populis in deliciis habetur. Altera aetas comprehendit magnum illum temporis ambitum, qui ab euersis Hierosolymis vsque ad tempora illa extenditur, quibus insurrecturus est Antichristus: quo quidem tempore repulsi quasi a Joua nec iam honorificentissimo illo populi sancti titulo digni existimantur. Tertia denique aetas eaque postrema ab his temporibus, quibus eorum quasi παλιγγενεσια infit, vsque ad finem saeculorum fertur. Atque is est finis, quo tendit Apocalypsis, vt ostendatur, sanctissimam illam gentem, post innumeros labores exantlatos, tandem aliquando tamen occupaturam esse gloriosissimum illud regnum, quod praesagierant maiorum vates, e. gr. Dan. 7, 18; Deut. 30, 1-6 et saepe alibi. Nolis ergo opinari, excidium vrbis carmine nostro celebrari;

brari: nec victoriam Christianismi de Judaismo et Paganismo (quid enim induxisset poetam, sub figurarum inuolucris tradere ea, quae clare et diserte iam contenderat Jesus Christus ipse?): nec denique, ex opinione Bengelii, Crusii etc. res et fata religionis christianae a primis eius incunabulis vsque ad tempora redeuntis Messiae (nimius enim est huius periodi ambitus, tam breui carmine vix comprehendendus; plura momenta, e. gr. reformatio sacrorum etc. plane supprimuntur etc.).

In Israele potius versatur cardo rei, cuius duas aetates carmen complectitur, et, silentio praetermissa illa, quae iam praeteriit, canit 1) tempora tristia, quibus oppressa iacet natio, atque ex praedictis Jesu Christi Luc. 21, 24. quasi proculcatur a gentibus, cap. 1 — cap. 9. 2) beatiora illa, quibus ad fidem Christianam accedens natio efflorescet, coniuncta nobiscum laetissime cap. 10 — fin. Huic opinioni singula, quae in carmine occurrunt, momenta ita aptare conatur auctor:

Cap. 1, 7. Ιδου ερχεται. Prima haec vox est vaticinii, eademque et postrema a J. C. in templo pronunciata, Matth. 23, 39: atque saepissime iam in oraculis antiquioribus occurrens, Ps. 24; 40; 72; 93; 97; 98; 99; 100; Zach. 12, 9. 10 etc.

Cap. 2. 3. leguntur epistolae, quas ecclesiis suis quasi coelitus scribit Jesus, a latere Dei mundum gubernans. Ex septem ecclesiis illis autem ecclesia illa Thyatirena, cap. 2, 18 sqq. repraesentat tristem imaginem christianismi sub pontificatu Romano; Sardiana, cap. 3, 1 sqq. laetiorem illam post reformata sacra; et Philadelphena cap. 3, 7. laetissimam futuri temporis, quando cum Christianis hominibus coaluerint quasi regenerati Israelitae.

Cap. 5. excurrit in ea, quae Jesus de summa sibi a Deo concessa potestate pronunciauerat Matth. 28, 18.

Cap.

Cap 6. autem exponit, quibus ſignis et indiciis ſeſe exſerat illa J. C poteſtas.

Cap 7. paternam curam, qua ſuos, ſibi fideles, amplectitur et quaſi in ſinu fouet, ob oculos ponit. Inde a v. 9. innumera multitudo gentilium cernitur, (et quaſi πληρωμα των εθνων, Rom. 11, 25.) definito tempore (αχρι πληρωθωσι καιροι εθνων, Luc. 21, 24) ad eandem beatitatem ſuſcipiendorum.

Capitibus 8 et 9 ea de cauſſa innumerae plagae infliguntur populo, vt poenitentiam agat et ad meliorem frugem redeat. Sin quaeris, quaenam calamitas, quae Judaeos potiſſimum infeſtauerit, hic intelligatur, reſpondetur: in illa ſaecula haec incidere, quorum hiſtoria obſcurior multa contineat, quae ad memoriam noſtram non ſint perlata. — Hactenus de euentis luctuoſis. Iam inde a

Cap. 10. ſcena ad reſtaurandam Iſraelitarum beatitatem inſtruitur, et liber vati, vt quondam Ezechieli, traditur, dulcis, quod laetiſſimam regenerandae gentis ſpem fecerat, ſed amarus, quod poſt longas demum miſerias melior conditio ſperanda erat.

Cap. 11. innuitur Iſraelitarum conuerſio, indicaturque, gentem diu proculcatam occupaturam denuo eſſe dilectam ſibi terram.

Cap. 12. imaginem reddit primae eccleſiae euangelicae, ex Iſraelitis collectae.

Et hactenus quidem commendare aliqua ſaltem ratione et plauſibilem reddere auctoris interpretationem poſſis: quam tamen prorſus miſſam facies, ſi adieceris ea, quae ſequuntur.

Cap. 13. ſignificantur gentes hoſtiles et infeſtae, quae in primis incunabulis opprimere allaborabant eccleſiam, incrementis his auctam: quibus praeeſt bellua illa ſepticeps, quae quidem non Gregorium VII. imagine repraeſentat, vti exiſtimat Bengelius, ſed Pium VII, qui lethali vulnere a Napoleone percuſſus,

sus, ανεζησε tamen et in regnum restitutus est. — At terrestris bellua Mahometismum designat, aut, si mavis, ordinem societatis Jesu.

Cap. 14. cernitur agnus inter sanctos sui sectatores: primum angelum, per aërem volantem v. 6, Lutherum multi dixerunt, alter ille v. 8. erit Joannes Arndtius de vero Christianismo exponens: inde a v. 14. messis ingens Judaeorum religioni christianae conciliandorum colligitur ex effato J. C. Luc. 19, 2.

Cap. 15. praenunciantur extremae plagae, eaedemque Cap. 16. vere infliguntur.

Cap. 17. exagitatur cultus falsus, externo caerimoniarum splendori omnia tribuens, qualis in ecclesia christiana, in primis pontificiorum, obtinuit; qui, quia potissimo splendore Romae exercetur, huic vrbi quasi insidere dicitur. — v. 8. Θηριον ην, papatus exstitit quondam (saeculo vndecimo christianae ecclesiae illatus), ουκ εστι, quia sanctissima Petri sede Pium VII. mouit Napoleon, sed restitutus est in dignitatem pristinam. Ad condendum autem et propagandum regnum Antichristianum longe plurimum conferet Gallia etc.

Sed modus est in rebus, isque pedem sistere et supprimere iubet, quaecunque hic in infinitum possent addi. Aequos tamen nobis futuros speramus lectores, quod enumerandis tot rebus immorati sumus, quarum paucissimas, rectius nullas, legentium suffragium laturas esse equidem crediderim. Nisi tamen et hic, quantum fieri licuit, aliquatenus saltem servanda fuisset instituti Koppiani lex et ratio, abstinuissemus omnino a charta istiusmodi argumentationibus implenda, quae, si id ageretur, vtilioribus potuisset compleri, quae, ne nimis excresceret libellus, suppressimus. Sed facile perspicitur, vnde originem ducat omnis ista interpretationum progenies:

scilicet

ſcilicet id perſuaſi erant, in eo ſibi elaborandum eſſe credebant enixiſſime, vt vaticinia, quae ex dogmatico ſenſu libro ineſſe ſtatuebant, ad actum et veras res, euentu futuri temporis comprobatas, reuocarent. At enim ex noſtra perſuaſione nulla huius generis vaticinia carmini inſunt: et liber ipſe hoc ſenſu propheticus neutiquam eſt habendus: ſiquidem omnia illa praenunciauerat Jeſus ipſe, et omnia, quae is vaticinatus eſt, rata et effecta ſunt eruntque. Noſter non niſi id agit, vt in ſolatium ſuorum affirmet, omnia quaecunque a Jeſu erant nunciata, conſpecta iam a ſe fuiſſe et tamquam comprobata euenta ſibi apparuiſſe. Quaecunque in carmine occurrunt, a Jeſu eiusue Apoſtolis non praemonita, aut communi iſtius aeui opinioni tribuenda erunt, aut ornamentis poeticis accenſenda. Quam quidem explicationis legem, naturae et indoli poeſeos vnice conuenientem, ſi vbique ante oculos poſitam ſeruamus, nae diſſipabuntur plurimae, ne dicam omnes, tenebrae, quibus obductus diu libellus latuit, et ni maiori, at eadem ſaltem lucis claritate, qua caetera Noui Teſtamenti documenta, apparebit et Apocalypſis.

EXCVR-

EXCVRSVS VIII.

Paralipomena nonnulla continens.

I.

Quum ea, quae de extricandis ex numerali litterarum poteſtate nominibus et in commentario ad cap. 13, 17. et in Excurſu 4. obſeruata ſunt, diu exarata et typographo tradita eſſent, incidi in titulum libri cuiusdam graeci, de bello Sulii et Pargae, Albaniae oppidorum, aduerſus notiſſimum imperatorem Ali Paſcha geſto, nuper conſcripti:

> Ἱστορια Σουλιου και Παργας, περιεχουσα την χρονολογιαν και τους ἡρωϊκους αυτων πολεμους — — μετα του Αλῆ Πασιᾳ (Ali Paſcha), ἡγεμονος της Ἑλλαδος, συγγραφεισα παρα
> β υ κ ψ ο ψ ξ η λ α ᾳ ω κ α

de quo Ruhkopfius ὁ μακαριτης refert [1]). Memorabile ſane exemplum, conſuetudinem iſtam, κατα την ψηφον Ἑλληνων nomina computandi, ne noſtris quidem temporibus, poſt bina fere annorum millia in obliuionem veniſſe. Satis obſcuris ſane tenebris obuolutum latet auctoris nomen, nec ſatis compertum habeo, qua auctoritate fretus, aut quibus percunctationibus edoctus nomen exſculpſerit Vir beatus (vix enim crediderim, computo ipſo ineundo tempus ab eodem perditum fuiſſe). Exit autem nomen: Χριστοφορου του Περραι-

[1]) Vid. cenſuram libri in Götting. gelehrten Anzeigen 1820, Stück 1, p. 6.

Περραιβου, χιλιαρχου, in qua tamen computatione litterarum λ α nulla ratio habita est.

2.

Obseruatum est, varios de Nerone rumores manasse, neutiquam vere mortuum fuisse hominem, sed in obscuriore aliquo terrarum angulo delitescere, mox tamen ad capessendum imperium rediturum esse in scenam [2]): et in primis a perill. EICHHORNIO commendata est haec explicandorum eorum, quae cap. 13 et 17. leguntur, ratio. Miratus sum, neque in huiusmodi inani spe alenda dissimilem veteris temporis gerere se aetatem nostram, si fides habenda est eis, quae in ephemeridibus Hamburgensibus [3]) ita leguntur:

Die bey San Benito von den Königlichen Truppen angegriffenen Rebellen sollen zu der zahlreichen Secte der sogenannten *Sebastianisten* gehören, welche steif und fest glauben, der König Sebastian, (welcher im Jahre 1578, den 4ten August in einer Schlacht bey Tanger sein Leben verlor) sey nicht umgekommen, sondern irre noch immer unbekannt umher, und werde eines Tages auftreten, um Portugall auf den Gipfel des Ruhms und der Macht zu erheben.

3.

Non praetermissus est in prolegomenis nostris locus, qui de internis argumentis, quae pro Joanne Apostolo, Apocalypseos auctore, aut contra eundem

[2]) Vid. Commentar. ad cap. 13, 3.

[3]) *Hamburger Correspondent* 1821, No. 13; *Pernambuco* d. 20. Nov. 1820.

dem faciunt, breuiſſime exponeret [4]): obſeruatumque iam pridem eſt a Joannis Apoſtoli patronis, amare eundem certas quasdam dicendi formulas, imagines, ſententias, quae et in Apocalypſi et in euangelio epiſtolisque occurrerent [5]). Huc pertinere prae aliis dicuntur vocabula *σημαινειν*, *εκκεντειν*, *μαρτυρ* cum deriuatis, *σκηνη*, *σκηνωσαι*, *λουειν* ſeu *καθαριζειν αφ' ἁμαρτιων*, *τηρειν*, *νικαν*, *δοξαζειν*, *μενειν εν τινι*, *περιπατειν μετα τινος*, *λογος* etc. Porro metaphorae de ſaturandis eſurientibus ſitientibusque, de religione chriſtiana tanquam pane, de coniunctione fidelium cum Jeſu Chriſto tanquam ſponſo etc. Tum opprobria Judaeorum, qui quaſi *συναγωγην* a Satana collectam efficerent (Apocal. 2, 4; Joan. 8, 44.): interitus Satanae e coelo deturbandi (Apoc. 12, 9; Joan. 12, 31): admonitiones ad conſtantiam, *γινου πιστος* (Apocal. cap. 2, coll. Joan. 20, 27.); angelophaniae, Jo. 5, 4. et multa alia. Sed parum momenti eorum plurima afferre videntur, ſiquidem non apud Joannem ſolum, ſed et apud alios N. T. ſcriptores eadem recurrunt, et, quae maioris ponderis haberi poſſunt, haud difficulter redarguuntur [6]).

Multo

[4]) Vid. ibid. p. 28 ſqq. et p. 46 ſqq.

[5]) Vid. WETSTENIUS in commentar. p. 747; HERDER *Maranatha* p. 327 ſqq; EICHHORN *Einleit. ins N. T.* pag. 376 ſqq.; KUINOEL *commentar. in Euangel. Joann.* pag. 41, et in primis SCHULZIUS in libro infra laudando. Cf. Henr. Herm. DONKER CURTIUS *de Apocalypſi ab indole, doctrina et ſcribendi genere Joannis Apoſtoli non abhorrente.* Traject. Batav. 1799.

[6]) Adde, ſi lubet, eis, quae in prolegom. p. 46. ſunt allata, vocem *μεγιστανες* Apocal. 6, 15; 8, 23. inveniri nonniſi apud Marcum c. 6, 21: angelos non Joan. 5, 4. ſolum, ſed et Luc. 22, 43. et ſaepe alibi

Multo tamen grauiora, vt mihi videtur, argumenta ex eis deducere licet, quae non singulis vocabulis, tropis, sententiisque inhaerent, sed omnem auctoris cogitandi eloquendique formam accuratius inuestigant, qua de re et alii interpretes, et in primis Schulzius, vt qui de dictione Joannea seorsum disputare suscepisset, praeclare promeruerunt [7]). Liceat mihi, ex argumentis, quae ibi suppeditantur, omissis eis, quae minoris videntur pretii, potissima delibare:

1) Amat Joannes eandem rem repetere identidem, quod et in euangelio et in epistolis Joanneis aeque est conspicuum, ac in Apocalypsi. Schulz. p. 63–90.

2) Vnam eandemque sententiam et positiue et negatiue efferre solet, p. 90–95.

3) Argumentationes, dicendique genus nonnunquam ex contrariis, vt c. 3, 1, nonnunquam ex similibus contexit, c. 2, 6, p. 95 sqq.

4) Transitus idearum subitus est et praeceps p. 110 sqq., enallagae frequentes, p. 111, epanalepses, p. 113, periphrases verbi finiti, vti ζων ειμι pro ζω, Apocal. 1, 18; Joann. 1, 14, p 115.

5) Hyperbolas vbique locorum sectatur, p. 116. 119.

Sed

alibi memorari: ρομφαια, Apocal. 1, 16. et alibi apud Lucam 2, 35. occurrere: πεινᾳν et διψᾳν eodem sensu metaphorico venire Matth. 5, 6; Luc. 6, 21: nostrum autem poetam non solum λουειν, καθαριζειν αφ' αμαρτιων dicere, sed et αγοραζειν c. 5, 9, quod Paullinum est et Petrinum, 1 Cor. 6, 20; 7, 23; 2 Petr. 2, 1. Eiusmodi plura affatim afferri possent.

7) *Der schriftstellerische Character und Werth des Johannes, zum Behuf der Specialhermeneutik seiner Schriften untersucht und bestimmt.* Weissenfels und Leipzig 1803.

Sed obuertere licebit, ita in loquendo incedere solere fere vnumquemque auctorem. Saltem et Paullus sententias suas effert et positiue et negatiue Rom. 9, 1: tum praecipites idearum saltus, in carmine nostro obuii, referendi erunt non ad dictionem, cui assuetus prae aliis fuerit Joannes, sed ad propheticum poeseos genus omnino: at enallagae pertinebunt ad dicendi genus durum et soloecum, quod in Apocalypsi quidem, sed non pariter in caeteris scriptis Joanneis reperitur: hyperbolas autem sectari carmen nostrum in aprico est: quae vero in euangelio et epistolis Joannis hyperbolice dicta esse Schulzio videntur, mihi quidem omnia non videntur.

Liceat tamen his opponere nonnulla, quae contra loqui videri possunt:

Et in euangelio Joanneo quidem parcius Vetus Testamentum excitatur, aut eo respicitur, quam in tribus euangeliis caeteris, Schulz. p. 194–197: pari modo rarius in epistolis Joanneis, quam Paullinis, Petrinis etc. ibid. p. 234. Apocalypseos autem carmen tantum non in vnoquoque versiculo exprimere exemplaria maiorum in V. T. celebrata, cuilibet in oculos incurrit [8]).

In

[8]) Licebit forsitan addere et haec: Apocalypsis, tametsi, vt prophetarum fere omnium, ita et Jesaiae vaticinia creberrime reddit, magis tamen se componit ad exempla Ezechielis, Danielis, Zachariae. Nonne autem existimandum erat, Joannem Apostolum, qui Jesu prae aliis fuerat in deliciis, eundem prophetam caeteris antehabuisse, quo in primis delectabatur magister ipse. Jesaiam dico? Vid. opusculum: "*Die prophetischen Schriften des Jesaias, ein Lieblingsbuch Jesu.*" *Ein Versuch von* Rud. Holste. Hannov. 1818.

In Apocalypsi vbique ad euangelia tria priora respicitur, siquidem Matth. 25. cum locis parallelis omni carmini quasi fundamenti loco supponendum erit; tum Luc. 21, 24; cap. 23, 30. At euangelium Joannis mittit priora tria et proprium sibi et suum tramitem persequitur. Cur in tribus aliis euangeliis sermo fit de παρουσια Christi, in Joanneo autem ne verbum quidem affertur? An quia ab auctore singulari Apocalypseos carmine illa celebrata iam fuerat, vt adeo actum egisse videri posset auctor, si de eadem et historice exponere suscepisset?

Sed et in euangelio Joanneo desiderari videtur ordo ille, ad quem singulae partes sunt dispositae, qui quam concinnus et sapienter attemperatus sit in Apocalypsi, neminem fugit.

Adde quod homines, Jesu Christo aduersantes, in euangelio quidem et epistolis Joanneis audiunt κοσμος, quod nomen Joannes Apostolus potissimum ita vsurpat. Sed Apocalypsis, tametsi satis frequens aderat occasio, in eiusmodi κοσμον inuehendi, non tamen tam κοσμον exagitat, quam την γην, την οικουμενην, τους κατοικουντας την γην. — At vero pii et fideles Christi sectatores in euangelio quidem et epistolis τεκνα Θεου a Joanne nuncupantur: in nostro autem carmine βασιλεις, ἱερεις, quod non Joanneum est, sed Petrinum. Quid? quod ne ibi quidem, vbi metaphora a matre lachrymas infantum abstergente ducitur c. 7, 17; 21, 4. vocabulum τεκνα, quod hic tamen Joanni quidem facillime excidere potuit, vsquam apparet.

Satis speciosa sunt argumenta, quibus dictionem carminis nostri, loquendi genus negligentius et enallagis, anacoluthis etc. asperum, conciliare

student

ſtudent dictioni Joanneae, dicendo, quo tempore Apocalypſis a Joanne Apoſtolo conſignata fuerit, nondum diu e Palaeſtina abfuiſſe auctorem, necdum ſatis praeceptis grammatices Graecae imbutum: at euangelium et epiſtolas ſeriori aeuo fuiſſe exaratas, quum multum iam diuque in Aſia verſatus fuerit ſenex, et, quidquid horridi et aſperi ſtylo graeco adhaeſerat primitus, politum ſatis et laeuigatum ſit. Verum num concipiemus animo, quo facto potuerit fieri, vt Joannes, quem tamen e diuitiori piſcatorum familia oriundum volunt, caetera quidem cognitione, quae pium ſimulque bene eruditum Judaeum decebat, fuerit imbutus, de quo omnis carminis pagina teſtatur, at in ſcribenda lingua Graeca ita rudem ſe et imperitum geſſerit, vt ne Jacobum quidem et Petrum, qui e Palaeſtina nunquam exierant (de Paullo non loquimur) potuerit aequare, et commoratione diuturniore inter Graecos opus fuerit, vt recte graece ſcribere diſceret? Quanto facilius ex eis, quae in prolegomenis p. 37. ſunt expoſita, omnia explicantur!

Sed vnum ſupereſt, quod diu me, non diffiteor, etiam poſt exaratam iam et typis deſcriptam particulam priorem ancipitem et ambiguum tenuit, crebras illas repetitiones ſingularum vocum et integrarum ſententiarum dico, de quibus in opere Schulziano p. 63–90. ſermonem eſſe ſupra ſignificaueram, plura tamen ibi data opera non adieceram. Satis longus quidem repetitionum, quae in Apocalypſi occurrunt, recenſus a Schulzio p. 84–87. exhibetur, ſed deſideraui tamen illud, quod meam de carminis auctore ſententiam impugnare coeperat, hoc puta, quod ſequitur. Joannes Apoſtolus, in euangelio de ſe ipſo loquutus, periphraſtice dixerat cap. 13: *είς των μαθητων αυτου εν τῳ κολ-*

πῳ

πῳ του Ιησου, ὁν ηγαπα ὁ Ιησους. Idem repetitur c. 21, v. 7. et c. 21, 20. Eandem rationem, de re quadam, quae prius descripta erat, postea periphrastice loquendi, bis in Apocalypsi inueni. Nam capite 10, v. 2. fecialis ille ita delineatur: εθηκε τον ποδα αυτου τον δεξιον επι την θαλασσαν, τον δε ευωνυμον επι την γην, et ex hac imagine idem angelus bis περιφραζεται, v. 5, ὁ αγγελος, ὁν ειδον ἑστωτα επι της θαλασσης και επι της γης et v. 8. — — εν τῃ χειρι αγγελου, του ἑστωτος επι της θαλασσης και επι της γης. At capite 13, v. 3. caput vnum belluae dicitur κεφαλη ὡς εσφαγμενη εις θανατον, και ἡ πληγη αυτου εθεραπευθη, et mox περιφραζεται similiter, v. 12. το θηριον το πρωτον, οὑ εθεραπευθη ἡ πληγη του θανατου αυτου, et v. 14. τῳ θηριῳ, ὁ εχει την πληγην της μαχαιρας και εζησε. Nec sane diffitendum est, eiusmodi similitudinum vmbras eo maius interdum momentum inferre, quo leuiores et inuentu difficiliores sunt ipsae. Verum ne vel sic quidem Joannem Apostolum carminis auctorem agnosco: nam quae in euangelio periphrastice loquitur, verecundiae tribuenda erunt, quae nomen proprium exprimere fugiebat: at quae cap. 10 et 13. subinde iterat Apocalypsis, accuratissime illa reddunt archetypum, Danielem, qui cap. 3, v. 2. 3. 5. 7. 12 etc. eadem identidem repetit.

Caeterum obseruandum erit, viris illis doctis, qui Joanni Apostolo carmen nostrum abiudicarunt, (conf. prolegom. p. 51–56.) accessisse postea et alium virum eruditissimum acutissimumque, S. V. BRETTSCHNEIDERUM [9]), qui, quaecunque pro Joanne Apostolo

[9]) *Probabilia de euangelii et epistolarum Joannis Apostoli indole et origine. Eruditorum iudiciis modeste subiecit* C. T. BRETTSCHNEIDER, Theol. Doct. Consistor. supr. Gothan. consiliar. Lipsiae 1820.

Apoſtolo afferuntur argumenta, feliciſſime remouet: ſimilitudinem autem, quae inter euangelium Joannis et Apocalypſin intercedere dicitur, agnoſcit quidem et ipſe, ſed vllum inde pro Joanne Apoſtolo, euangelii quarti auctore, teſtimonium peti poſſe negat, quia nec Apocalypſis eum auctorem habeat. Vlterius tamen progredi videtur vir doctiſſimus, ſi ex commemoratione Apoſtolorum, quos inter coelites relatos affert noſtrum carmen cap. 18, 20, concludit, poſt *omnium* demum Apoſtolorum mortem conſignatam eſſe Apocalypſin.

4.

Libris, qui de παρουσίᾳ Jeſu Chriſti noſtra memoria conſcripti ſunt, vt in prolegomenis, not. 83. obſeruatum eſt, alius addendus erit, qui nuperrime in lucem prodiit: *Commentarius exegetico-criticus in eos Jeſu Chriſti ſermones, qui de reditu eius ad iudicium futuro, et iudicandi prouincia ipſi demandata agunt, auctore Henrico Auguſto* SCHOTT, Theol. S. S. Doct. et Profeſſ. Jenenſi. Jenae. 1820.

5.

Mentionem feceram in prolegomenis (partic. 2, p. 102, not. 106.) Erlangenſium programmatum, de Apocalypſi Joannea a S. Ven. VOGELIO conſcriptorum. Illa, quoniam neque a bibliopolis venum dantur, neque aliunde peruenerant ad me, tum quidem parum mihi innotuerant: iam vero litteris humaniſſimis tradita mihi ſunt ab auctore doctiſſimo ipſo: ſed quia liber manu ſcriptus dudum iam traditus erat typographo, ne ſic quidem hic niſi potiora poterunt afferri, id quod eo minus fraudi erit, quod hypotheſeos acutiſſimae examen accuratius, ne longius exſpatietur excurſus,

rectius seorsum instituitur: huic tamen operi multa mehercule deficerent, si quaecunque satis commode afferri possunt, supprimerentur.

Disseruit Vir sagacissimus de Apocalypsi programmatibus septem, quibus sacra solennia pie celebranda indicit Academia Regia Friderico Alexandrina Erlangensis, cui me haud facile est deuinctior alter. Eorum primum prodiit anno 1811, septimum autem, quo absoluitur disquisitio omnis, anno 1816. Singulae tractationi titulus est: *inest commentationis de Apocalypsi Joannis pars prima — — septima.*

Summa rei, vti in prolegom. l. c. obseruatum est, eo redit, Apocalypsin effici carminibus tribus, nec tempore nec auctore eodem consignatis, et postea *ῥαψῳδικως* in vnum coactis. Et ita ferme sibi successisse singula Vir eruditissimus existimat.

1) Interitus Judaismi cap. 4. — cap. 11, 19. a Joanne *Apostolo* sub euersorum Hierosolymorum imagine depingitur, ita tamen, vt c. 11, 19. voces: *και ωφθη ἡ κιβωτος της διαθηκης αυτου εν τῳ ναῳ αυτου* carmen consignent, et, quae subsequuntur, *και εγενοντο αστραπαι* ab alio additae sint, vti mox videbimus. Et hoc quidem carmen primum, idque palmarium et quasi archetypum, quod Joanni Apostolo consensu vindicat antiquissima rerum christianarum memoria, concinnatum esse habebitur ante tumultus, quos aduersus homines christianos mouerant Neroniana tempora, ideoque et ante excidium Hierosolymitanum [10]).

2) Interitus ethnicismi sub imagine destructae Romae, ad exemplar carminis Joannei prioris, ex imita-

[10]) Vid. commentat. prima et secunda, 1811.

imitatione celebratus eſt carmine alio, cap. 12 [11]) – c. 22, 21, quod haud abſque veri ſimilitudine ad Joannem *Presbyterum*, Apoſtolo familiariſſimum, auctorem referri, et anno 68, imperante Galba, compoſitum eſſe exiſtimari poterit [12]). Sed et haec Apocalypſeos pars ad Apoſtolum idcirco relata eſt antiquitus, quia Presbyter ſodalis erat Apoſtoli, eoque auctore carmina omnia in vnum compegerat, vti ſtatim oſtendetur.

3) Litterae illae cap. 2 et 3, quas nominant apocalypticas, et quae ad legendas illas praeparant animum et attendunt cap. 1, 9–20, aliquanto poſt annum 68 a Joanne *Apoſtolo* prodierunt, quum multum iam diuque in Aſia minore ille verſatus eſſet, nec quidquam in eccleſia Epheſina ſupereſſet eorum, de quibus erga presbyteros Miletum ad ſe euocatos conqueritur Paullus Actor. 20, 17 ſqq. [13]).

4) Prooemium autem cap. 1, 1–8. praemiſſum eſt ab illo, qui varia haec carmina colligere et in vnum compingere ſuſceperat. Idem et cap. 11, 19. vocibus illis: *και εγενοντο αστραπαι και φωναι και βρονται και σεισμος και χαλαζα μεγαλη* binas has partes praecipuas iungere ſibi et aptare, nec non verſiculo extremo capitis 22di finem imponere tanquam vni et integro carmini allaborauit; nec diſſimile eſt veri, et hanc operam Joannem *Presbyterum*, conſcio et ſuaſore Apoſtolo, ſuſcepiſſe [14]) poſt annum 68.

Et his quidem, quae adhuc retulimus, conceſſis, ſequitur, ſcriptas eſſe carminis partes

11) Conſentientem hic habemus LANGIUM, qui et ipſe iam inde a cap. 12. auſpicari partem alteram exiſtimat, vid. praemonenda p. 2, not. 1.

12) Commentat. ſec. et tertia.

13) Commentat. tertia, p. 11 ſqq.

14) Commentat. ſeptim. p. 12.

a) Cap. 1, 1–8. a Joanne presbytero, aliquanto post annum 68.

b) Cap. 1, 9. — Cap. 3, fin. a Joanne Apostolo, paullo ante, sed tamen post annum 68.

c) Cap. 4. — cap. 11, 19. — εν τῳ ναῳ αυτου a Joanne Apostolo, ante tumultus Neronianos.

d) Cap. 11, 19. τα: και εγενοντο αστραπαι — χαλαζα μεγαλη a Joanne presbytero, eodem tempore, quo litt. a.

e) Cap. 12 — c. 22, 20. a Joanne presbytero, anno 68, imperante Galba.

f) Cap. 22, 21. a Joanne presbytero, vti litt. a.

Argumenta autem, quae ad commendandam sententiam suam luculentissime affert Vir eruditissimus, potissima huc ferme redeunt:

1) Litterae illae apocalypticae, quarum dictio pura et tersa a caeteris carminis partibus mirum quantum discrepat, vix possunt eodem tempore esse consignatae.

2) Binae illae partes praecipuae, quae Judaeorum paganorumque interitum augurantur, primitus aegre in vnum idemque volumen confluxisse credendae erunt, quia vtraque sola et per se spectata certum quoddam consilium proprium sibi et suum habebat, persequebatur, et absoluto opere vere consequuta erat.

3) Vtrumque autem carmen quoad genium et indolem mirum in modum discrepat, et posterior pars priore longe inferior conspicitur, cuius auctor poetam illum non tam mascula imitatione refert, sed tanquam pedissequus et fidus interpres sequitur, delectatus insuper belluis, monstris, imaginibus tumidis saepius et portentosis,

tosis, hyperbolis omnem fidem transeuntibus etc. qualia in priore carmine non occurrunt [15].

Neutiquam id agimus, vt eis, quae his obuerti possunt, copiosius exponendis sententiam acutissime defensam infringere lectoribusque minus commendabilem reddere studeamus: sed pace Viri S. Ven. dictae erunt, neque ingratioris animi, a quo absum quam longissime, reum me agent obseruationes paucissimae. — Dictionis quidem diuersitas, quae inter epistolas apocalypticas et carmen ipsum intercedit, aliunde saltem poterit repeti, quod in litteris scribendis sobrius magis erat vatis animus, qui deinceps impetu ferebatur concitatissimo; a quo feruore mentis et quasi furore solum, neutiquam ab ignorantia, recte graece loquendi nescia, repetenda erunt, vt aliquoties monuimus, omnia anacolutha, enallagae, soloecismi etc. — Atque tametsi vtraque carminis pars certam suam metam persequitur attingitque, excidium rerum Judaicarum et ethnicarum, vtramque tamen partem iungit sibi et aptat copula vna, laetissima illa exclamatio: Jo triumphe! Maran Atha! Messias adest, et vindictam tam a Judaeis quam a paganis reposcet! — De iis autem rationibus, cur posterior pars priori non nisi longissimo interuallo proxima habenda sit, non nisi ex sensu pulchri et sublimis aesthetico disceptari poterit, qui, quia multis hominibus alius est et admodum varius, longa admodum, et semper vaga et incerta de his omnibus oratio foret.

Quia tamen non deerunt Viro doctissimo argumenta, quae paucissimis his opponat, et locus hic omnis non indignus est, qui viris doctis pateat omnibus, placeat, oramus, Viro S. V., quae septem commentationibus disputauit eruditissime, in vnum

15) Vid. commentatio septima.

vnum redigere omnia, et publici iuris facere: siquidem praeter id, quo summa rei redit, et alia permulta, quae ad lucem carmini affundendam faciunt, exponuntur et per omnes particulas septem dispersa inueniuntur, ex quibus profecto iuuabit potissima excerpere et cum lectoribus communicare.

Magna quidem harum commentationum pars versatur in monstrando diuerso loquendi genere, varioque adhibendarum imaginum, exprimendorum Veteris Testamenti carminum etc. more. — At part. 2, fin. et 3, init. multa acutissime de θηριῳ capitis 17mi, in primis v. 8, 10, 11., enucleantur, in quibus edisserendis, quia auctori abyssus eadem indicari videtur, ac λιμνη του πυρος καιομενη εν θειῳ, c. 20, 20, non quidem prorsus eadem, attamen persimili mecum via incessisse virum doctissimum vehementer gaudeo [16]. — Ὁ εἰς εστι cap. 17, 10. Galbam, sub cuius imperio concinnata haec sunt, designat. — Tum part. 4, p. 4 sqq. de duobus illis testibus, qui cap. 11. laudibus euehuntur, varia afferuntur cognitu dignissima. — Ibid. p. 11 – 14. de doctrina Judaeorum cabbalistica, tam philosophica quam exegetica, nec non de virtutum diuinarum sephiris exponitur. — Porro pag. 17 sqq. de caussis, cur tribus Danitica silentio sit praetermissa, sermo fit, qui, repudiata explicatione Eichhorniana, quam et nos expressimus, euincit, lectionem primitiuam et genuinam ΔΑΝ abiisse in ΜΑΝ, idque diu ante exaratos codices illos, qui nobis superstites sunt antiquissimi [17]. In

[16]) Pari modo et quoad τα: εκ των ἑπτα εστι cap. 17, 11. sententiam amplectitur Vir S. V., quae ad nostram accedit, licet non sit eadem.

[17]) Sed magnam profecto librariorum incuriam et oscitationem testificata esset eiusmodi lectionis facilli-

In carmen Apocalypſeos autem ſphalmata irrepſiſſe multo plura, eo facilius exiſtimabitur, quod, quum ſeptem eccleſiis tradendum eſſet, ſeptem ſcribis in calamum dictabatur, vel a ſeptem ſcribis ſeptem apographa vnius archetypi calamo excipiebantur. — Tandem et inueſtigationem nominis ex numero 666, cap. 13, 18. non tam ex Cabbala ſeu-Gematria repetit auctor, quam ex ioco ingeniorumque luſu, qui, vti hodienum aenigmatibus logogryphisque (Charaden) oblectatur, ita tunc temporis in iſtiusmodi nominibus perſcrutandis laudem et honorem quaerebat.

Sed nolumus plura addere, quum ex paucis his obſeruationibus magnum ſeptem harum commentationum pretium ſatis ſuperque conſtet.

cillimae in difficillimam permutatio. Cf. ſupra Excurſ. 3, p. 230.

Errata et neglecta nonnulla.

(cf. obſeruata ad pag. 279. part. prioris.)

Pag. 7, lin. 10 pro *illi* legas *illa*
— 8, lin. 9 pro *quas* leg. *quos*
— 11, lin. 22 pro *ſuperiore* leg. *ſuperior*
— 25, col. 1, lin. 14 pro *tandam* leg. *tandem*
— 34, 35 et paſſim alibi, ſed nusquam in Excurſu IV. pro κατα την ψηφον falſo ſcriptum eſt κατα τον ψ.
— 63, col. 1, lin. 18 pro *referunt* leg. *refert*
— 88, col. 1, lin. 6 pro *quem* leg. *quam*
— 97, col. 2, lin. 12 pro τελεσθησοντα leg. τελεσθησονται
— 143, col. 2, lin. 10 pro *quem* leg. *quam*
— 170, col. 2, lin. 19 poſt *tuti* ſubaudiatur *incolae*
— 221, lin. antepenult. pro *ferius* leg. *ſerius*
— 248, lin. 25 pro *Quos* leg. *Quae*
— 269, lin. 14 pro *toparchi* leg. *toparchae*

Inuenientur plura, quae retractantem plagulas praeterierunt: ea a lectoribus ipſis beneuole corrigentur.













DATE DUE

JUL 0 6 1998	



